
VIRTUTE ET LABORE

IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG.

BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE RECOGNITA

EDITIO NOVA

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG.

VOLVMEN VNDECIMVM

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCCVIII

LIPSIAE EX OFFICINA BREITKOPFIO - HAERTELIA

PRAEFATIO.

Quae hoc volumine vndecimo comprehenduntur, et in indice capitum, post Fabricii praefationem posito, vberius declarantur; ea secundum veterem editionem partim ex volumine nono, nempe continuationem capitis de *Photio,* et cap. XXXVI. olim XXXIX. de *Maximo Alexandrino Sophista* etc. partim, eaque maximam partem ex volumine decimo; denique *Demetrii Procopii* succinctam eruditorum Graecorum recensionem ex volumine vndecimo reduxi, nec raro multis locupletaui supplementis. Contra omisi alia, quae in volumine decimo vet. edit. exstabant. Primum reliquam capitis de Suida partem cum recensione Etymologici Magni, Lexicorum varii generis et Glossariorum antiquorum in capite XL. voluminis sexti iam persequutus eram. Tum Fabricius praefationi suae ad volumen X. subiecerat duo indices 1) *homonymorum in decem voluminibus huius bibliothecae distinctorum,* et 2) *indicum, scriptores in variis scriptoribus graecis laudatos indicantium, qui in decem voluminibus huius bibliothecae exhibentur.* Enimuero resecui illos, quoniam meliorem locum inuenient in indice generali, cui illorum notitia a Fabricio iterum fuerat immixta, et quae propter multas Homonymorum

 a me

a me factas acceſſiones multo vberior b. c. d. erit. Quapropter hoc loco chartae et tempori atque labori, non dicam perquam moleſto, ſed inani parcendum eſſe duxi. Praeterea indices, a Fabricio poſt praefationem ſuppletos, ſcriptorum 1) in *Nemeſii* libro de homine, 2) in *Meletii* libro de ſtructura hominis laudatorum, ego iam ſuis quemque locis, vol. VIII. p. 451. ſq. et vol. IX. p. 307. inſerui, et tertium ſcriptorum a *Gemino Rhodio,* aſtronomo, memoratorum in calce vol. IV. repoſui. Porro *prolegomena rhetorica* incerti ſcriptoris, (vide quae pag. 38. ſcripſi,) et paſſim plura loca, quibus Fabricius ſpicilegia collegerat ad ſuperiora volumina, iam ſuis locis a me intexta, et quaedam alia excluſi.

Permulta autem a me eſſe adiecta, ipſe, L. B., facile intelliges: et tamen aperte fateor, (vti iam aliquoties profeſſus ſum,) alios VV. DD. in bibliothecis ampliſſimis ſedentes atque in hoc litterarum genere quaſi habitantes, ideoque maiore inſtructos librorum vniuerſaeque litteraturae vſu ſcientiaque, haud pauca eſſe deſideraturos; alia in tempore vel non veniſſe in memoriam, vel ad manus non fuiſſe. *) Cumprimis in capite huius voluminis vlti-

*) Sic ad pag. 492. addenda ſunt, eaque memoratu digna, quae cel. *Werner Carol. Ludouic. Ziegler* in: Theologiſche Abhandlungen, tom. I. Göttingae 1791. 8. p. 77. ſqq. in hiſtoria dogmatis de Spiritu S. (*Geſchichts-Entwickelung des Dogma vom heiligen Geiſte von den früheſten Zeiten der Kirche an bis zum letzten Vereinigungstermin der beyden groſſen veber den Ausgang ſtreitenden Kirchen zu Florenz,*) et quae cel. *Guil. Münſcher* in Enchiridio chriſtianae dogmatum hiſtoriae, (*Handbuch der chriſtlichen Dogmen Geſchichte.* tom. III. Marburgi, 1804. 8.) in ſectione III. p. 569. ſqq. de doctrina de Trinitate, inprimis p. 597. ſqq. de proceſſione Spiritus S. docte copioſeque diſputant. Inſuper poſterior p. 597. in nota 1. laudat de proceſſione Spiritus S. diſſertationem, quae eſt prima inter diſſertationes Damaſcenicas *Mich. Le Quien*, praefixas editioni opp. Io. Damaſceni, tom. I. p. 1. ſqq. — *Chriſtoph. M. Pfaffii* Hiſtoriam ſuccinctam controuerſiae Graecorum Latinorumque de proceſſione Spiritus S. a patre filioque, Tubingae 1749. 4. et *Theophanis Procopowicz* tractatum

vltimo, faepe fterili, quod incredibilem laborem, interdum fatietatem, et, paene vt dicam, taedium creauit, et in quo locupletando, quamquam multum operae et temporis confumfi, nec raro perdidi, aliis amplum reliquiffe fentio fpicilegium. At enim *Te*, L. B. vt hoc Catone contentus, humanae ignofcas infirmitati, rogo maximopere.

Fabricius vol. X. vet. edit. adiecerat *Leonis Allatii* de Georgiis et eorum fcriptis diatribam, ad edit. Parifienfem 1651. cum notis, fupplemento et indice recufam. Ego vero illam doctam quidem, at pro inftituto noftro copia laborantem, quia Fabricius ad illam faepe prouocauit, eamque alii forfan defiderabunt, plane excludere nolui; at, bibliopola, viro honefto et aliis VV. DD.

 finem

tum de proceffione Spiritus S. Gothae 1772. additque, in illo libro ineffe, iam typis antea expreffam, Hiftoriam, in qua de ortu et profectu conuerfiae, Graecos inter et Latinos de proceffione Spiritus S. agitatae, narratur, totiusque diffidii ad noftram vsque aetatem exponitur feries, confcripta a *Theophane Procopowicz*, 1767. — Tum ad p. 496. vet. edit. (nam plagella ifta p. 593. huius editionis, vbi Fabricius meminerat *Angeli* eiusque libri, dum haec fcribo, haeret adhuc in manibus typothetae,) veram libri, quem tum temporis nondum habueram, infcriptionem omififfe fufpicor. Meum igitur exemplar infcriptum eft: Ἐγχειρίδιον — — *Enchiridium de ftatu hodiernorum Graecorum*: *opera Chriftoph. Angeli Graeci, graece confcriptum; iam cum verfione latina, e regione pofita, et annotationibus, multo, quam antehac locupletioribus cura Georgii Fehlauii, ecclefiaftae Dantifcani, adornatum.* Lipfiae, impenfis Io. Groffii et focii, 4. fine anni nota. Atque, qui olim poffederat exemplar, is in fronte libri ea, quae fequuntur, adnotauit. „*Koecher* in Theol. fymbol. p. 921. Hiftoria graeca, in qua conftitutiones Graecorum, praecipue ipforum dogmata, mores variique, quos circa facra adhibent, ritus, gr. et lat. defcribuntur, ad maiorem perfpicuitatem annotationibus eruditis illuftrata C. Ang. a G. F. Francof. et Lipf. 1720. 4. Titulus fplendide mentiens *Hiftoriae graecae* loco *Chriftoph. Angeli* de ftatu hodiernorum Graecorum, fiue de inftitutis et ritibus Graecorum et graecae ecclefiae, Enchiridion, cum commentario et annott. *Georgii Fehlauii*, quod olim Cantabrigiae 1619. et *Fehlauii* cura illuftratum ac locupletatum, Francof. 1655. typis exfcriptum fuit, exhibet: de quo libro *Heineccius* in der Abbildung der alten v. neuen griechifch. Kirche, P. I. cap. IV. §. 8. p. 227. feq. *Io. Fabric.* in hiftor. bibl. part. V. p. 367. *Reimann.* in cat. biblioth. p. 802. feq. *Zeltner.* in breuiar. Prolegg. nr. 11. §. 2. p. 15. *Lilienthal,* tom. II. der theolog. Biblioth. p. 127. fqq. verbofius agunt.“ Add. fupra, p. 491. vbi Fabric. quasdam citat Fehlauii editt.

finem operis flagitantibus, in sequenti volumine, vti in superiore volumine in capitibus XXVII. et XXVIII. de Nilis et Psellis feceram, b. c. d. ita contraham, vt, quae scitu maxime necessaria videantur, et quatenus instituto nostro respondeant, ipsius Allatii verbis vt plurimum seruatis, excerpam, et Fabricii nostri reddam adnotationes, interdum meas adiiciam; ad ea vero, quae alibi in nostra bibl. Gr. iam disputata sunt, lectores ablegem.

Heumanni, a quo vna tantum alteraque nota in hoc volumine profecta est, ad cetera autem, quae restant, volumina nihil adnotatum in illius exemplari relictum est, nomen in voluminis inscriptione omittere satius esse duxi. Quod superest L. B. cel. *Beckii*, cuius insigni liberalitati atque rarae eruditioni etiam in hoc volumine haud pauca, eaque egregia debes supplementa, et cel. *Rosenmülleri* singularem diligentiam ac sollertiam in tollendis operarum peccatis denuo lubenterque cognosces, et mecum gratus laudabis. Vale, meisque faueas velim laboribus. Scr. Erlangae d. XII. Maii cIↃIↃCCCVIII.

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLESS.

I. A. FABRICII PRAEFATIO

voluminis X. veteris edit. praefixa.

AD LECTOREM.

Decimum hocce volumen, quod recens iam Tibi exhibeo, denique clausulam imponit libro quinto praesentis bibliothecae, atque adeo notitiam Graecorum Scriptorum deducit ad illud tempus, quod mihi dudum proposui, et ad captam vsque a Turcis CPolin prosequitur, imo non paucos, qui etiam post miserandam illam graeci imperii catastrophen vixerunt, carptim et breuiter attingit. Difficillimam hanc esse omnium partem, periti et eruditi Lectores facile agnoscent, neque mihi vertent vitio, si ex libris infinitis, exiguis etiam ex parte, obscuris, rarissimeque obuiis vel adhuc ineditis aliqui vix cogniti per nebulam, alii plane me effugerint. Nonnullum tamen etiam in his studium fuisse meum, aequi iudices haud diffitebuntur: certe, quod potui, feci libenter, atque vt eruditorum Virorum obseruatis vterer, propriaque obseruatione aliquid adstruerem eorum, qui de scriptoribus graecis et ecclesiasticis ante me tractarunt, industriae, quantum licuit mihi, operam impendi. De *Georgiis*, qui Graece aliquid in literas miserunt, quum exstaret doctissima *Allatii* diatriba, nolui Iliadem

scribe-

fcribere poft Homerum, fed lucubrationem illam cum notulis meis ac fupplementis huic volumini integram fubiunxi. Quoniam vero in multis aliis homonymis fcriptoribus fimiliter annotandis non minimus huius bibliothecae labor verfatur, atque index duplex in totum opus, chronologicus alter, alter alphabeticus, vna cum paralipomenis et fupplementis emendationibusque, vltimum, hoc eft duodecimum operis volumen, exfpectat, vndecimo deftinato conciliis, ICtis, medicisque, et variis Graecorum fcriptorum iunctim editorum hactenus indictis mihi collectionibus: haud ingratum puto fore, fi interim in limine huius voluminis triplicem Tibi indicem exhibuero, vnum homonymorum fcriptorum, qui in decem hactenus editis voluminibus exponuntur atque inter fe diftinguuntur, alterum indicum citatorum fcriptorum in fcriptores varios per decem haecce volumina fparforum,*) tertium denique capitum, quae in hoc speciatim volumine iam Tibi recens a me oblata infpicis. Vale.

*) Hi duo indices vna cum Allatii diatriba cur ab hoc volumine abfint, cauffam iam in mea praefatione adtuli. *Harl*

INDEX

INDEX CAPITVM
IN HOC VOLVMINE CONTENTORVM.

De

De

IO. ALB.

IO. ALB. FABRICII
BIBLIOTHECAE GRAECAE
LIBRI QVINTI PARS QVINTA.

CAPITIS XXXV. (olim XXXVIII.)
CONTINVATIO.

DE PHOTIO.

Index alphabeticus scriptorum, de quibus Photius in Bibl. IX. *Epistolae Photii.* X. *Index eorum, ad quos Photius scripsit.* XI. *Libri quatuor contra Manichaeos.* XII. *Nomocanon.* XIII. *Alia eius scripta.* XIV. *Scripta aduersus Latinos.* XV. *Amphilochia.* XVI. *Alia Photii scripta inedita.* XVII. *Et deperdita.* XVIII. *Photii scripta per odium a Latinis exusta, vel suppressa aut interpolata.* XIX.

[*Cum supplementis G. C. Harles.*]

Index alphabeticus scriptorum de quibus Photius in bibl. *)

Numeri maiores Codicum denotant illos de quibus ex instituto differuit, minores, quorum obiter mentio.

Adelphi-

*) Conf. indicem auctorum, qui a Photio laudantur, subiectum ab *Albert.* Glossario gr. in sacros N. T. libros. *Harl.*

Arion.

Epigram-

Orige-

Rhegi-

IX. *De aliis Photii scriptis.*

EPISTOLAE Photii CCXLVIII. ex codice Bodleiano descriptae et cum *Richardi Montacutii*, episcopi Nornicensis, (iam defuncti a. 1641. sub finem *) mensis Aprilis,) versione et notis vulgatae sunt Lond. 1651. fol. quibus editor R. D. adiunxit alias *epistolas V.* quas ex oriente secum adtulerat Patricioque Iunio donauerat Christianus Rauius. *Fabr.* Conf. *Schroeckh.* in Hist. eccles. christ. tom. XXIV. p. 204. sqq. qui et laudat illas, et peculiares quasdam Photii sententias ex iis adfert; et *Ellies du Pin* nouvelle Biblioth. des aut. eccles. tom. VII. p. 104-107. — Has editurus erat Allatius. vid. catal. eius scriptor. nr. 34. init. eiusdem libri, de templis Graecorum, et pag. 238. de mensura temporum. — De *Montacutii*, (Montague siue Mountage,) edit. epist. Photii vid. *Baumgarten* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. tom. VII. p. 509. seq. vbi etiam laudatur *de Chaufepié* nouveau dict. histor. et

*) Andreas Riuetus lib. II. Critici sacri cap. 1.

et crit. tom. III. pag. 114 - 118. — *Lambec.* comment. III. pag. 400 – 403. Montacutium eiusque editionem ter corrigit suppletque. — De codd. in quibus epistolae continentur, quaedam subnectere iuuat. Sunt igitur in cod. *Augustano* Vindel. v. *Reiser.* in indice MSS. bibl. Augustanae p. 38. — De epistola prima in cod. *Vindobon.* ap. *Lambec.* III. p. 101. sqq. iam dixi ad notam *b*. Eadem, s. synopsis histor. septem conciliorum est quoque in cod. *Vindobon.* CCXXVII. v. *Lambec.* V. p. 116. seq. — Epistolae plures in cod. Vossiano bibl. *Leidens.* v. cat. illius bibl. p. 402. nr. 12. — Epistolae XLVII. *Matrit.* in cod. regio XLIV. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 157. seq. — Ibid. pag. 277. de cod. Mendoz. qui complectitur *Photii* enumeration. librorum, quos legit, tom. I. et II. — ibid. p. 425. seq. de epistolis in cod. CVI. e cod. biblioth. Escorialensis descriptae. — In bibl. *Escorial.* epistolae 48. ad diuersos, teste *Plüero* in Itinerar. per Hispan. p. 187. — *Venet.* in cod. *Naniano* CXXVII. nr. 8. sexdecim epistolae. v. cat. MSS. gr. Nanian. p. 280. — Ibid. in cod. bibl. *Marc.* DLXV. epist. triginta. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 302. seq. — *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. XXII. nr. 43. plut. 5. sunt Photii canonicae constitutiones super diuersis criminibus, gr. ac lat. editae a Montacutio post Photii epistolas. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 48. — Ibid. in cod. XL. nr. 74. plut. 5. sunt quinque Photii epistolae. vid. *Bandin.* l. c. p. 79.. — Ibid. in cod. XXXIII. nr. 6. plut. 32. epistolae XII. et in cod. XXXIV. nr. 23. plut. 57. epistolae XXV. quas *Bandin.* l. c. II. p. 184. ac praecipue pag. 393. vberius recenset. — Secundum *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSS. sunt, p. 6. *B. Romae* in bibl. Vaticana epistola ad thronos orientales περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος· it. de Spiritu sancto. — p. 503. *A. Mediolani* in bibl. Ambros. epistolae, quod Spiritus S. solum sit ex patre. — p. 609. *A. Basileae* in bibl. publ. Photius ad fratrem. — p. 646. *D.* in cod. *Bodlei.* epistolae. — p. 699. *C.* in bibl. *Sfortiana* epistolae 47. — p. 1319. *A.* in bibl. *Mazarin.* epist. ad Michael. Bulgariae principem et encyclica ad Aquileiae metropolitam. — *Paris.* in bibl. publ. epistolae in quatuor codd. — in cat. quodam libror. MSSt. in *I. Lamii* deliciis eruditorum, Florent. 1743. p. 175. in codd. CLXIX. et CLXX. exstat Photii de septem oecumenic. synodis. — Secundum cat. MSS. Angliae etc. I. part. 1. in cod. *Barocc.* CCXVII. sunt CCXLIX. epistolae: ibid. nr. 8621. in cod. *Mareschall.* argumenta epistolarum Photii. — ibid. vol. II. nr. 5956. in cod. *Th. Gale* CXXII. de septem oecumenicis synodis ex epistola Photii, et de earum temporibus. — *Mosquae* in cod. syn. XXXII. epistola περὶ τινων κανονικῶν ζητημάτων. v. cel. *Matthaei* notit. MSS. Mosq. synod. p. 53. nr. 38. ed. in fol. — ibid. in cod. CCCLXXXIV. nr. 6. ex Photii epistola ad Michaelem etc. de septem synodis oecumenicis. vid. eiusdem notitiam etc. p. 245. ed. in 8. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCXCI. nr. 7. excerptum ex prima epistola. *Harl.*

Familiam ducit in hac editione prolixa illa et lectu digna epistola de fide et septem synodis et de boni principis officio ad *Michaelem*, Bulgariae *principem* nuper baptizatum [b]), cuius

[b]) Princeps iste siue rex Bulgarorum Bogaris, (vide *Combefisium* ad S. Maximum tom. II. pag. 693. seq.) in sacro baptismate nomen imperatoris Michaëlis adsciuit, vt ex Io. Curopalate narrat *Baronius* ad a. C. 845. n. 6. Confer *Lambecium* III. p. 161. seq. [p. 401. sqq. ed. Kollar. de cod. LXXVII. nr. 64. vbi exstat Photii synopsis historica septem conciliorum oecumenicorum s. geneo

cuius partem ex *Francisci Turriani* versione ediderat latine *Henricus Canisius* tom. V. Antiquar. Lect. p. 183. [c]) sed omissa parte posteriore de principis officio et *narratione de VII. synodis* [d]), quae in Londinensi edit. legitur a p. 3. ad 18. atque saepius lucem [P] vidit alias, et panopliae Euthymii [e]) subiicitur, et post Nomocanonem Photii graece et latine a Christophoro Iustello Paris. 1615. 4. et tomo secundo bibl. canonicae pag. 1141. et in conciliis Harduini tom. V. p. 1463. iterum edita est. Lacunam pag. 1. edit. Lond. ita ex codice caesareo supplet *Lambecius* III. p. 163. [p. 403. Koll.] αὕτη γὰρ τῆς πολυμόρφου πλάνης τὸν ἄνθρωπον ἀπαλλάττουσα, καὶ τὰ τῆς καρδίας ὄμματα τῆς ἐκεῖθεν ἀχλύος ἀποκαθαίρουσα, καθαρᾷ ψυχῆς θεωρίᾳ τῷ καθαρωτάτῳ κάλλει τῆς λατρείας καθαρῶς ἐνατενίζειν παρέχεται. *Haec enim* (fides christiana) *hominem variis erroribus liberat, et oculos cordis, pulsa inde caligine, repurgat, vt pura contemplatione animae in purissimam pulcritudinem diuini cultus possit intueri.* Turrian. [Conf. supra, vol. VIII. p. 333. fin. et infra in vol. XI. p. 171. et 571. ed. vet. atque *Mollerum* in Homonymoscopia p. 513. seq. Photii de VII. synodis epistola, in cod. *Angl.* v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. p. 632. *D. Harl.*] Synopsis VII. conciliorum Commeliana incipit: Χρὴ γινώσκειν πάντα χριστιανὸν, ὅτι ἑπτά εἰσιν ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι. Hoescheliana: χρὴ γινώσκειν πάντα χριστιανὸν, ὅτι ἑπτὰ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ γεγόνασι σύνοδοι. Nili de synodis nouem: ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Denique alia inedita synopsis, (de qua infra, §. XVI. nr. 9.) cuius est initium: ἀναγκαῖόν ἐστι μέλλοντας.

Secunda

generalium cum praefat. et epilogo ad Michaelem versibus gallicis expressit, et regi Ludouico obtulit D. *Bernardus Theatinus*, editam Paris. 1718. 4. hoc titulo: Maximes pour la conduite du Prince Michel, Roi de Bulgarie. v. Mem. Trev. 1719. Iul. p. 1. sqq.

c) Sed graece et lat. exhibet *Iac. Basnagius* in noua edit. Lectt. Canisii, Amstel. 1725. fol. tom. II. part. 2. pag. 379. post partem ex lat. versione Turriani, quam Canisius ediderat. *Fabr.* In *Basnagii* edit. tom. II. lectt. Canis. antiq. part. 2. pag. 379-462. aliquot scripta Photii exhibentur. *Heum.* Graece de conciliis VII. quae dicuntur oecumenica, in cod. *August. Vindel.* vid. *Reiser.* indic. MSS. Aug. Vind. p. 39. *Harl.*

c) Alia Synopsis VII. conciliorum, quae graece, subiuncta Abrahami Sculteti versione prodiit ad calcem Gelasii de actis synodi Nicaenae, Heidelberg. apud Commelin. 1604. fol. recudi curauit gr. et lat. Io. a Fuchte. Helmstad. 1614. 8. Alia item *conciliorum Synopsis*, quam *Photio Tyrio* auctore adtulit ex oriente *Christianus Rauius* communicauitque cum Iacobo *Vsserio* qui ex illa locum producit diss. de rom. ecclesiae symbolo vetere p. 25. 26. Eamdem MStam habuit Isaacus Vossius. Alia denique, quam e MS. bibl. Augustanae productam vulgauit graece, dicauitque Theodoro Cantero *Dauid Hoeschelius*. Augustae Vincel. 1595. 4. sed longe pleniorem integrioremque graece et latine dedit *Stephanus le Moyne* in variis sacris tom. I. pag. 81-123. Lugd. Bat. 1685. 1694. 4. Ne dicam de auctoris incerti libello de sex synodis, atque libello *Nili* metropolitae Rhodii de synodis nouem, quos ambos vtraque lingua dant Guil. Voëllus et Henricus Iustellus in bibl. canonicae tomo II. (illum p. 1161. hunc p. 1155.) Ibidem pag. 1166-1215. exstat synodicon a *Ioanne Pappo* primum editum gr. lat. Argentorat. 1601. 4. in quo breuis de synodis CLIII. notitia occurrit, desinens in synodo octaua CPoli a. 877. celebrata. Haec tria scripta etiam recusa tomo V. concilior. Harduini: nam Labbeus in sua concilior. collectione synodicon Pappi non vno loco, sed per singula capita sparsim exhibet, vt caput 1. tom. I. p. 21. caput 3. p. 564. caput 2. et 5. sqq. p. 599. seq. etc.

e) Tom. XIX. bibl. patrum edit. Lugd.

Secunda epistola non minus est memorabilis ac celebratissima, encyclica nimirum illa siue circularis aduersus Nicolaum papam rom. et Latinos, episcopis per orientem missa de dogmatibus tum aliis, tum praecipue processione ex solo patre [f]). Haec ipsa est, quam integris scriptis impugnarunt *Aeneas* Parisiensis [g]) ac *Ratramus* [h]), et cuius lucubratio intercidit, *Odo* Bellouacensis [i]). Hanc deinde a pluribus patriarchis CPolitanis [k]), sed omissis vel interpolatis hinc inde, prout res ferebat, aliis recoctam et suo sub nomine emissam notat Allatius contra Creyghtonum p. 194. [conf. *Schroeckh.* in hist. eccl. christ. tom. XXIV. p. 202. seq. *Arnold.* Kirch. u. Ketzer-Histor. I. in Suppl. p. 537. sqq. ed. Schaffhaus. *Harl.*]

[P] De ceteris speciatim dicere nihil adtinet, nisi quod auctore suo lectuque dignae sint, variaque contineant egregia, quae vel ad locos S. scripturae illustrandos, vel ad mores et iura canonica ecclesiae graecae rectius intelligenda, vel ad alia capita non poenitenda liberalis eruditionis insigniter faciunt. Variae ex illis a Photio deinde Amphiloch. quaestion. sunt insertae, vt a Montfauc. obseruatum est. Epistolam CCVII. qua de aliis epistolarum scriptoribus fert iudicium, illustratam dedi supra lib. II. c. 10. §. 48. [vol. I. p. 701. seq.] Nonnullas harum epistolarum, (quinque et triginta,) ex codice MS. Maximi Margunii Cytherorum episcopi vulgauerat graece ad calcem bibliothecae Photianae *Dauid Hoeschelius*, vnam ad Ioannem Patricium quoque in notis p. 948. Consolatoriam vero de sororis obitu ad Eusebiam monacham, (quae in Londinensi edit. est 245.) *Conradus Rittershusius* a. 1601. 8. Augustae Vindel. vna cum Hymnis Anacreonticis Margunii latine versis. [Errorem Fabricii castigauit *Baumgarten* in: Nachrichten von merkwürd. Büchern, tom. VII. pag. 505. seq. et indicem libelli rectum p. 503. seq. dedit: *Photii*, patriarchae CPolitani de *consolatione* ad Eusebiam libellus: Graece editus cum interpretatione lat. et emendationibus *Conr. Rittershusii.* Accesserunt eiusdem et amicorum carmina consolatoria ad ill. et generosum Baronem D. Hertwicum Zeydlicium, Schonfeldi dominum etc. super obitu filii eius cognominis. *Noribergae* apud Paulum Kauffmannum. cIↃIↃcI. 8. constat paginis 32. Non insunt igitur Hymni anacreontici etc. nec prodiit libellus Augustae Vindel. Contra alia, quae recenset Baumgarten., addidit Rittershus. *Harl.*] Separatim Helmstadii edidit *C. H. Ritmeierus* sub titulo: *Photii* de consolatione ad Eusebiam libellus. — Nonnullas quoque latine in Annalibus suis tomo decimo ex versione Petri Morini vel Federici Metii produxit *Caesar Baronius:* in his etiam aliquas, quae in Londinensi desiderantur, vt binas ad NICOLAVM papam [l]) ad

 a. 859.

f) Paris. 1722. 12. v. Mem. Trev. 1722. pag. 1944. *Fabr.* Photii epistolae, quod Spirit. S. solum sit ex patre, vid. *Montfauc.* Bibl. bibliothec. MSS. p. 503. *A. Harl.*

g) Dacher. spicileg. tom. VII.

h) Idem tomo II.

i) Elias du Pin tom. VII. bibl. ecclef. p. 109.

k) Sic *Sisinnii* patriarchae nomine emissam notat Baronius ad a. C. 863. n. 33. et Allatius libro de consensu vtriusque ecclesiae p. 606. Eandem Photii epistolam encyclicam latine ex versione *Friderici Metii* iam Baronius exhibet, ad a. 861. nr. 34. *Fabr.* Exstat separatim *Florent.* in cod. Laurent. XII. nr. 5. plut. 9. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 408. *Harl.*

l) Graeca citat *Allatius* contra Hottingerum p. 12. et 66. et de purgatorio pag. 595. seq. et de aetate ordinum apud Graecos pag. 165. e Ioanne Vecco. Fragmentum aliquod latine versum adfert

a. 859. n. 61. et ad a. 861. n. 39. et vnam ad archiepiſcopum AQVILEIENSEM de proceſſione Spiritus S. ad a. 883. n. 5. Fed. Metio interprete, quam graece cum noua verſione ſua vulgauit *Franc. Combefiſius* in parte I. auctarii nouiſſimi bibl. patrum p. 527. ſqq. Pariſ. 1672. fol. [conf. *Schroeckh.* l. c. tom. XXIV. p. 206. ſeq. *Combefiſ.* addidit: eiusdem Photii orationum, quae plures non editae Moſci habentur, tituli et capp. gr. et lat. *Harl.*] Aliam ad THEOPHANEM monachum (Cerameum) graece cum verſione Iacobi Sirmondi publicauit *Franciſcus Scorſus* S. I. in prolegomenis ad Theophanis illius homilias graece et latine editas Pariſ. 1644. fol. Aliam ad STAVRACIVM ſpathorocandidatum, praefectum inſulae Cypri, *Cotelerius* tom. II. monument. p. 104. ibid. 1681. 4. Aliarum duarum adhuc ineditarum notitiam dat *Combefiſius* p. 549. m):

1) *Ad Nicolaum papam*, quae incipit: ὅτε τῆς ἱεραρχίας κατὰ νῦν τὸ μέγεθος ἀναλήψομαι, καὶ πολλῷ τὴν ἀνθρωπίνην etc. Hanc gr. et lat. edere voluit Allatius tom. VI. συμμίκτων. *Fabr.* Editam eſſe ab Anthimo, modo in nota ſignificauimus. *Harl.*

2) *Ad oeconomum et ſyncellum Theopolitanae* (Antioch.) eccleſiae. μεγίστων μὲν ἄνωθεν τετυχηκότες ἀγαθῶν. [Edita eſt ab Anthimo. v. notam.]

Sed tertia ad Nicolaum, quae incipit: ἀγάπης μὲν ὡς ἀληθῶς οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον, eadem eſt, quae latine exſtat apud Baronium ad [P] a. 861. n. 34. Ex epiſtola Photii

fert etiam et oppugnat *Hugo Etherianus*, duodecimi ſcriptor ſaeculi, libro ſecundo contra Graecos cap. 16. tom. XXII. biblioth. patrum Lugd. pag. 1230. ſeq. Ex alia epiſtola encyclica, (quam ſeruauit *Nicetas* tomo XXI. theſauri orthodoxae fidei adhuc inedito,) locum producit graece *Vſſerius* libro de eccleſ. rom. ſymbolo vetere pag. 20.

m) At poſtea haec epiſtola cum duabus aliis antea ineditis aliaque graece formulis typographicis deſcripta ſunt atque edita ab *Anthimo*, epiſcopo Remnic. in libro graeco, inſcripto: Τόμος χαρᾶς, ἐν ᾧ περιέχονται αἱ ἐπιστολαὶ Φωτίου, τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ὀγδόη Σύνοδος, σημειώσεις τινὲς εἰς ταύτην τὴν ἁγίαν Σύνοδον, τὰ ἀντιῤῥητικὰ κατὰ τῆς ἀρχῆς τοῦ Πάππα τῆς Ῥώμης, Νικολάου Ἰατροφιλοσόφου, λόγος Μελετίου Ἀλεξανδρέως κατὰ τῆς ἀρχῆς τοῦ Πάπα, διάλογος Ἱερομνήμονος μοναχοῦ μετά τινος ἑτέρου μοναχοῦ κατὰ Λατίνων, τυπωθεὶς ἐν τῇ ἐπισκοπῇ Ῥημνίκου. — Διὰ ἐξόδου καὶ ἐπιμελείας τοῦ μακαριωτάτου — Πατριάρχου Ἱεροσολύμων καὶ πάσης Παλαιστίνης, Κυρίου, Κυρίου Δοσιθέου [n. II. mortui CPoli d. 7. Febr. 1707.] παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ λογιωτάτου ἐπισκόπου Ῥημνίκου, Κυρίου Ἀνθίμου, τοῦ ἐξ Ἰβηρίας. Ἐν ἔτει αψέ, (1705.) Κατὰ μῆνα Σεπτεμβρίου. fol. *Doſitheus* in praef. copioſe agit de Photio eiusque ſcriptis. In hoc opere inſunt graece, monſtrante Baumgartenio, ea, quae ſequuntur, Photiana: 1) epiſtola ad Nicolaum papam, inc. ὅτε τῆς ἱεραρχίας etc. 2) ad oeconomum — eccl. Antioch. inc. μεγίστων μὲν ἄνωθεν etc. 3) ad Nicolaum I. inc. ἀγάπης μὲν ὡς ἀληθῶς etc. 4) ad patriarchas et epiſcopos orientales de proceſſione Spiritus Scti: inc. οὐκ ἦν ἄρα, ὡς ἔοικε, κόρος τῷ πονηρῷ τῶν κακῶν. (in ed. Londin. p. 47-64.) 5) ad archiepiſcopum *Aquileienſem*, lat. apud Baron. ad a. 883. §. 5. ſed gr. et lat. (vt Fabr. iam adnotauit,) apud Combefis. 6) acta ſynodi octavae, Conſtantinop. (v. ſupra vol. X. §. II. de ſynodo pro Photio a. 879. congregata.) 7) Doſithei adnotatt. in illam. Reliqua huc non pertinent. — Quae epp. in Montacutii edit. nr. 144. p. 201. de Euſebio, cuius haereſis eſſet, et nr. 306. p. 209. de Hercule, cornu copiae geſtante, exſtant, eas poſtea Photius, ablatis titulis et nominibus propriis, quaeſtionum more in Amphilochiis poſuit, et ex his eas edidit *Montfauc.* in bibl. Coiſlin. p. 347. 348. ſq. *Harl.*

tii ad ZACHARIAM *) Armeniae patriarcham pro doctrina concilii Chalcedonensis; iam docliss. Caueus notauit nonnulla adferri latine ex Armenico versa a Clemente Galano in conciliatione ecclesiae Armeniae cum romana, a. 1650. fol. Romae edita part. II. p. 28. et 116. *Fabr.* [De epistola 187. v. supra in vol. VI. p. 739. Epistolam 49. esse genuinam, docet *Fontanius* in diss. mem. de Photio in nouis eruditor. deliciis, tom. I. pag. XVII. seq. not. *Harl.*] Photium in epistola ad episcop. Ancyranum citat *Nicol. Comnenus* p. 188. Praenot. mystag. item in epistola encyclica de virtute Sacramentorum, ibid. p. 310. — Photium ἐν τοῖς πρὸς Εὐσέβιον λόγοις citat *Veccus* tom. II. Graec. orthod. p. 138.

Index eorum, ad quos Photius scripsit. Ad paginas editionis epistolarum Londinensis.

Doro-

*) Fuere et alii Zachariae Photio familiares, vt *Zacharias Cophus*, (ὁ κωφὸς, *surdus*). Chalcedonensis metropolita ab eo ordinatus, cuius in synodis Photii caussa celebratis non semel mentio, et *Zacharias Tauromenii* in Sicilia episcopus in causa Photii Romam missus, quem a priore distinguendum, docet *Franciscus Scorsus* prolegom. ad Theophanem Cerameum. *Zacharias* alius *Paulicianus* memoratur a Photio lib. I. contra Manichaeos. infra, p. 558.

Metro-

*) His adde epistolam Photii ad Tarasium, quae in calce bibliothecae legitur.

XI. *Aduersus* recentes *Manichaeos* siue *Paulicianos* [p]) *libri quatuor*, quorum *primus* διήγησιν περὶ τῆς νεοφανῦς τῶν Μανιχαίων ἀναβλαστήσεως, renascentis Manichaeorum illa aetate haereseos historiam complectitur. *Secundus* confutat illorum dogma, quod animae quidem a bono deo conditae, corpora autem et mundus sensilis a malo facta fuerint; ὅτι ὁ ἀγαθὸς τὴν ψυχὴν μὲν δημιουργεῖ, ὁ δὲ πονηρὸς τὸ σῶμα καὶ τὸν αἰσθητὸν κόσμον. *Tertius* disputat contra alium Manichaeorum errorem, Vetus testamentum et legem Mosis vt a malo deo profecta calumniantium. Πρὸς τοὺς ἐνυβρίζοντας τὴν παλαιὰν νομοθεσίαν ὡς τοῦ πονηροῦ. *Quartus*, dicatus *Arsenio* monacho [q]), varias Manichaeorum dubitationes et obiectiones dissoluit ad eadem ipsorum dogmata pertinentes, declaratque ὡς ἡ χάρις τῇ μωσαϊκῇ κοσμογενείᾳ συμφθέγγεται, καὶ ὅσοις ἄλλοις ἄρτι ἡ πολιτεία Θεὸν γινώσκειν καθισαμένη παιδαγωγεῖται καὶ κατευθύνεται· *quod gratia euangelii, et quaecunque christianam oeconomiam ad Deum recte cognoscendum perducunt ac dirigunt*, [P] *pulchre conspirent cum Mosaica mundi creatione.* Καὶ ὅτι τὴν σωματικὴν καὶ ὁρατὴν κτίσιν ἐκεῖνος ἐστὶν, ὁ ἐκ μὴ ὄντων λόγῳ ὑποστησάμενος, ὃς καὶ τὴν νοερὰν τε καὶ ἀόρατον παραπλησίῳ σοφίας πλούτῳ παρήγαγεν, *quod, qui solo verbo corporales et visibiles res ex nihilo condidit, Deus idem etiam intelligibiles et inuisibiles simili sapientiae abundantia produxit.* Ὅτι καὶ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα τῆς αὐτῆς ἐστιν φιλανθρώπου καὶ ἀγαθουργοῦ προνοίας, ὥσπερ καὶ ἡ ψυχὴ, φιλοτέχνημα, *quod corpus hominis, non minus sit beneficae, et nos amantis prouidentiae artificium quam anima.* Καὶ ὡς οἱ τῇ νομικῇ πολιτείᾳ διαπρέψαντες Θεόν τε τὸν ἀληθῆ καὶ ἀγαθὸν ἐθεράπευον καὶ κατὰ τῆς πονηρίας παρετάττοντο, *quod sub veteri lege conspicui verum et bonum coluerunt Deum, et malitiae omnibus viribus restitere* [r]). Hoc Photii opus, (maximam

p) Ex Photio et aliis veteribus colliges, *Paulum* Callinices filium, Ioannis fratrem, a quo *Pauliciani* dicti et *Pauloiohannitae*, diu vixisse post Manichaeum, adeoque longe diuersum esse a Paulo Samosateno, ab Antiochiae episcopatu circa a. C. 270. deiecto et Manichaei aequali, diversissimaeque haereseos auctore, et cuius sectatores Παυλιανοί, Παυλιανισταί, Παυλιανίζοντες, Σαμοσατῖται, Samosateniani. De Paulicianis vero, quos τοῦ Μάνεντος κληρονόμους adpellat Glycas pag. 209. Annal. videndus praeter Photium aequalis ipsius circa a. 870. *Petrus* Siculus in libro singulari, de quo dixi volum. V. p. 292. [vol. VII. p. 329. ed. nou. vbi Montfauc. et aliorum diuersas adtuli sententias. *Harl.*] nec non *Cedrenus* p. 356. *Euthymius* loco laudato panopliae, et *Nicetas* thesauro orthodoxae fidei libro XVIII. E recentioribus *Petauius* lib. XV. dogm. theol. de incarnatione verbi c. 7. *Cangius* notis ad Alexiam Comnenam p. 412. et *Beueregius* notis ad synodum p. 87. *Fabr.* *Petri Siculi* Historiam haereseos Manichaeorum, a *Matth. Radero*, Ingolstad. 1604. 4. gr. et lat. editam, ex cod. *Vindobon* CCXLVII. ur. 6. quo continetur *ordo obseruandus circa eos, qui a Manichaeis et Paulicianis ad puram et veram fidem christianam reuertuntur*, plurimum posse emendari, illustrari et augeri, monet *Lambec.* in comment. vol. V. p. 254. *Harl.*

q) Vocatur etiam presbyter et ἡγούμενος τῶν ἱερῶν. Sinistrum iudicium in Mem. Treu. 1716. pag. 58.

r) Libb. IV. *Metrophanis*, Smyrnensis archiepiscopi, contra Manichaeos, quos inter codd. Palatinos memorat Posseuinus, Photii sunt, si *Oudinum* audiamus tom. II. de SS. eccl. pag. 204. Sed nolim eius opinioni adsentiri, licet idem repetat pag. 232. ibique falso addat, sub nouorum Mani-

(maximam partem adhuc ineditum,) in bibliothecis delitescit, vt in Seguieriana, nec non in Vaticana, et ex illustris viri Lucae Holstenii legato in bibliotheca Iohannea huius vrbis, ex quo codice editionem eius parabat, et partem etiam latine verterat b. D. Abrahamus Hinckelmanus*) noster, pastor ad S. Catharinae aedem meritissimus, sed cuius conatibus iam a. 1695. 11. Febr. fata intercessere. Ab eo tempore idem facere constituit Sebastianus Godfridus Starckius Berolini, et Romae Laurentius Zaccagnius, sed vterque obierunt citius t), quam consilium hoc peragerent. Itaque primum duntaxat librum adhuc luci datum habemus, illumque, quoniam plura aliis indicta continet, luce dignissimum, quem ex Seguierianae siue Coislinianae bibl. codice publicauit, latinamque versionem addidit vir supra laudes *Bernhardus de Montfaucon* in catalogo MSS. codicum graecorum illius bibl. Paris. 1715. fol. p. 349-375. Edidit postea integrum opus *Io. Christoph Wolfius*, tom. I. et II. Anecdotor. Hamb. 1722. 8. Homilias esse putat, licet aliter sentiant auctores biblioth. german. gallice editae, tom. VIII. p. 171. seq. *Fabr.* Plura de eo opere et edd. addidi supra ad vol. VII. pag. 329. seq. vbi iam laudaui *Schroeckh.* in hist. eccl. christ. tom. XX. p. 364. sqq. et tom. XXIII. pag. 322. seq. adde Thes. epistol. Lacrozian. tom. II. p. 170. seq. et pag. 174. *Harl.* Compendium quoddam operis Photiani exstat in Euthymii panoplia edit. latinae parte II. tit. 21. (t. XIX. bibl. patrum Lugd.) et edit. graecae (Tergobysti 1710. fol.) τλγ. κδ΄. Longe pleniora autem sunt, quae leguntur apud Photium, quam quae ab Euthymio [v. supra, vol. VIII. pag. 333. tit. 21. *Harl.*] vel Petro Siculo, aut Cedreno aliisque, de Paulicianis traduntur. Exstat Photius contra Manichaeos MS. etiam in codice Colbertino CCCCXLIV. *Fabr. Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXXVIII. nr. 3. in fine nonnulla desiderantur. — *Vindobon.* in cod. LXXVII. nr. 81. sunt in Euthymii Zigabeni Panoplia excerptiones, quarta aduersus iconomachos ex Nicephoro, CPolit. et *Photio* atque ex Theodoro Studita, et sexta contra Paulicianos ex *Photio* aliisque. v. *Lambec.* III. p. 422. seq. — *Geneuae* in bibl. publ. nr. 34. Photii tres homiliae de origine mali, et fragmm. quaedam contra Manichaeos et Paulicianos, generatim contra Manetem ac Gignaesium. v. *Io. Senebier* catal. raisonné de MSS. — de Geneve. Geneu. 1779. 8. p. 42. seq. *Harl.*

Scriptores, qui Manichaeos oppugnarunt, a Photio laudantur *Alexander*, Lycopoleos archiepisc. p. 354. *Archelaus*, Carcharorum episc. p. 356. 358. *Cyrillus* Hierosol. *Epiphanius*, *Heraclianus*, Chalcedonis episc. libris viginti: *Serapion* Thmuitanus et *Titus*, Bostrenorum episc. p. 354. et *Tryphon* presbyter p. 358.

Praeter haereticos Basilidem p. 359. et Valentinum p. 350. 359.
[P] Manichaicis erroribus imbuti eorumque propagatores memorantur:
Adamantus et Adimantus, Manetis discipuli. p. 357.

Manichaeorum nomine a Photio perstringi Latinos. Nam quartus Metrophanis liber, plane ab argumento priorum trium et Photii diuersus, de Spiritu S. disputat, et Latinis est oppositus. Priores quidem tres illi sane argumentum cum Photio tractant; sed propterea esse non est necesse, *Fabr.* Restringenda igitur forent ea, quae supra scripsi ad vol. VII. p. 328. de Metrophane. *Harl.*

s) Vide eius detectionem fundamenti Bohemiani p. 52. et 123.

t) Zaccagnius a. 1712. 26. Ian. et Starckius a. 1710. 1. Iul.

Thomas

*) Ita malim, quam cum erudito interprete, Leontem Montanistam. Πρὸς Λέοντ τινὰ Μοντανόν.

XII. Νομοκανὼν, siue, vt a Theod. Balsamone et aliis vocatur, νομοκάνονον v) *Nomocanon*, legum imperialium corporis Iustinianei et canonum ecclesiasticorum harmoniam, per titulos quatuordecim digestam, exponens, praemissusque συντάγματι κανόνων e decem synodis composito a. 6391. (Christi 883.) Vide *Lambecium* VIII. p. 431. 432. et VI. p. 51-54. w) Canones autem non modo apostolicos et conciliorum decem, quae graeca suscipit ecclesia,

v) Vide *Coteleriam* tom. II. monument. pag. 600. seq. et *Cangii* glossar. graec. in Νομοκανών. Interdum hoc vocabulo etiam corpus siue codex canonum denotatur, vt praeter Cangium notauit *Beueregius* in codice canonum illustrato lib. I. cap. 15.

w) In cod. *Vindob.* XLV. nr. 10. est *Photii* praefatio in syntagma canonum, sed ab initio manca; nr. 11. principium syntagmatis canonum, siue index materiarum, quae continentur 85. canonibus illis, qui dicuntur SS. apostolorum v. *Lambec.* comment. VIII. col. 908-911. ed. Kollar. vbi Lambec. col. 909. praefert lectionem cod. Vindob. προκειμένην τάξιν lectioni cod. Oxoniensis, προκ. πρᾶξιν. vti etiam ediderunt Voellus et Iustellus. add. ibid. pag. 846. sq. nr. 1. et 2. — In eod. volumine pag. 960. in cod. XLVIII. nr. 2. index antiquus graec. in Photii nomocanonem et syntagma canonum, nr. 13. autem *Photii* nomocanon, in titulos XIV. diuisus, et Theodori Balsamonis atque alterius cuiusdam anonymi auctoris adnotatt. illustratus. — ibid. pag. 967. in cod. XLIX. nr. 1. nomocanon; sed sine scholiis Theod. Balsamonis. — In vol. VI. part. 1. p. 111. sqq. copiose egit *Lambec.* de cod. XV. in quo nr. 1. idem est nomocanon cum Theod. Balsamonis commentariis, (quae autem caute legenda esse, cum *Phil. Labbeo*, tom. II. diss. de scriptoribus ecclesiast. p. 396. sq. statuit,) ac nr. 3. (pag. 114. sq.) canones SS. apostolorum variorumque conciliorum et diuersorum patrum epistolae canonicae cum amplissimis Theod. Balsam. commentariis, editis quidem; sed ex hoc cod. saepe emendandis ac supplendis: — idem nomocanon et iidem canones sed sine Balsamonis commentar. in cod. XVI. nr. 1. et 2. *Lambec.* VI. part. 1. p. 118. conf. etiam *Fabr.* infra in vol. XI. p. 26. et 27. ac p. 48. sqq. ed. vet. et supra in vol. X. hui. edit. cap. 30. §. 3. de Theodoro Balsamone eiusque scriptis. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCXX. (in quo sunt variorum conciliorum canones,) nr. 1. canones 85. SS. apostolorum: praemittuntur Petri et Paulli constitutiones quaedam, indices varii, et *Photii nomocanon:* cod. MCCCXXIIII. nr. 2. praefatio collectionis in titulos quinquaginta diuisae: illius, vt et collectionis, auctor est *Ioannes* Antiochenus: nr. 3. prologus sine nomine auctoris: *Photio* tribuitur in bibliotheca iuris canonici p. 789. nr. 4. index canonum, e quibus constat haec collectio: nr. 5. *Photii* praefatio in nomocanonem: nr. 6. Nomocanonis *Photiani* capp. sub XIV. titulis digesta, cum scholiis et nr. 7. Nomocanon sine scholiis: — codd. MCCCXXVIII. nr. 1. et MCCCXXIX. *Photii* nomocanon cum scholiis Theod. Balsamonis: — cod. MCCCXXXIV. nr. 2. Nomocanonis *Photiani* capita, quatuordecim titulis comprehensa; deest autem titulus primus totus, cum initio secundi. nr. 3. Nomocanon. — In cod. *Coislin.* XXXIV. qui continet collectiones canonum, fol. 4. prologus tertius *Photii.* v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 85. — *Taurini* in cod. CV., in quo est amplissima canon. conciliorum generalium et particularium, nec non epistolarum canonicarum collectio, nr. 1. *Photii* nomocanon; quinque priora capp. tituli primi a recentiore manu suppleta sunt, addito iisdem tantum Theod. Balsamonis comment. vid. cat. codd. gr. Taurin. p. 194. et Giornal. d' Italia, tom. VI. p. 478. — *Venetiis* in cod. bibl. Marc. CLXVIII. et CLXIX. ac CLXX. syntagma canonum, diuisum

ecclesia, sed patrum etiam scripta, canonum in auctoritatem recepta adnotat, Dionysii, Petri, Timothei, Theophili et Cyrilli, quinque episcoporum Alexandrinorum, Gregoriique Thaumaturgi, Basilii Caesareensis, Gregorii Nysseni, et Gennadii CPol. Non sine caussa hunc Nomocanonem ceteris eiusdem generis scriptis omnibus praeferendum olim monuit Theod. Balsamon ad canonem secundum Trullanum. *Παρεγγυῶμαι πᾶσιν τοῖς μέλλουσιν ἀναγινώσκειν Νομοκάνονον, μὴ προσχεῖν τοῖς παλαιοτέροις βιβλίοις* [?] *τῶν νομοκανόνων, ἀλλὰ ἀναγινώσκειν τὸ παρὰ τοῦ πατριάρχου τοῦ Φωτίου πονηθὲν, καὶ εἰς τοὺς ιδ΄ τίτλους διαιρούμενον. Moneo omnes, qui Nomocanonum lecturi sunt, ne antiquioribus Nomocanonorum libris mentem adhibeant, sed id, quod a patriarcha Photio est elaboratum, et in quatuordecim titulos diuisum, legant.* Τὸ δὲ νομοκάνονον, τὸ συμποσῶσαν εἰς ν΄ τίτλους τῶν νόμων καὶ τῶν κανόνων, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἔχοντα νεαρὰς τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἀπρακτησάσας καὶ μὴ δεχθείσας ἐν τοῖς βασιλικοῖς, καὶ ἄλλους τινὰς νόμους ἐκ τῶν κωδίκων καὶ τῶν διγέστων, καὶ δοκοῦντα καταπλουτίζεσθαι ὑπὸ πολυλογίας, εἶδον γὰρ μυρία τοιαῦτα βιβλία παρὰ πολλοῖς ἀξιολόγοις ἀνδράσι, μηδὲ λόγου ἀξιοῦν, ὡς κινδυνότερα καὶ ἀποτρόπαια, ἀλλ᾽ ἐπιτρέπειν τὴν τούτων ἀπώλειαν. *Nomocanonum autem, quod in quinquaginta titulos redegit leges et canones* (hoc est, *Ioannis*, qui ex scholastico et presb. *Antiocheno* patriarcha CPol. fuit ab a. C. 565. ad 577. et cuius *Nomocanonem* in quinquaginta tributum titulos *Nicolaus Alemannus* notis ad Procopii hist. arcanam p. 110. testatur, in bibl. Vaticana MS. se euoluisse, *Beveregius* pag. 128. notis ad synodicum, in Bodleiana: *Christophorus* vero *Iustellus* ex codicibus regis Galliae, Vaticano et Bodleiano descriptum latine vertit, illiusque filius *Henricus Iustellus* graece et latine cum eiusdem Ioannis collectione canonum similiter titulis quinquaginta distincta, graece et latine edidit in tomo posteriore bibliothecae iuris canonici veteris Paris.

sum in titulos XIV. (in cod. tamen illorum tertio, in L. titulos diuisum,) cum similibus canonum collectionibus. v. cat. codd. gr. Marcian. p. 95. sqq. De illis tamen codd. curatius agit cel. *Morellius* in bibl. MSt. gr. et lat. I. pag. 96. sqq. — ibid. in cod. *Naniano* CCXXVI. in quo etiam est conciliorum collectio, nr. 17. sunt *Photii* constitutiones canonicae. vid. cat. codd. gr. Nan. pag. 417. — In bibl. *Escorial.* Nomocanon in titulis 14. cum expositione Zonarae et Balsamonis. V. *Plüer.* itinerar. per Hispan. pag. 187. — In bibl. *Bodlei.* Oxon. in cod. *Barocc.* CLXXXV. *Photii* collectio canonum ecclesiast. in titulos L. digesta; sed confector catal. MSS. Angliae etc. I. part. 1. p. 24. adnotat: „tituli incipiunt fol. 29. si modo iidem sunt, quos operis titulus pollicetur: non sunt enim plures 14. nec aliud, quam Photii nomocanon.“ — ibid. in cod. CXCIV. canones cum commentario Balsamonis, opus imperfectum. — ib. in cod. CCV. Nomocanon cum expositione Balsamonis, accedit canonum etc. collectio. — in cod. *Selden.* LV. siue nr. 3385. cat. cit. collectio canonum, vna cum epistolis encyclicis Dionysii, Basilii et aliorum: praemittitur *Photii* nomocanon. — in eod. cat. p. 269. nr. 8. in Aduersariis Langbaeni, de *Photii* nomocanone. — In eod. cat. vol. II. nr. 1856. in cod. collegii *Etonensis* XXXVIII. codex canonum, in quo post praefationem Balsamonis est *Photii* nomocanon cum comment. Balsamonis. — ibid. vol. 2. part. 2. nr. 634. *Dublini* in cod. coll. S. Trinitatis CDXCIV. *Photii* leges, per capitula digestae; plenius, quam in nomocanone, e cod. Barocc. — Secundum *Montfauc.* in bibl. bibliothecar. MSS. pag. 27. *E.* in cod. Vatic. DCXXXVIII. Nomocanon cum scholiis Balsamonis. — p. 201. *D. E. A. Romae* in hospitio congregationis S. Mauri, *Photii* syntagma canonum, bis, et nomocanon cum comm. Balsamonis. — pag. 490. *C. Veronae* in museo I. Saibantae *Photii* nomocanon: — p. 1318. *c.* in cod. *Mazarin.* idem cum expositione Balsamonis. *Harl.*

Parif. 1661. fol.) *itemque reliqua Nomocanona, quibus Iustiniani Nouellae abrogatae nec in Basilicis receptae, et aliae quaedam leges e codice ac Digestis desumtae continentur, quaeque videntur multiloquio locupletari, (innumerabiles enim tales libros vidi apud multos non adspernandos homines,) nihil faciant, vt quae sint periculosiora et refugienda, sed ea perire sinant.* Photii Nomocanon canonibus ipsis praemissus, (vnde et πρoκανὼν dictus est, *) cum *Theodori Balsamonis* commentariis latine ex versione Gentiani Herueti, Parif. apud Guil. Morellium 1561. fol. deinde ex Henrici Agylaei interpretatione Basil. 1562. fol. [1561. in cat. bibl. Leid. p. 65.] et graece ac latine deinde plus simplici vice editus fuit, Parif. 1615. 4. et 1661. fol. cum eadem versione Agylaei, per *H. Iustellum* castigata et suppleta, [v. infra vol. XI. p. 53. ed. vet.] vt iam dixi supra quum de Balsamonis scriptis differerem p. 187. ed. vet. [vol. X. n. ed.] Tantum addo, lapsum *du Pinium* memoria, quando Photii nomocanonem in magno Beueregii synodico recusum scripsit. Compendium Nomocanonis a *Michaële Psello* versibus politicis adornatum adhuc in bibliothecis delitescit manu exaratum. Versus ad Michaëlem Ducam, quibus Psellus opus istud ei consecrat, publicauit *Cangius* in Glossario graeco pag. 1002. [v. supra in hoc vol. pag. 58. *L.* et not. *ii*, et infra vol. XI. pag. 49. sq. ed. vet. vbi *Pselli* versiculi adducuntur. Add. *Lambec.* comment. V. p. 490. sq. de cod. *Vindob.* CCLXXXV. in quo continentur *Mich. Pselli* quinque carmina, versibus politicis, quorum quartum est de Nomocanone Photii et de conciliis generalibus atque prouincialibus, ex quorum canonibus is collectus est. *Harl.*] Nomocanonem Photii cum notis Balsamonis et Zonarae editum esse a Iac. Gothofredo et Beueregio, praeter rem tradit ex memoriae lapsu *Morhofius* lib. I. Polyhist. cap. 16. p. 177. Totum illud Nomocanonum institutum improbat, et Graecorum in imperatores adsentationi tribuit *Allatius* de consensu etc. p. 221. *Fabr.* Add. de hoc Photii nomocanone *Io. Aug. Bachii* historiam iurisprudentiae romanae, libr. IV. cap. 2. §. VII. ed. V. cum obseruatt. *Aug. Corn. Stockmanni*, Lipsiae 1796. 8. pag. 650. sq. — *Burcard. Struuii* Histor. iuris etc. Ienae 1718. 4. cap. 4. §. V. pag. 348. sqq. cel. *Christi. Frid. Glück* praecognita vberiora vniuersae iurisprud. ecclesiasticae positiuae Germanor. Halae. 1786. 8. pag. 271. sq. cel. *Schroeckh.* histor. eccl. christianam, tom. XXII. p. 408. sqq. *Harl.* Inprimis *Ios. Simon Assemanus* in bibliotheca iuris orientalis ciuilis et canonici, tom. I. (Rom. 1762. 4.) p. 35. sqq. et al. loc. *Beck.*]

[P] XIII. *Sex breues dissertationes theologicae*, latine, *Francisco Turriano* interprete, vulgatae ab *Henr. Canisio* tomo V. Antiquae lectionis, Ingolstad. 1604. 4. Graece et lat. praeter primam exhibentur a *Iac. Basnagio*, (qui tertiam quoque integriorem adiunxit,) cum notis Claud. Capperonerii, cuius etiam notae accedunt, in noua editione Lectt. Canisian. tom. II. part. 2. p. 420. 1) *quomodo dicatur deus esse in omni re, et quomodo respondendum ad obiectiones.* p. 188. 2) *Hypotyposes theologicae, capitibus X.* p. 190. 3) *quare vsque ad Trinitatem procedat Deus, nec circa nec vltra personas numerentur.* pag. 192. 4) *quomodo dicamus vnum et tria.* p. 195 5) *quomodo cogitari possit Deum esse incarnatum?* p. 198. 6) *quare Deus carnem assumserit?* p. 198. 199. Turrianus vsus est graeco codice MS. Bauarico. Fortasse hae breues lucubrationes sunt particula ex Amphilochiis Photii adhuc ineditis, de quibus infra.

De voluntatibus in Christo gnomicis siue decretoriis diatriba, in qua negat, locum habere in Christo deliberationem et electionem, quia omnia nouit perfecte, prospicitque simul

*) Vide *Cangium* in Πρoκανών. [add. infra vol. XI. p. 27. et 49. ed. vet.]

simul et semel: itaque licet, quot naturae, tot etiam sint in illo voluntates, tamen quia humanae naturae voluntas voluntati naturae diuinae semper consentit, vnam quoque esse voluntatem gnomicam. Prodiit latine ex eiusdem Turriani interpretatione in auctario *Petri Steuartii*, Ingolstad. 1616. 4. pag. 437-452. Graece seruatur in bibl. Caesarea περὶ γνωμικῶν θελημάτων ἐπὶ Χριςῦ. Vide *Lambecium* V, pag. 13. [p. 32. nr. 1. Kollar.] Subiunxit Stevartius dissertationem (Turriani, ni fallor,) qua Photii argumenta impugnantur. Graece et lat. in edit. lectt. Canis. per Basnag. tom. II. part. 2. p. 407. ex cod. Bauar. et Basnag. subiunxit, vt ei visum est, ipsius *Steuartii* dissert. [Est Photii opusc. *Monac.* in codd. LII. et CLII. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. I, p. 14. et part. 10. p. 48. Conf. *Schroeckh.* l. c. tom. XXIV. p. 202. sqq. *Harl.*] Vide etiam sis de hac materia Ioannem Damascenum lib. III. de orthodoxa fide cap. 14. et Ioannis Forbesii instructiones historico-theolog. lib. V. cap. 26.

Περὶ τῦ μὴ δεῖν πρὸς τὰ ἐν τῷ βίῳ λυπηρὰ ἐπιςρέφεσθαι. *Quod non oporteat ad praesentes vitae molestias adtendere*, et hoc vnice omni studio curandum, vt peccata fugiamus. Hoc scriptum breue *Cotelerius* graece et latine edidit tom. II. monument. p. 106-108. Paris. 1681. 4. Incipit: ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ βίος ἄλυπος.

Εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκυ. *Homilia in sanctissimae dei genitricis natalem diem.* Incipit: πᾶσα μὲν ἑορτὴ καὶ πᾶσα πανήγυρις. Graece ex MS. Mazariniano descripsit, et cum versione sua edidit *Franciscus Combefisius* in auctario nouo bibl. patrum tom. I. p. 1583. 1604. Paris. 1648. fol. col. 1583-1604. testatus, in Seguieriani codicis indice etiam aliam Photio tribui *in sepulturam domini.* Haec, licet valde luculenta, a Combefisio omissa est, quia exordio mutilam exscribere noluit. Altera latine exstat etiam in eius bibl. concionatoria. *Fabr.* Conf. supra in hoc vol. p. 278. Est etiam in cod. *August. Vindel.* v. *Reiser.* indic. MSS. bibl. August. p. 31. *Harl.*

Ὁμιλία ῥηθεῖσα ὡς ἐν ἐκφράσει τῦ ἐν τοῖς βασιλείοις περιωνύμυ ναῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκυ ὑπὸ Βασιλέως τῦ Μακεδόνος οἰκοδομηθέντος. *Homilia, complexa descriptionem noui templi S. Mariae virginis, in palatio conditi ab imp. Basilio* [P] *Macedone*, et die eius dedicationis habita. Hanc graece primus publicauit *Petrus Lambecius* notis ad Codinum pag. 187. Paris. 1655. fol. Latine vertit *Combefisius*, in cuius manipulo originum rerumque CPolitanarum legitur vtraque lingua pag. 296-303. ibid. 1644. 4. Incipit: Φαιδρὸν ὁρῶ τῆς παρέσης ἡμέρας τὸν σύλλογον. [v. supra, vol. VII. p. 803. sq.]

In Guil. Beueregii synodico tom. II. ante Matthaei Blastaris syntagma, tituli paginarum praeferunt *Balsamonem in* Photii XI. *interrogationes quorumdam monachorum.* Sed Photii nomen ibi delendum; nihil enim in illis interrogationibus, quod ad Photium vllo modo pertineat.

β' Ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃς λῦσαι ἀντίθεσιν, εὐπροσώπως ἀναβάλλῃ τὰς λύσεις τῶν εἰρημένων· εἰς ἕτερον χρόνον παρέξομαι. ἤ, νῦν διὰ τόδε οὐ πεποίηκα. ἤ, παρὰ τῶδε ποιήσω. οὕτως ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀνδροτίωνος· Ἂν τοίνυν λέγῃ περὶ τοῦ τῆς ἑταιρήσεως νόμου, ὡς ὑβρίζομεν ἡμεῖς καὶ βλασφημίας οὐχὶ προσηκούσας κατ' αὐτῆς ποιούμεθα, δέον πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ἐλέγχειν, [P] ἵνα ἐκεῖ περὶ χιλίων ἐκινδυνεύομεν, ὑποβάλλετε αὐτῷ, ὅτι καὶ τοῦτο ποιήσομεν ὕστερον, ἐπειδὰν νῦν περὶ ὧν εἰσῆκται, δῷ λόγον. Οὔτε γὰρ ἀδύνατος εἶναι δόξεις λῦσαι τὴν ἀντίθεσιν, καὶ ἀναβολὴν μετὰ ἀπολογίας εἰργασμένος ἀξιοπίστως, ἀπάξεις ἀπὸ τῆς ἀντιθέσεως οὔσης ἀλύτου τὸν δικαστήν.

2. Si non possis commode soluere obiectionem, solutionem obiectorum differ hunc in modum: alio tempore respondebo. Vel: nunc ideo a respondendo me abstineo. Vel: tunc huic obiectioni satisfaciam. Sic Demosthenes in oratione contra Androtionem: b) *Quod si dixerit de impudicitia nos esse iniurios, et falsa in se maledicta iacere, apud Seuiros esse fidem faciendam accusationi, vt ibi de mille drachmis* (pro calumnia pendendis) *periclitemur: monete ipsum quod et hoc facturi simus deinceps, postquam horum nunc quae ingressi sumus rationem reddiderimus.* Ita enim non videberis soluere obiectionem haud posse, et in dilatione te defensurus fidem inuenies, adeoque iudicem ab obiectione quam dissolvere non valebas, abduces.

γ' Συνδραμῇ δὲ τῇ ἀλύτῳ ἀντιθέσει, καὶ συνδραμὼν ἀντικατηγορήσεις τοῦ ἀντιδίκου. πάλιν γὰρ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἀλύτων θεωρήματι παρασχετέον παράδειγμα, μικρᾶς καὶ ἀσθενοῦς καὶ γλίσχρου τῆς διαφορᾶς οὔσης ἐνταῦθα. ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου· εἶπε τοίνυν μοί τις ἄρτι προσελθὼν πρὸ τοῦ

3. Concedendo obiectionem quae solui nequit, eique assentiendo accusabis vicissim adversarium. Nam et istud exemplum in doctrina hac de indissolubilibus obiectionibus iterum adducere iuuat, licet parua sit leuisque et vix notanda differentia. Sic itaque Demosthenes oratione aduersus Aeschinem c).

Dudum

a) P. 219.

b) P. 421.

c) P. 244. seq.

δικαστηρίῳ, Χάρητος κατηγορεῖν αὐτὸν παρεσκευάσθαι, καὶ διὰ τούτου τοῦ τρόπου καὶ τούτων τῶν λόγων ἐξαπατήσειν ὑμᾶς ἐλπίζειν. ἐγὼ δὲ ὅτι πάντα μὲν τρόπον κρινόμενος Χάρης εὑρεθήσεται πιστῶς καὶ εὐνοϊκῶς ὅσον ἦν ἐπ' ἐκείνῳ, πράττων ὑπὲρ ὑμῶν. διὰ δὲ τοὺς ἐπὶ χρήμασι λυμαινομένους τοῖς πράγμασι, πολλῶν ὑστερῶν, οὐ σφόδρα διϊσχυρίζομαι ἀλλ' ὑπερβολὴν ποιήσομαι. ἔστω γάρ, πάντα τἀληθῆ λέξειν περὶ αὐτοῦ τουτονί. καὶ οὕτω τοίνυν κομιδῇ γέλως ἐστὶ κατηγορεῖν ἐκείνου τουτονί. ἐγὼ γὰρ Αἰσχίνην οὐδενὸς αἰτιῶμαι τῶν ἐν τῷ πολέμῳ πραχθέντων· τούτων γάρ εἰσιν ὑπεύθυνοι οἱ στρατηγοί. οὐδὲ τοῦ ποιήσασθαι [P] τὴν πόλιν εἰρήνην. ἀλλ' ἄχρι τούτου πάντα ἀφίημι. τί οὖν λέγω, καὶ πόθεν ἄρχομαι κατηγορεῖν; τοῦ, ποιουμένης τῆς πόλεως εἰρήνην, Φιλοκράτει συνειπεῖν, ἀλλὰ μὴ τοῖς τὰ βέλτιστα γράφουσι· τοῦ δῶρα εἰληφέναι, τοῦ ἐξαπατῆσαι. Συνδραμὼν γὰρ ὅτι κακῶς ἐπολέμει Χάρης, οὕτως κατηγορῶν Αἰσχίνου προδοσίαν ἐπὶ τῷ συνειπεῖν Φιλοκράτει, ἀξιόπιστος ἔδοξεν εἶναι, ὅτι καὶ δῶρα εἴληφε, λέγων.

Dudum autem ante curiam quidam venit et mihi rem dixit omnium absurdissimam: instituisse eum Charetem accusare, atque eo modo et iis verbis decipi posse vos sperare. Ego vero, si accusetur Chares, inuentum eum iri fideliter et beneuole modis omnibus pro vobis egisse, quicquid in ipso fuerit: propter eos autem qui suis corruptelis negotia perderent, tanto fuisse inferiorem: non magnopere ista contendo, sed nimium ipsi largiar. Esto, vere Aeschines de eo dicat omnia: etiam sic tamen admodum ridiculum erit eum ab isto accusari. Ego enim nihil, quod in bello gestum est, Aeschini imputo, id enim a ducibus requirendum est: neque pacem factam a republica: sed hactenus condono omnia. Quid igitur dico? vnde accusare incipio? Quod, dum pacem resp. faceret, Philocrati suffragatus est, non iis qui suadebant optima: quod munera accepit, quod fucum fecit. Concesso enim quod male in bello se gessisset Chares, ita dum arguit Aeschinem proditionis quod Philocrati esset suffragatus, fide dignus etiam videtur, quando munera eum accepisse affirmat.

δ' Συνδραμὼν δὲ πάλιν οἷς ὁ ἀντίδικος λέγει δικαίοις οὖσι, τὸ συμφέρον ἀντιτίθησιν οὕτως, ὡς ὁ Δημοσθένης πάλιν ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. λέγοντος γὰρ Αἰσχίνου ὅτι πονηροὶ Φωκεῖς ἦσαν, καὶ ἐχρῆν αὐτοὺς ἀπολωλέναι, οὐκ ἀντέστη μέν, συνδραμὼν δὲ ἔφη, ἀλλὰ συνέφερεν αὐτοὺς σώους εἶναι τῇ πόλει. οὐδὲ γὰρ Λακεδαιμονίους διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ποτε ἐσώσατε, οὐδὲ τοὺς καταράτους Εὐβοέας, ἀλλ' ὅτι συνέφερε τοῦτο τῇ πόλει.

4) Concessis iterum iis quae aduersarius vera ac iusta obiicit, vtilitatem opponit: ita vt Demosthenes iterum in oratione aduersus Aeschinem. d) Cum enim ille dixisset malos fuisse Phocenses, atque oportuisse illos pendere: non hoc oppugnauit, sed concedens ait: at reip. intererat eos incolumes seruari. *Neque enim Lacedaemonios propter virtutem eorum olim conseruastis, neque exsecrandos illos Euboënses, sed quod eas esse incolumes e republica erat.*

ε' Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτοῦ ἀντιθέσεως ἣν ὁ ἀντίδικος παρέχεται, μεταβιβάσεις τὸν δικαστὴν ἐφ' ἑτέραν ἀντίθεσιν, τὴν μὲν ἄλυτον,

5) Ab obiectione quam affert aduersarius, iudicem abduces ad obiectionem aliam: illamque insolubilem negabis facere cum maxime ad

d) P. 210.

μὴ συνεκτικὴν εἶναι λέγων τοῦ παρόντος ἀγῶνος, ἣν δὲ ἀντεισάγεις σύ. οὕτως ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους ὁ ῥήτωρ πεποίηκε λόγῳ. λέγοντος γὰρ τοῦ Τιμοκράτους ὅτι ἐκτέτισαι τὰ χρήματα Ἀνδροτίωνι καὶ Γλαυκέτῃ καὶ Μελανώπῳ ὑπὲρ ὧν αἰτίαν ἔχω θεῖναι τὸν νόμον, ὡς ὀφειλόντων ἔτι τῇ πόλει, φησὶν, ἀλλ᾽ οὐ περὶ τούτων κρίνεται [P] νῦν, εἴτε ἐκτέτισαι τὰ χρήματα τούτοις, εἴτε μή· ἀλλ᾽ εἰ παράνομον ἔγραψε Τιμοκράτης ψήφισμα. Ἀπαγαγὼν γὰρ τῆς ἀλύτου ἀντιθέσεως, τῆς λεγούσης ὅτι ἐκτέτισαι τὰ χρήματα αὐτοῖς, οὐχ ὑπὲρ τούτων κρίνεται, λέγων, καὶ οὐχ ὑπὲρ τούτων ἔγραψα τὸν νόμον, τὸ παράνομον ἐπήγαγεν εἰπών· ὡς παρανόμου τῆς γραφῆς οὔσης ὑπὲρ ἧς ἥκουσι κρίνοντες.

ad praesentem controuersiam, sed hanc potius quam tu adduxeris. Sic Demosthenes in oratione aduersus Timocratem, e) cum ille dixisset pecuniam solutam esse ab Androtione, Glaucete et Melanopo, pro quibus accusor legem tulisse, vt qui ciuitati adhuc debuerint: respondet, non de eo quaeri iam vtrum pecunia ab illis soluta sit nec ne, sed vtrum nefarium Timocrates decretum tulerit. Abducens itaque iudices ab insolubili obiectione, quod pecunia soluta ab illis fuisset, non de hoc inquit contenditur, neque de his legem tuli: sed obiicit de nefario, et legem ipsam de qua iam litigent, contra omnes leges esse.

ς´ Μετὰ αἰτίας δὲ τὸ πιστὸν τῶν πραχθέντων παρέξεις, τὰς ἀλύτους ἀντιθέσεις μεθοδεύων. ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Φορμίωνος, λέγοντος Φορμίωνος, Ἡ μήτηρ οὖν ἡ σὴ τὰς διαθήκας ἐμοὶ πεισθεῖσα ἐξέπλεξε, καὶ ἐρωτῶντος ἐδόκει ἀπίθανον εἶναι τὸ τὸν Φορμίωνα προτιμηθῆναι ὑπὸ τῆς Ἀπολλοδώρου μητρός. μετὰ τῆς αἰτίας οὖν τὸ πιστὸν παρήγαγεν, εἰπὼν, ὅτι μὴ ἀπίστει. διέφθαρται γὰρ ἡ μήτηρ. καὶ οὐ δοῦλος ἦν Φορμίων, ἀλλ᾽ ἀνήρ. τὸ δὲ ἐπαχθὲς ἔφυγε, τῷ δόξαι μητρὸς κατηγορεῖν, προσεπισημηνάμενος ὅτι ἀναγκαζόμενος καὶ οὐχ ἑκὼν λέγει ταῦτα.

6) Causa allata fidem rebus facies, atque ita indissolubiles obiectiones declinabis. Sic Demosthenes in oratione pro Phormione, cum Phormio diceret, f) *mater tua,* Apollodore, *a me persuasa tabulas testamenti aboleuit,* et videretur incredibile Phormionem ab Apollodori matre praeferri filio, causa allata fidem rei facit, aitque, *noli non credere, mater enim fuit corrupta, nec seruus erat Phormio, sed vir.* Illudque effugit quod erat maxime odiosum, vt videretur matrem accusare, significans coactum et neutiquam volentem hoc se facere.

ζ´ Ὅταν δὲ ἀλύτου ἀντιθέσεως μέρη διαιρῇς, πειράσῃ μεθοδεύειν, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ᾽ Αἰσχίνου πεποίηκε. λέγοντος γὰρ Αἰσχίνου ὅτι καὶ Χερρόνησος ὑμῖν ἀπὸ τῆς εἰρήνης περιγέγονε, καὶ εἰρήνην ἔχετε ἀντὶ πολέμου, καὶ τριήρεις τριακοσίας, καὶ σκεύη ταύταις καὶ χρήματα, οὐ δυνάμενος πρὸς ἅπαντα ταῦτα ὁ Δημοσθένης ἀθρόως ἀντιστῆναι, οὐδὲ ὡς οὐκ ἔστιν ἀληθῆ δεῖξαι, διεῖλε

. 7) Insolubilem obiectionem commode tentabis euadere, si eam diuiseris in partes, vt fecit Demosthenes in oratione aduersus Aeschinem. Cum enim hic obiecisset, quod pacis beneficio Chersonesum Athenienses haberent, et pro bello restituta esset pax, et trecentae illis forent naues, hisque instruendis apparatus et pecuniae: haec cum non posset coniunctim refellere Demosthenes, nec quo falsa

e) P. 468.
f) P. 602.

[P] τὴν ἀντίθεσιν εἰς τρία μέρη. καὶ κατὰ μέρος εἰσαγαγὼν, οὕτως τῇ διαιρέσει μεθώδευσε τὴν ἄλυτον ἀντίθεσιν, καὶ ταῖς λύσεσιν ἐσοφίσατο, ἀλύτων ὄντων καὶ τῶν μερῶν· ἐν μὲν γὰρ τῇ πρώτῃ, τὴν Χεῤῥόνησον ἔχετε ἐξ ἧς σῖτος ἄφθονος ὑμῖν κομίζεται, ἐν τῇ εἰσαγωγῇ τὴν δοκοῦσαν λύσιν διὰ τῆς ἀντικατηγορίας παρέστησεν, εἰπὼν οὕτως. Ἂν τοίνυν ἀντὶ Φωκέων καὶ Πυλῶν Χεῤῥόνησος ὡς περίεστι τῇ πόλει, λέγῃ, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν μὴ ἀποδέξησθε· ἐδύνασθε γὰρ ἂν εἰ μὴ διὰ τοῦτον, καὶ Χεῤῥόνησον καὶ Πύλας καὶ Φωκέας ἔχειν. Εἰ μὲν γὰρ ἀληθὴς ἦν λύσις ἐκείνη, ὅτι οὐ περιγέγονε Χεῤῥόνησος. ἐπεὶ δὲ ψεῦδος ἦν, τὸ σόφισμα ἐκεῖνο γέγονεν, ἀλλ᾽ οὐκ ἀντὶ Φωκέων καὶ Πυλῶν. Πάλιν δὲ τὸ δεύτερον τῆς ἀντιθέσεως μέρος εἰσήγαγε, λέγων, Οἶδα τοίνυν ὅτι τοὺς μὲν ὑπὲρ τῶν κατηγορημένων αὐτῷ λόγους Αἰσχίνης φεύξεται. βουλόμενος δὲ ὑμᾶς ὡς ποῤῥωτάτω τῶν πεπραγμένων ἀπαγαγεῖν, διέξεισιν ἡλίκα πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγαθὰ ἐκ τῆς εἰρήνης γίγνεται, καὶ τοὐναντίον ἐκ τοῦ πολέμου κακά. καὶ ὅλως ἐγκώμια εἰρήνης ἐρεῖ. καὶ τοιαῦτα ἀπολογήσεται. ἔστι δὲ καὶ αὐτὰ ταῦτα, κατηγορήματα τούτου. εἰ γὰρ ἡ τοῖς ἄλλοις ἀγαθῶν αἰτία, τοσούτων πραγμάτων καὶ τηλικαύτης ταραχῆς ἡμῖν αἰτία γέγονε, τί τις εἶναι τοῦτο φῇ, πλὴν ὅτι δῶρα λαβόντες οὗτοι, καλὸν πρᾶγμα φύσει, κακῶς διέθηκαν; καὶ ἐν αὐτῇ τῇ διαιρέσει [P] ἐσοφίσατο. οὐ γὰρ ἔλυσεν, ὅτι καλὸν ἡ εἰρήνη· ἢ οὐκ εἰρήνην ἄγετε. ἀλλ᾽ ἐζημιώθημεν ἐξ αὐτῆς, εἶπε. καὶ τὸ ἕτερον δὲ μέρος τῆς ἀντιθέσεως οὕτως εἰσήγαγε· Τί δὲ οὐ τριήρεις τριακόσιαι, καὶ σκεύη ταύταις καὶ χρήματα ὑμῖν περίεσι, καὶ περιέσται διὰ τὴν εἰρήνην; ἴσως ἂν εἴποι. πρὸς δὲ ταῦτα ἐκεῖνο ὑμᾶς ὑπολαμβάνειν δεῖ ὅτι καὶ τὰ Φιλίππου πράγματα γέγονεν εὐπορώτερα ἐκ τῆς εἰρήνης

falsa essent demonstrare, diuisit obiectionem in tres partes, singulasque inducens, ita diuisionis ope hanc indissolubilem obiectionem scite declinauit, et solutionum specie elusit etiam partes, quae dissolui vix ac ne vix quidem poterant. Nam ad primam, *Chersonesus vobis est, ex qua commeatus abunde ad vos affertur*, in inductione per recriminationem soluere obiectionem videtur cum ait: [g]) *Quod si pro Phocensibus et Pylis Chersonesum superesse reip. dixerit, per Iouem et deos vos obsecro, ne admittatis, potuissetis enim alia ratione et Chersonesum et Phocenses et Pylas habere*. Licet enim vera solutio fuisset, dicere *Chersonesum non esse relictam Atheniensibus*, tamen quoniam falsum hoc erat, illo potius scite excogitato vsus est: *at non pro Phocensibus Pylisque*. Hinc ad alteram obiectionis partem progressus [h]), *Equidem scio*, inquit, *Aeschinem ad accusationem nihil esse responsurum, sed quo vos quam longissime a causa abducat, commemoratum quantum vniuersi mortales commodorum ex pace percipiant, contra, quas e bello clades, ac denique laudationem pacis, defensionis loco allaturum. Sunt autem ea omnia cum eius criminatione coniuncta. Nam si pax, quae aliis tot bonorum causa est, tot negotiorum et tantae perturbationis causa nobis extitit, quid tandem dici conueniet, nisi istos muneribus acceptis, rem suapte natura bonam male corrupisse?* Etiam in hac diuisionis parte artificium adhibuit; non enim soluit obiectionem negando pacem esse rem bonam, aut pacem non habere Athenienses, sed iacturam ex illa passos esse affirmauit. Sed et tertiam obiectionis partem attingit hunc in modum: [i]) *Quid vero? an non triremes trecentae et armamenta illarum et pecuniae vobis supersunt et supererunt propter pacem? Fortas-*

g) P. 210.
h) P. 211.
i) P. 212.

πολλῷ, καὶ κατασκευαῖς ὅπλων, καὶ χώραις, καὶ προσόδοις, αἳ γεγόνασιν ἐκείνῳ μεγάλαι· τὰ δὲ ἐκείνου οὐδεὶς ἀπέδοτο, ὡς οὗτοι τὰ ἡμέτερα. οὐ δὴ δίκαιον ἐκείνῳ μὲν ἀμφότερα ηὐξῆσθαι, καὶ τὰ τῶν συμμάχων· ἃ δὲ ἡμῖν δικαίως ἂν ὑπῆρχεν ἐκ τῆς εἰρήνης, ταῦτα ἀνθ' ὧν ἀπέδοντο οὗτοι, λογίζεσθαι· οὐ γὰρ ταῦτα ἀντ' ἐκείνων γέγονεν, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἦν ἂν ὁμοίως ἡμῖν, ἐκεῖνα δὲ τούτοις ἂν προσῆν, εἰ μὴ διὰ τούτους. Τὸ σόφισμα κἀνταῦθα πρὸς τὸ μεμερίσθαι τὴν ἀντίθεσιν ἐκείνῳ, γέγονε, καὶ τοῦ μέρους ὄντος τῆς ἀντιθέσεως ἀλύτου. μὴ δυνάμενος γὰρ εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔχουσι τριήρεις τριακοσίας, ἀντέθηκε φήσας, ὅτι καὶ τὰ Φιλίππου πράγματα πολλῷ εὐπορώτερα ἐκ τῆς εἰρήνης γέγονεν, ἐκεῖνα δὲ οὐ προδέδοται, ὥσπερ τὰ ἡμέτερα.

η' Δι' ὅλου δὲ τοῦ λόγου μεθοδεύσεις τὴν ἄλυτον ἀντίθεσιν, οὐδέποτε προηγουμένως [?] παρεχόμενος τὰς λύσεις, οὕτως ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ὀλυμπιοδώρου, ὅτι οὐ προσήκει σοι τῶν Κόνωνος τοῦ ἁλιέως· ἐγὼ γὰρ καὶ ἠμφισβήτησα, καὶ εἰσελθὼν εἰς δικαστήριον ἐνίκησα, καὶ δεσπότης εἰμί· σὺ δὲ εἰ ἠμφισβήτεις τοῦ κλήρου, πρὸ τῆς τῶν δικαστῶν ἀποφάσεως ἐχρῆν ἀντιποιεῖσθαι. τὰς μὲν ἀντιθέσεις οὐδαμῶς προηγουμένως ἔθηκε, λέγει δὲ δι' ὅλου τοῦ λόγου, ὅτι μοι πρὸς Ὀλυμπιόδωρον συνθῆκαί τινες ἐγένοντο, ἵνα κοινῇ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀγωνισώμεθα· τὸ μὲν ἥμισυ τοῦτον ἔχειν τοῦ κλήρου, τὸ δὲ ἥμισυ ἐμέ. καὶ ὠμόσαμεν κοινῇ πρὸς ἅπαντας ἀγωνιεῖσθαι· παρέβη δὲ Ὀλυμπιόδωρος τὰς συνθήκας. Οὕτως γὰρ ἀμφοτέρας λεληθότως τὰς ἀντιθέσεις μεθοδεύει, μηδὲ ἥντινα συνθεὶς ἐκ προηγουμένου. λέγω δὲ ὅτι διὰ τὰς συνθήκας οὐκ ἠμφισβήτησα, νομίζων σε πιστὸν εἶναι· ἐνίκησας δὲ ἐμοῦ σιωπήσαντος κατὰ τὰ δόξαντα.

se, dicat. Vobis autem contra ita sentiendum est: etiam Philippo opes ea pace multo auctiores esse factas et apparatu armorum et prouinciis et reditibus quos ille nactus est ingentes. At illius res nemo alienauit, vt isti nostra tradiderunt. Non igitur aequum est, illi vtraque esse aucta per istos et prouincias et societates: nobis ea quae propter pacem merito teneremus, istorum traditione aestimari. Non enim haec pro illis recipimus, neque multis verbis est opus, sed et haec, absque ista esset, accessissent. Artificium etiam hic in diuisione obiectionis aduersarii apparet, circa partem etiam illius indissolubilem. Itaque cum non possit negare trecentas triremes esse Atheniensibus, obiecit Philippo res ex pace vehementer auctas, quae non ita proditae sunt, vt nostrae Atheniensium.

8) Per totam orationem eludes indissolubilem obiectionem, nusquam ex instituto solutionem eius professus, vt Demosthenes in oratione contra Olympiodorum. Non competit tibi Cononis piscatoris haereditas. Nam ego, qui dubius haerebam, forum adii, et causae victor recessi, itaque sum dominus haereditatis. Te vero cum de illa herciscunda eras dubius, oportebat ante iudicum sententiam, haereditatem tibi vindicare. Demosthenes obiectiones neutiquam ex instituto ponit, at per totam orationem prae se fert cum Olympiodoro pactum initum vt communiter aduersus alios certaremus, et dimidiam partem ferret haereditatis ipse, dimidiam ego, et communi nomine aduersus alios quoscunque iurauimus nos esse certaturos. k) Olympiodorus vero pactum hoc violauit. Ita vtramque simul obiectionem scite euertit Demosthenes, licet neutram ex instituto proponat. Aio nimirum me propter pactum neutiquam dubitasse, cum te fidem seruaturum crederem. Tu autem in foro vicisti me propter illam opinionem scilicet tacente.

9) Mo-

k) P. 692.

θ΄ Παραινῶν δὲ τῷ ἀντιδίκῳ, καὶ ὡς δοκῶν αὐτοῦ προκήδεσθαι, ἄλυτον εἶναι δοκοῦσαν μεθοδεύσεις ἀντίθεσιν, ὡς ὁ Δημοσθένης πεποίηκεν ἐν τῷ πρὸς Βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος. λέγοντος γὰρ τοῦ Βοιωτοῦ, Μαντίθεος λέγομαι· [P] δεύτερον γὰρ ὁ πατὴρ εἰσήγαγεν εἰς τοὺς φράτορας· τὴν μὲν ἀντίθεσιν προηγουμένως οὐκ ἔθηκεν· ὁ Μαντίθεος γὰρ ἦν αὐτός· ὡς προνοούμενος δὲ μεθοδεύει, ἐρωτῶν, βούλει πρὸς θεῶν, ὦ Βοιωτὲ, Μαντίθεος λέγεσθαι; σὲ οὖν εἰσήγαγε δεύτερον ὁ πατὴρ εἰς τοὺς φράτορας, ὃν ἀναγκασθεὶς ἐποιήσατο ὄντα ἀπὸ τῆς ἑταίρας Πλαγγόνος. Ἀδυνατῶν γὰρ κἀνταῦθα λῦσαι τὴν ἀντίθεσιν, ἔθηκε προηγουμένως ὡς παραινῶν τῷ ἀντιδίκῳ, καὶ κατεσοφίσατο. καὶ λύειν ἔδοξε, μετὰ τοῦ καὶ ὀνειδίζειν αὐτῷ τὰς προτέρας τύχας τῶν πατέρων.

9) Monendo aduerſarium, ac velut eius curam habendo obiectionem quae videbatur inſolubilis, diſcuties, vt fecit Demoſthenes in oratione aduerſus Boeotum, de nomine. [l]) Cum enim Boeotus obiiceret ſe Mantitheum vocari, ſecundo loco enim a patre introductum eſſe ad curiales: ille obiectionem diſerte non poſuit, nam Mantitheus ipſe erat, ſed velut curam gerens aduerſarii, eam eludit, dum rogat: Voles itaque, per deos, o Boeote, Mantitheus vocari, te quippe ſecundo loco pater in curiales introduxit, quem coactus adoptauit ſuſceptum ex amica Plangone. Cum enim ſoluere hic obiectionem non poſſet, poſuit cum maxime velut moniturus aduerſarium, atque ita eluſit ſoluereque eſt viſus, priorem etiam parentum conditionem exprobrando.

ι΄ Παρεμπλέκων δέ τι εὔλυτον τῇ ἀλύτῳ ἀντιθέσει, δόξεις παρέχεσθαι λύσιν, τὴν ἀφορμὴν ἀπὸ τοῦ συμπλεκομένου εὐλύτου λαμβάνων· ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην πεποίηκεν. οὐ πολλοὶ ἀνάξιοι ἔχουσι τὰς ἀτελείας, παραπλέκει τι τούτῳ, καὶ λέγει, ὅτι φησὶ Λεπτίνης, ἐπειδὴ ἀνάξιοι ἔχουσι τὰς ἀτελείας, διὰ τοῦτο τὰς δωρεὰς τοὺς εὐεργέτας ἀφελώμεθα. Ἀπὸ τοῦ πεπραγμένου, ὅτι τὰς δωρεὰς τοὺς εὐεργέτας ἀφελώμεθα, εὐπορεῖν ἔδοξε λύσεως, πρὸς τὸ ὅτι πολλοὶ ἀνάξιοι τὰς ἀτελείας ἔχουσιν.

10) Inſolubili obiectioni aliquid, facile ſolui quod poteſt, admiſcens videberis ſolutionem afferre, ſi argumentum ab illo, quod ſolutu eſt facile, ſumſeris, vt factum eſt a Demoſthene in oratione aduerſus Leptinem. [m]) Cum enim non poſſet diſſoluere, quod obiiciebatur, multos etiam indignos immunitatibus frui, admiſcet ei aliquid, et ait Leptinem colligere ex eo quod indigni gaudent immunitatibus, ideo etiam bene promeritos praemiis eſſe ſpoliandos. Ex hoc enim quod afferebatur de eripiendo bene meritis praemio, viſus eſt etiam alterum illud de multis indignis immunitates habentibus poſſe diluere.

ια΄ Ἐὰν δὲ ἡ ἀντίθεσις ἄλυτος ᾖ, ἐλπίζῃς δὲ τοὺς δικαστὰς ἐπιλήσεσθαι [P] αὐτῆς, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐπιτηδείων ἐν τῷ λόγῳ συμπραχθέντων, μηκέτι μέμνησο ἐν τῷ λόγῳ αὐτῆς. τοῦτο δὲ καὶ ὁ ῥήτωρ πεποίηκε. λέγοντος γὰρ

11) Si diſſolui nequeat obiectio, et ſpes ſit iudices eius ob multitudinem rerum in oratione aduerſarii allatarum oblituros, non facies eius in oratione tua mentionem. Sic etiam Demoſthenes cum ab Aeſchine [n]) eſſet dictum,

l) P. 639.

m) P. 362 ſq.

n) Aeſchines de falſa legat. p. 258.

 quod

Αἰσχίνου, ἀλλὰ πρὶν ἐμὲ ἐξελθεῖν, καὶ Κερσοβλέπτης ἀπώλετο· οὐκ ἔθηκε τὴν ἀντίθεσιν ἐν τῷ λόγῳ, τῷ χρόνῳ δόξας πολλὴν ἀντιθέσεων ἀφθονίαν παρέχεσθαι ἑτέρων, καὶ σύγχυσιν ἐργασάμενος, τὴν ἀνθυποφορὰν τὴν περὶ τῶν χρόνων, οὐκ ἐλπίσας τοὺς δικαστὰς ὡς περὶ τοῦτο κρινόμενον ἐνστήσεσθαι.

ιβʹ Συντρέχων δὲ τῇ ἀλύτῳ ἀντιθέσει, τὴν γνώμην διαβάλλεις τοῦ ἀντιδίκου, ἵνα δοκῇς προσχήματι ὡς λύσιν δή τινα τὴν κατηγορίαν γνώμης παρέχεσθαι. ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους ὁ ῥήτωρ πεποίηκε. μὴ δυνάμενος γὰρ δεῖξαι ὅτι οὐκ ἔστι τὸ ψήφισμα τὸ γραφὲν τῷ Ἀριστοκράτει προβούλευμα, τὴν γνώμην τοῦ γράψαντος διαβάλλει. Ἐγὼ δὲ, φησὶν, οἶμαι δεῖν ὑμᾶς ἐκεῖνο ὑπολαμβάνειν, ὅτι τὸ ψήφισμα τοῦθ' οὗτος ἔγραψεν, οὐχ ἵνα ὄντος ἀκύρου, μηδὲν ἀηδὲς ὑμῖν συμβῇ (τὴν ἀρχὴν γὰρ ἐξῆν αὐτῷ μὴ γράφειν, εἴγε τὸ τῇ πόλει βέλτιστον σκοπεῖν ἐβούλετο) ἀλλ' ἵνα ἐξαπατηθέντων ὑμῶν, διαπράξαιντό τινες τἀναντία τοῖς ὑμῖν συμφέρουσιν. οἱ δὲ γραψάμενοι καὶ χρόνους ἐμποιήσαντες, καὶ δι' οὓς ἄκυρόν ἐστιν, ἡμεῖς ἐσμέν. Ἐνστῆναι γὰρ οὐ δυνάμενος ὅτι οὐκ ἔστι προβούλευμα, συνέδραμε, καὶ [P] συνδραμὼν, τῆς γνώμης τοῦ γράψαντος κατηγόρησεν.

ιγʹ Μὴ τιθεὶς δὲ ἀντίθεσιν, λήσεις προσρίπτων τὴν λύσιν, καὶ σπουδὴν ἕξεις ἵνα μὴ περὶ τοῦτο ὡς κρινόμενον ἵστηται ὁ δικαστής. ὡς ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου ὁ ῥήτωρ ἐποίησεν· οὐ δυνάμενος γὰρ ἐξαρνηθῆναι ὅτι οὐκ ἔδωκε χρήματα Ὀλυνθίοις καὶ Φωκεῦσιν ἵνα Αἰσχίνου καταμαρτυρήσωσιν. ἐλέγχει γὰρ ταῦτα Αἰσχίνης, αὐτῶν Ὀλυνθίων παρεχόμενος μαρτυρίας, οἷς περὶ τούτου διαλεχθεὶς ὁ Δημοσθένης ἐφαίνετο. μὴ θεὶς τὴν ἀντίθεσιν προηγουμένως ταύτην ὁ ῥήτωρ πειρᾶται λύειν, προσ-

o) P. 442.

p) P. 210.

quod antequam ipse esset profectus, Cersobleptes periisset, obiectionem in oratione sua non posuit, ratusque magnam copiam aliarum obiectionum deinceps afferendam, et obiectionem de tempore cum aliis confundens sperauit non fore, vt iudices huic controuersiae insisterent.

12) Concessa insolubili obiectione, consilium accusabis aduersarii, vt isto obtentu videaris velut pro solutione quadam, criminationem consilii ingerere, vt fecit Demosthenes in oratione aduersus Aristocratem. o) Cum enim non posset demonstrare quod decretum ab Aristocrate scriptum non esset praeconsultum a senatu, consilium eius qui scripserat criminatur. *Ego vero vobis illud contra hoc opponendum statuo: decretum ab ipso esse scriptum, non vt eo irrito nihil vos incommodi sentiretis (licuisset enim omnino nihil scribere, si spectasset quid esset e republica) sed vt vobis deceptis, quidam ea, quae cum vestris utilitatibus pugnant, consequerentur. Qui autem accusarint, et rem distulerint, et effecerint ne ratum esset decretum, hi nos sumus.* Cum enim instare non posset quod non esset a senatu praeconsultum, hoc concessit, eoque concesso, consilium eius qui scripserat accusauit.

13) Non posita obiectione, solutionem velut aliud agens et obiter ingeres, dabisque operam ne illi rei tanquam controuersae iudex insistat. Sic in oratione aduersus Aeschinem Demosthenes. p) Cum enim non posset negare quod pecunias non dedisset Olynthiis Phocensibusque, vt contra Aeschinem testimonium dicerent, probat enim hoc Aeschines ipsorum Olynthiorum allatis testimoniis, e quibus Demosthenem hac de re collocutum cum illis constabat: non ponit diserte hanc obie-

ρίπτων τὴν λύσιν, καὶ λέγων, Φωκέων τῶν ἐκπεπτωκότων, οἱ μὲν οἶμαι βέλτιστοι καὶ μετριώτατοι, Φυγάδες γεγενημένοι καὶ τοιαῦτα πεπονθότες, ἡσυχίαν ἄγουσιν· οἱ δὲ μηδ᾽ ὁτιοῦν ἄνευ ἀργυρίου ποιήσοντες, τὸν δώσοντα οὐκ ἔχουσιν αὐτοῖς. οὐ γὰρ ἔγωγε ἔδωκα ἂν οὐδενὶ οὐδὲν, ὥστε μοι παραστάντας ἐνταυθοῖ, βοᾷν οἷα πεπόνθασιν. ἡ γὰρ ἀλήθεια καὶ τὰ πεπραγμένα αὐτὰ βοᾷ. Οὔτε γὰρ ἔθηκεν αὐτῷ τὴν ἀνθυποφορὰν· αὐτὸς γὰρ ἦγε Φωκέων αὐτῶν καταμαρτυρούντων αὐτοῦ· καὶ δόξας παρέχεσθαι τὴν λύσιν ἣν προσέῤῥιψεν, οὐκ ἐποίησε περὶ αὐτὸ ἵστασθαι τὸν δικαστὴν, εἰπὼν αὐτὸ ἐν ἀφηγήσεως τρόπῳ.

obiectionem Demosthenes, sed instituit dissoluere, solutionemque obiter ingerit cum ait: q) *Phocensium optimi quique ut puto et modestissimi extorres facti et talia perpessi otium nimirum agunt: qui vero nihil sine pecunia facturi sunt, ii praebitorem non habent. Neque enim ego cuiquam quicquam dederim, ut hic mihi assistentes clamitarent qualia perpessi essent. Veritas enim et res ipsa clamat.* Hic non posuit ipse obiectionem, quod ipse fuisset qui Phocenses illos aduersus Aeschinem dicentes testimonium induxisset, sed dum videtur solutionem afferre quam obiter atque per narrationis modum adiicit, effecit vt illi rei a iudice minus insisteretur.

ιδ᾽ Ὄνομα δὲ ἀντ᾽ ὀνόματος μεταθεὶς, τὴν ἄλυτον μεθοδεύσεις ἀντίθεσιν, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου πεποίηκεν. οὐ δυνάμενος γὰρ ἀντιστῆναι πρὸς τὸ ὅτι οὐχ ὑπεύθυνον ὄντα αὐτὸν ὁ Κτησιφῶν ἀνηγόρευσεν (ὅπερ ἄντικρυς καὶ διαῤῥήδην ὁ νόμος ἀπαγορεύει, μηδένα τῶν ὑπευθύνων ἀναγορεύεσθαι κελεύων) ὀνόματος μεταθέσει τὴν μέθοδον παρέσχετο, ἀντὶ τοῦ ἀνηγόρευσεν, ἐπῄνεσεν, εἰπὼν, αὐτὸν ὑπεύθυνον ὄντα. οἱ γὰρ νόμοι οὐ κωλύουσιν ἐπαινεῖσθαι, ἀλλ᾽ ἀναγορεύεσθαι. Ἀπὸ δὲ τοῦ ὁρισμοῦ μεθοδεύσεις τὴν ἄλυτον ἀντίθεσιν, συντρέχων αὐτῇ τὸν τρόπον τοῦτον. κέχρηται δὲ αὐτῷ καὶ ὁ ῥήτωρ. ἐκεῖνος γὰρ οὐ δυνάμενος δεῖξαι ὅτι οὐκ ἦν ὑπεύθυνος, οὐδὲ αὐτὸ, ὅτι οὐ κωλύουσιν οἱ νόμοι τοὺς ὑπευθύνους ἀναγορεύεσθαι, συνδραμὼν τῷ ὅτι ὑπεύθυνος ἦν, λέγει τὸ, ἄξιον οὖν κρινέ με στεφάνου Κτησιφῶν οὐ περὶ τούτων οὐδενὸς ὧν ὑπεύθυνος ἦν, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ οἷς ἐπέδωκα, ὦ συκοφάντα. ἀλλὰ καὶ τειχοποιὸς ἦσθα, φησί. καὶ διὰ τοῦτό γε ὀρθῶς ἐπῃνούμην (οὐκ ἀνηγορευόμην, εἶπεν) ὅτι τὰ ἀνηλωμένα ἐπέδωκα,

14) Vocabulum ponendo pro vocabulo, obiectionem insolubilem eludes, vt fecit Demosthenes in oratione de Corona r). Cum enim haud posset refellere quod obnoxium ad rationes reddendas ipsum Ctesiphon praeconio extulisset, quod disertis verbis et aperte vetat lex, neminem obnoxium praeconio efferri permittens, vocabuli mutatione viam diluendae obiectionis reperit et obnoxium laudatum a Ctesiphonte, non praeconio elatum dixit. Non autem laudari leges, sed praeconio efferri prohibent. A definitione etiam viam inuenies diluendae insolubilis obiectionis, si definitionem concesseris certo modo, qua ratione vsus etiam est orator. Cum enim non posset ostendere quod obnoxius non esset: neque illud, quod leges non prohiberent obnoxios efferre praeconio, concesso quod esset obnoxius, subiungit: s) *atqui me dignum corona iudicauit Ctesiphon non ob eorum quicquam de quibus obnoxius eram, sed ob ea quae largitus sum, o calumniator. Sed et murorum instaurator fuisti, inquit. Et ob hoc* recte

q) P, 210.
r) P. 328. seq.
s) P. 329.

καὶ οὐκ ἐλογιζόμην. ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς εὐθυνῶν καὶ τῶν ἐξεταζόντων προσδεῖται· ἡ δὲ δωρεὰ, χάριτος καὶ ἐπαίνου δικαία τυγχάνειν ἐστίν. Ἀδυνατῶν γὰρ ὅτι οὐχ ὑπεύθυνος ἦν δεῖξαι τὴν ἀντίθεσιν, συνδραμὼν καὶ ἐπὶ τὸ [P] ὁρίσασθαι καταφυγὼν ἂν οὐκ ἦν ὑπεύθυνος, τουτέστιν ἐφ' οἷς ἐπέδωκε, μεθοδεύειν ἔδοξε τὴν ἀντίθεσιν.

recte laudabar, (non ait, *praeconio efferebar*,) *quod impensas de meo sum largitus, et non in expensi tabulas retuli. Expensi enim tabulas rationes et inquisitores requirunt, donatio autem gratiarum actionem et laudationem merito consequitur.* Cum enim non posset, quod obnoxius non esset, contra id quod obiiciebatur ostendere, concedens hoc et ad definitionem confugiens, ostenso de quibus non esset ad rationes reddendas obnoxius, de iis scilicet quae esset largitus, obiectionem visus est diluisse.

ιε' Ἐν προσχήματι δὲ τοῦ δοκεῖν πλείους μὲν ἔχειν παρέχεσθαι λύσεις τοῦ ἔχοντος νόμου, ὡς ὁ ἀντίδικος λέγει, οὐ βούλεσθαι δὲ ἀνθίστασθαι αὐτῷ, τὴν γνώμην δὲ ἐξετάζειν τοῦ θέντος τὸν νόμον μᾶλλον αἱρεῖσθαι τῶν συλλαβῶν τῶν ἐν αὐτῷ τῷ νόμῳ ὑπεναντίως ἐχουσῶν σοι· ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου πεποίηκεν. οὐ δυνάμενος γὰρ δεῖξαι ὅτι ἔξεστι τοὺς ὑπευθύνους ἀνακηρύττεσθαι ἐν τῷ θεάτρῳ, τούτου μὲν ἀφίσταται, τὴν γνώμην δὲ τοῦ νομοθέτου ὑπὲρ αὐτοῦ οὖσαν ἐξετάζει, μετὰ τοῦ δοκεῖν πλείους ἂν παρέχεσθαι λύσεις πρὸς τὸ ῥητὸν, εἰ ἐβούλετο. Καὶ μὴν περί γε τοῦ ἐν τῷ θεάτρῳ ἀνακηρύττεσθαι παραλείπω, καὶ τὸ πολλάκις αὐτὸς ἐστεφανῶσθαι πρότερον. ἀλλὰ πρὸς θεῶν, οὕτω σκαιὸς εἶ καὶ ἀναίσθητος, Αἰσχίνη, ὥστε οὐ δύνασθαι λογίσασθαι ὅτι τῷ μὲν στεφανουμένῳ τὸν αὐτὸν ἔχει ζῆλον ὅπου ἂν ἀναῤῥηθῇ ὁ στέφανος· τοῦ δὲ τῶν στεφανούντων ἕνεκα συμφέροντος, ἐν τῷ θεάτρῳ γίνεται τὸ κήρυγμα; οἱ γὰρ ἀκούσαντες ἅπαντες, εἰς τὸ ποιεῖν εὖ τὴν πόλιν προτρέπονται, καὶ τοὺς ἀποδιδόντας τὴν χάριν μᾶλλον ἐπαινοῦσι τοῦ στεφανουμένου. Δόξας γὰρ πλείους [P] ἔχειν ἂν παρέχεσθαι λύσεις εἰ ἐβούλετο, ἐκείνας μὲν παρέλιπε, τὴν γνώμην δὲ ἐξετάσας καθ' ἣν συμφέρει μᾶλλον ἐν τῷ θεάτρῳ

15) Caussando plures esse in promtu solutiones aduersus legem qualem aduersarius obiicit, nolle autem te aduersus illam iam disputare, sed intentionem potius et consilium examinare eius qui legem tulit, illoque potius stare quam syllabis et verbis legis quae tibi aduersantur. Sic Demosthenes in oratione de Corona. Cum enim non posset ostendere esse fas, vt in theatro obnoxii efferrentur praeconio, illud quidem relinquit, sed consilium legislatoris de illa re inquirit, cum insinuasset plures sibi si vellet etiam aduersus legis verba responsiones haud deesse. 1) *Iam quod ad praeconium in theatro attinet, quam plurimos alios ante me coronatos praetereo, sed per deos immortales, itane vecors es et stupidus, Aeschines, vt intelligere nequeas, ei qui coronatur, idem contingere incitamentum virtutis, vbicunque corona proclametur, sed propter vtilitatem eorum qui coronam donant, in theatro fieri praeconium? Nam quotquot audiunt, hi ad bene de rep. merendum excitantur: et eos qui gratiam referunt, magis laudant quam eum qui coronatur.* Cum enim videri posset plures habere in promtu solutiones, si vellet illis vti, his relictis consilium excussit, quare magis e re sit bene meritos praeconio efferri in theatro,

1) P. 330.

ἀνακηρύττεσθαι, μεθώδευσε τὸν νόμον, κατ' αὐτοῦ μὲν ὄντα, ἔχοντα δὲ οὕτως.

theatro, atque ita legem elusit ipsi quidem aduersantem sed eo datam consilio.

15) Ἐὰν δὲ ἰσάζωσιν αἱ ἀντιθέσεις, ἐκ διαβολῆς μὲν τοῦ ἀντιδίκου, συστάσεως δὲ τῆς ἑαυτοῦ, κρατύνεις ἃ οἴει σοι συμφέρειν· ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος πεποίηκεν· ὄντος γὰρ τούτου τοῦ ζητήματος, ὤμοσον σύ· οὐχί· ἀλλ' ἐγὼ ὀμνύω· καὶ τοῦ κατὰ τὸν ὅρκον ἰσάζοντος, πότερον ὀμόσαι δεῖ, διαβαλὼν τὸν ἐχθρὸν, καὶ εἰπὼν ὅτι τὰ ἑκαταῖα κατήσθιε, καὶ ἠσέβει μὲν περὶ τοὺς θεοὺς ἀεὶ, εὐσεβὴς δὲ ἐγὼ καὶ πλεῖστον τῶν κρειττόνων ποιούμενος λόγον. οὕτως τὴν ἰσάζουσαν ἀντίθεσιν ὡς ὤετο συμφέρειν μὲν ἑαυτῷ, λυπεῖν δὲ τὸν ἀντίδικον, ἐκράτυνεν, εἰπὼν, ἐγὼ τοίνυν ὀμνύω ὡς νόμιμον κατ' ἐξωλείας αὐτοῦ καὶ γένους καὶ οἰκίας, ἀξιοπιστότερος ὁ τῶν θεῶν πλείω ποιούμενος λόγον.

16) Si paris vtrinque sint obiectionum momenta, ex criminatione aduersarii, et tui ipsius commendatione confirmabis ea quae caussae tuae prodesse duxeris, vt Demosthenes fecit in oratione aduersus Cononem *). Cum enim hic esset quaestionis status, iura tu, non, sed ego iurabo: ac paribus hinc et inde existentibus vter iurare deberet, argumentis, criminatus inimicum quod Hecatae comesset coenas, et impium semper aduersus deos se gessisset, ego autem semper pius et deorum reuerens. Sic argumenti paritati robur addidit, vt putabat suae caussae conducere et aduersario obesse, aitque, ego igitur iurabo solenne iusiurandum, mihi progenieique meae et domui exitium si fefellero imprecatus, longeque vero fide dignior qui deos reuerentius colui.

Ἔτι περὶ τῶν εὐλύτων καὶ τῶν δυσλύτων ἀντιθέσεων.

17) *De facile et difficulter solubilibus obiectionibus.*

ΤΑΣ ἀντιθέσεις ὅσαι λύσεις ἐπιδέχονται, ἐὰν μὲν ὦσιν εὔλυτοι, προηγουμένως θεὶς, καὶ κατασκευάσας ἃ ἂν ὁ ἀντίδικος εἴποι, διά τε ἀξιοπιστίαν καὶ [τ] τὸ πιστεύειν τῷ πλήθει τῶν λύσεων, οὕτως ἐπάγε πρὸς τὴν ἀντίθεσιν. Ἐὰν δὲ ᾖ δύσλυτος, προδιαβαλὼν καὶ ἀσθενεστέραν ποιήσας ταῖς διαβολαῖς, οὕτω λύσεις πρόσφερε. Εἰσάγαγε δὲ τὰς ἀνθυποφορὰς ποικίλως. ἢ γὰρ ὡς ἀκούσας ὅτι μέλλει λέγειν ὁ ἀντίδικος· ἢ, ὅτι πρὸς τόδε δεῖ πρῶτον ἀπαντῆσαι· ἢ, ὅτι ἀκήκοας τόδε τι μέλλειν λέξειν αὐτόν· ἢ, ὅτι ἅπερ πέπεισαι, τάδε αὐτὸν λέξειν· ἢ, ὅτι αὐτὸν χρὴ τῶνδε τῶν λόγων ἀποκλείεσθαι· ἢ, ὅτι οὐχ ὅμοια τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις λέγει· οἱ μὲν γὰρ τάδε, οὗτος δὲ

Ex obiectionibus solutionem admittentibus eas quae facile possunt solui, diserte expone, et enarratis perspicue iis quae ab aduersario dicuntur, vt fide dignus videaris, atque vt multitudini solutionum tuarum credatur, ita progredere ad confutationem. Si autem obiectio sit difficilis solutu, prius eam criminando et criminatione labefactando ita solutionem produc in medium. Poteris autem obiectiones variis modis adducere, vel, audisse te quid obiecturus sit aduersarius. Vel, prius occurrere oportet huic obiectioni, vel, intelligere te, hoc aduersarium dicturum. Vel, ab his rationibus eum intercludendum inprimis. Vel, non similia eum aliis loqui hominibus, nam illos

*) P. 732.

τάδε. ἢ οὕτως, εἰκὸς αὐτὸν τάδε λέξειν· ἤ, ὡς θαυμάζοντά σε ὅτι τάδε τὶ μέλλει λέξειν ὁ ἀντίδικος χρὴ εἰσάγειν· ἤ, ὡς ἀγανακτοῦντος τοῦ ἀντιδίκου, καὶ ταῦτα λέγοντος. οἷον, ποῦ δὲ ἅλες, ποῦ δὲ τράπεζαι; ποῦ σπονδαί; ἤ, ὅτι τάδε λέγοντος οὐ χρὴ ἀνέχεσθαι. ἢ ὅτι οὐκ ἔλαθε τόδε μέλλων λέγειν ἤ, ὅτι ὁμοίους τινὶ τῶν πρώην κεκριμένων λέξει λόγους· ἤ, ὅτι τεχνικώτατος οὗτός ἐστιν αὐτοῖς ὁ λόγος· ἤ, ὅτι πρὸ μικροῦ ἦν ἀκούσας ὃ μέλλω λέγειν· ἢ ὅπως ἂν ἐπινοήσαις.

illos, alia hunc alia dicere. Vel sic: verisimile est haec eum dicturum. Vel mirantem te induces si haec dicturus sit aduersarius. Vel indignantem dicturum aduersarium, v. g. *vbi sal, vbi mensae, vbi tabulae foederum?* vel quod haec dicens audiendus non sit. Vel quod non fugit te haec ab eo dici. Vel quod similia dicturus sit iis quae nuper sunt condemnata. Vel quod haec sit ratio aduersariorum exquisitissima. Vel: ante exiguum tempus audiui obiici quod iam dicturus sum: vel quamcumque rationem aliam placuerit tibi comminisci.

Περὶ τῶν ἐπιλογικῶν ἀντιθέσεων.

18) *De obiectionibus epilogicis.*

Αἱ δὲ ἐπιλογικαὶ ἀντιθέσεις αὐξήσεως ἕνεκεν παραλαμβάνονται, καὶ ὥστε τὸν δικαστὴν πρὸς ὃ βούλει ἐγκρατῆ ποιῆσαι· χρὴ δὲ αὐτὰς ἔσθ᾽ ὅτε καταμιγνῦναι [?] καὶ ταῖς μαχίμοις. ἐπεὶ δὲ κατὰ τοῦ ἀγωνίζεσθαι ἔσθ᾽ ὅτε χρὴ καὶ τὸν δικαστὴν ἐμπαθῆ ποιῆσαι, δεῖ οὖν ποιεῖν καὶ τὸν ἀντίδικον ὡς ἀντιθέσεως σχήματι λέγειν περὶ αὐτοῦ, ὅ, τι ἂν ὁ ἡττηθεὶς εἴπῃ. οἷον τό, Μή με Δημοσθένει παραδῶτε, μηδὲ διὰ Δημοσθένην ἀνέλητε. Ἡ γὰρ ἀντίθεσις αὕτη ἐν μέσῃ τῇ μάχῃ κειμένη τῇ λεγούσῃ ὅτι χρή σε ἰδιωτικὴν πρός με ἐπαναιρεῖσθαι δίκην, τοὺς μὲν δικαστὰς ἀπὸ φθόνου τοῦ καθ᾽ ἑαυτὸν διὰ τὸ δημοσίαν εἰληχέναι, εἰς ὀργὴν ἐμβέβληκε τὴν κατὰ Μειδίου· τὸν ἀντίδικον δὲ ὡς προκαταγινώσκοντα ἑαυτοῦ ὅπερ ἀμφισβητεῖται, τοὺς λόγους ἐποίησε τούτους λέγειν διὰ τῆς ἐπιλογικῆς ἀντιθέσεως.

Epilogicae obiectiones ad exaggerandum assumuntur, vt iudex in eo quod volumus confirmetur. Licet illas aliquando etiam pugnatoriis admiscere, quoniam inter decertandum opus est quandoque commouere iudicem: oportet igitur inducere aduersarium obiectionis more dicere de se ipso, qualia diceret iam victus et superatus, quale est illud: *v*) *ne me Demostheni tradite, ne me Demosthenis causa perdite.* Haec enim obiectio in media decertatione collocata, quae fuerat de eo quod priuatam te oportet mihi intentare litem, iudices per inuidiam aduersus se, quod publicam ipsi mouisset, in iram aduersus Midiam coniecit. Aduersarium itaque, velut praecondemnantem seipsum de quo adhuc litigabatur, haec dicentem induxit per obiectionem epilogicam.

v) Orat. contra Midiam p. 400.

CAPVT XXXVII. (olim XLI.)

DE IOSEPHI CHRISTIANI HYPOMNESTICO, DE CYRILLO SCYTHOPOLITANO, ANDREA CRETENSI ET ALIIS QVIBVSDAM SAECVLI VI. VII. VIII. ET IX. SCRIPTORIBVS.

Capita hypomnestici hactenus inediti, e MS. graece et latine. I. De Cyrillo Scythopolitano et aliis scriptoribus quibusdam saeculi sexti, de quibus necdum dictum. II. De Andrea Cretensi, et aliis quibusdam saeculi septimi scriptoribus. III. Index plenior Melodorum graecorum. IV. De Paulo CPol. et aliis propugnatoribus haereseos Monotheletarum. V. Index scriptorum, qui in conciliis Lateranensi a. 640. et CPolitano a. 680. memorantur. VI. De Ioanne Carpathio et aliis quibusdam scriptoribus saeculi octaui. VII. De Michaële Syncello, et aliis quibusdam saeculi noni scriptoribus. VIII.

(Cum supplementis G. C. Harles.)

I.

Inter scripta graeca, quae in Angliam aduexit Theodorus Cantuariensis episcopus a. C. 690. defunctus, traditur fuisse IOSEPHI, Christiani scriptoris, hypomnesticon *), siue commentarii rerum sacrarum memoriales in quinque libros diuisi, quorum apographum scriptum

 ante

*) Vide si placet, quae de illo dixi lib. IV. cap. 6. §. 17. *Fabr.* Nunc libr. IV. cap. 8. sect. 3. pag. 60. vol. V. nou. ed. inprimis, quae ego notaui ad vol. VIII. p. 349. not. f. vbi cod. *Vindobon.* XIX. et iudicium Lambecii, praecipue Kollarii, (qui negat, *Iosephum, christianum,* in mortalium numero vmquam exstitisse,) in comm. de bibl. caesar. III. de illo codice pag. 83. sqq. iam memoraui. — Add. cod. XX. *Vindob.* nr. 3. et de eo *Lambec.* III. p. 96. — *Matriti* in cod. regio CXVIII. sunt fol. 11. Ἰωσήππου ἐκ τοῦ ὑπομνηματικοῦ, (scribe ὑπομνηστικοῦ,) κεφ. ϛ'. quod fragmentum, *Iriarto* in cat. codd. gr. Matrit. p. 478. si spectes capitum inscriptiones, a Fabricio nostro loco exhibitas, desumtum esse videtur ex Iosephi Hypomnestici libri IV. cap. 73. — In eod. cod. fol. 14. est aliud ex eodem Iosephi opere, cap. CLVIII. fragmentum, quod incipit: Ὅτι εἰσὶ τὰ μνημόσυνα ἐν ταῖς γραφαῖς βιβλία. — *Mosquae* in cod. synod. CXLIX. sunt nr. 1. ἱστορίαι ἀπὸ τῶν ὑπομνηστικῶν Ἰωσήππου· et nr. 2. eiusdem; πῶς συνέστη τὸ ψαλτήριον· (confer supra, vol. VIII. p. 349.) v. *Matthaei* notit. MSS. gr. Mosquens. pag. 81. ed. in 8. — *Florentiae* in cod. Laurent. III. nr. 11. plut. 6. Ἰωσήππου ἐκ τοῦ ὑπομνηστικοῦ, κεφάλαια ρνη' (est in Fabr. inscriptionibus sqq. libri V. cap. 121.) v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 88. — Ibid. in cod. XXX. nr. 6. plut. 58. *Methodus Iosephi ex eius commentariis et chronicis operibus, quomodo compositum sit Psalterium et Psalmi dispositi: et quinam sint libri, in scripturis memorati, ac si exsisterent, nec tamen reperiuntur; quidque Dauid in fine fecerit; quique et quot, et quo tempore Psalterium sint interpretati.* v. *Bandin.* libr. cit. II. p. 477. — Fragmentum, *Paris.* in bibl. publ. cod. CXLVI. nr. 7. (idem, credo, quod est in codd Vindobon. et Laurent.) et cod. CMXXXVII. nr. 8. caput centesimum. *Harl.*

ante annos quingentos in membrana, seruat bibliotheca Cantabrigiensis ex munere Matthaei Parkeri, archiepiscopi Cantuariensis, a. 1575. exstincti. Sed si caput CXXXVI. ab ipso auctore est, ille non modo haud fuit antiquior Theodoro Cantuariensi, nedum S. Epiphanio; sed vixit non ante saeculi vndecimi extremum; nam Hippolytum Thebanum, ex cuius Chronico syntagmate laciniam adfert, saeculo vndecimo vixisse constat. Equidem praestantissimus *Caueus* b), qui hunc Iosephum ad a. C. 420. [P] refert, et Epiphanium ab eo plurima ait repetiisse, caput illud ab interpolatore aliquo vel ipso librario additum non dubitat: sed nullam habet, quam huius rei adferat, rationem, nisi quod auctorem longe antiquiorem esse sibi persuasit. Ad argumentum autem, quod haereticos Nestorianos et alios iuniores ille non commemorat, responderi potest, eum antiquioris scriptoris Epiphanii c) insistentem vestigiis, de suo nihil illo in loco adiecisse. Quicquid vero est, totum ex codice Cantabrigiensi ab aliquo viro docto publicari cum necessariis obseruationibus optem, licet non integrum exstare in illo MSto, sed tum alia, tum maximam libri secundi partem cum toto libro tertio periisse existimem. Quum vero nactus sim inscriptiones capitum, quas, quum versaretur Cantabrigiae, ex MSto codice excerpsit venerandus noster D. *Io. Christophorus Wolfius*, eas hoc loco exhibere vniuersas, additaque latina versione cum lectore communicare volui, si fortassis tanto facilius aliquis hoc veluti gustu ad opus ipsum proferendum permoveri se patiatur. *Fabr.* Ipse vero Fabricius noster postea illud opusculum edidit in libro inscripto: *Codicis pseudepigraphi veteris Testamenti volumen alterum. Accedit Iosephi, veteris christiani scriptoris, Hypomnesticon, nunc primum in lucem editum, cum versione ac notis Ioann. Alb. Fabricii* D. Theol. et P. P. Hamburgi 1723. 8. In epistola nuncupatoria ad D. Christian. Frid. Boernerum, theolog. Lipsiens. et ad Io. Adolph. Hofmannum laudat vtriusque studium; et a posteriore, scribit, reduce ex Anglia, se apographum cod. Thomae Galei, manu illius castigatum, accepisse; Boernerum vero codicem suum, quem ex Cantabrigiensi ipse olim descripsisset, sponte misisse, et non paucorum locorum, emendatius atque integrius exprimendorum, ita ducem se Fabricio praebuisse et auctorem. Tum de Iosepho, eius libro atque aetate plura obseruat. Negat igitur librum ad nos peruenisse integrum: tum de aetate neque Caueo adsentitur, neque Isaaco Vossio, qui, auctorem hypomnestici, putauit, eundem esse cum Iosepho Tiberiensi, ex Iudaeo Christiano, quem laudat Epiphanius haeresi XXX. 4. seq. immo, „haud dubie, ait Fabricius, longe est iunior, etiam Theodoro, Cantuariensi episcopo, a. 690. defuncto; neque cod. Cantabrigiensis inscriptus ab eo in Angliam adlatus est, qui non potest esse antiquior Leone philosopho, cuius versus quosdam eadem manu exaratos exhibet; neque Hippolyto Thebano, (a quo citatur Simeon Metaphrastes,) cuius Hippolyti locus capite 136. hypomne-

b) In historia litteraria scriptor. eccles. quae a. 1720. quartum recusa est Geneuae. *Fabr.* [In ed. Basil. 1741. tom. I. p. 397. sqq. vbi multus est de hoc Iosepho, et eius opere. Contra Cau. disputat *Oudin.* in comment. de SS. eccles. tom. II. pag. 1061. sq. at quando scribit, reperisse se, hypomnesticum illud, nihil aliud esse, ac paucis exceptis, editionem latinam Iosephi Gorionidis, a vero aberrasse videtur. *Harl.*

c) Epiphanio plura debere auctorem et Iosepho, res arguit. Praeterea c. 152 citat Clementem Alex. et Hegesippum atque alibi (ex Clemente, ni fallor,) Heraclidem Pythag. et (ex Eusebio, vt opinor,) Porphyrium.

hypomnestici eodem charactere expressus legitur." Fabric. quidem ibid. p. 362. sqq. iterum edidit indicem libri memorialis, a Iosepho compositi, quem antea in bibl. gr. h. l. primum euulgauerat: attamen, et propter adnotationes subiectas, et quod, multos, cognoui, ad hunc bibl. gr. locum pronotasse, eum in hac noua editione renouare typis, quam excludere, satius esse duxi. Fabricius ipse, sa in codice pseudepigrapho V. T. vol. I. pag. 901. sqq. et 912. seq. iam duo capita, nr. 130. et 120. ex cod. Cantabrig. cum versione lat. paucisque notis luce publica donasse, in notis ad capp. citata indicauit. *Harl.* Ex Fabricio edit. *Ioseppi* (ita scribitur memorialis liber, sed versione editoris addita et textu ita ordinato, vt lectorum commodo inseruiret (vt in Proll. dicitur), repetitus est in *Gallandii* Bibl. PP. tom. XIV. p. 3. seq. vbi in Prolegg. p. IV. s. contra Fabr. disputatur, et floruisse auctorem medio saeculo IV. contenditur. *Beck.*

ΙΩΣΗΠΟΥ ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ
Βιβλίον α'.

Caput 1. Ὅσαι γεγόνασιν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἕως τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας γενεαί.

2. Ὅσοι γεγόνασιν ἀρχιερεῖς ἀπὸ τοῦ Ἀαρὼν ἀρξαμένοις.

3. Τίνες οἱ ἐκ τοῦ Κάϊν γεννώμενοι καὶ εἰς ἑβδόμην γενεὰν ἀνέθηκαν d).

4. Τίνες εἰσὶν οἱ ιβ' τοῦ Ἰακὼβ παῖδες οἱ τοῦ λαοῦ πατριάρχαι.

5. Τίνες εἰσὶν οἱ ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐν τῇ κιβωτῷ διασωθέντες.

6. Τίνες εἰσὶν οἱ οε' μετὰ τοῦ Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον καταλύσαντες.

7. Τίνες εἰσὶν οἱ τοῦ Σαμουὴλ πρόγονοι ἱερατικοί.

[P] 8. Τίνες δὲ οἱ τοῦ Ἠλεὶ πρόγονοι ἱερατικοί.

9. Τίνες δὲ οἱ τοῦ Ἐζεκιὴλ τοῦ προφήτου πρόγονοι ἱερατικοί.

10. Τίνες δὲ οἱ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου πρόγονοι ἱερατικοί.

11. Τίνες εἰσὶν οἱ τοῦ λαοῦ κριταὶ μετὰ τὴν διανέμησιν τὴν ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ τῆς γῆς γεγενημένην γενόμενοι.

12. Τίνες ἐβασίλευσαν τοῦ λαοῦ.

13. Τίνες βασιλεῖς γεγόνασι τοῦ Ἰσραὴλ μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ Ἰούδα διαίρεσιν.

14. Τίνες προφῆται γεγόνασιν ἐν τῷ θεῷ λόγῳ,

Iosephi Christiani scriptoris Hypomnesticon lib. 1.

Caput 1. Quot fuerint generationes ab Adamo vsque ad saluatoris aduentum. (adde c. 149.)

2. Quot pontifices maximi, facto initio ab Aarone.

3. Quinam posteri Caini, ad septimam vsque ab illo generationem.

4. Quinam filii duodecim Iacobi, populi patriarchae.

5. Quinam seruati in arca ex diluuio.

6. Quinam illi LXXV. qui cum Iacobo Aegyptum habitaturi petierunt.

7. Quinam progenitores Samuelis sacerdotes.

8. Quinam Eli progenitores sacerdotes.

9. Quinam Ezechielis prophetae progenitores sacerdotes.

10. Quinam Ieremiae prophetae progenitores sacerdotes.

11. Qui fuerint Indices populi, post distributionem terrae a Iesu filio Naue factam.

12. Quinam reges populo praefuerint.

13. Quinam reges Israëlis post disiunctionem a Iuda.

14. Quinam prophetae in diuinis litteris commemo-

d) Leg. ἀνέκαθεν.

οἱ καὶ τὰς προφητείας ἐγγράφως πεποίηνται.

15. Τίνες δὲ γεγόνασιν ἄλλοι e).
16. Τίνες προφήτιδες f) γυναῖκες γεγόνασιν.
17. Τίνες εὐσεβεῖς γεγόνασι βασιλεῖς.
18. Τίνες ψευδοπροφῆται ἐν τῷ λαῷ γεγόνασι.
19. Τίνες ἐξῆρχον τῶν φυλῶν κατὰ τὴν ἔξοδον τῆς Αἰγύπτȣ.
20. Τίνας ἔσχε Μωϋσῆς υἱȣ̀ς καὶ ἐκ τίνος.
21. Τίνας δὲ Ἀαρὼν ἔσχεν υἱȣ̀ς.
22. Τίνα ἐςὶ τὰ ἔθνη, ἃ ὁ λαὸς ἐκληρονόμησε.
23. Τίνας βασιλεῖς καὶ τίνων ἐθνῶν ὁ λαὸς ἀπέκτεινεν.
24. Πόσα ἔθνη καὶ τίνα συνέςη ἀπὸ [?] τῶν τριῶν τȣ̃ Νῶε παίδων, Σὴμ, Χὰμ, Ἰαφέθ.
25. Τὰ ἐν τῇ παλαιᾷ g) ἐνδιάθετα βιβλία κβ'.
26. Ὀνομασίαι καὶ ἑρμηνεῖαι h) τῶν παρ' Ἑβραίοις ςοιχείων.
27. Μῆνες i) Ἑβραίων, Αἰγυπτίων, Μακεδόνων, Ῥωμαίων.

memorati extiterint, qui prophetiarum etiam scripto consignatarum fuere auctores.

15. Quinam prophetae alii.
16. Quaenam prophetides mulieres.
17. Quinam reges fuerint pii.
18. Quinam pseudoprophetae fuerint in populo.
19. Qui praefuerint tribubus tempore profectionis et Aegypto.
20. Quos filios habuerit Moyses et e quanam vxore.
21. Quos filios habuerit Aaron.
22. Quaenam illae gentes, quarum in terras successit populus Israëliticus.
23. Quosnam et quarum gentium reges populus interfecerit.
24. Quot et quaenam gentes exstiterint e tribus filiis Noë, Semo, Chamo et Iaphetho.
25. Libri XXII. quibus vetus testamentum continetur.
26. Nomina et interpretationes litterarum apud Hebraeos.
27. Menses Hebraeorum, Aegyptiorum, Macedonum, Romanorum.

28. Quo-

e) In codicis pseudepigraphi V. T. volumine II. p. 364. plenior est sectionis 15. inscriptio: nam post τὸ, ἄλλοι additum est: προφῆται, οἱ μὴ ἐν γράμμασιν αὐτῶν καταλείψαντες τὰς προφητείας, *prophetae, qui scriptis suis prophetias non reliquerunt. Harl.*

f) Confer, quae ex Epiphanio dedi pag. 901. codicis pseudepigraphi Vet. test.

g) Al. ἐνδιάθηκα. Adde, quae ex Origene Eusebius VI. 25. hist. eccles. [et Fabr. notam ad cod. pseudep. V. T. p. 44. sq.]

h) Confer *Eusebium* pag. 474. et 519. Demonstrat. euangel. et Hieronymum epist. CLV. ad Paulam, *Io. Drusium* in Alphabeto Ebraico p. 49. seq. et *Io. Morini* Exerc. biblic. p. 504. *Lambecium* III. p. 55. Si Iosephum nostrum audimus, litterae alphabeti hebraici ex significationis singularum connexione hanc fundunt sententiam: (ὁμȣ̃ ἀπαρτίζασι τοιαύτην διάνοιαν) μάθησις οἴκȣ, πλήρωσις δέλτων αὕτη. Ἐν αὐτῇ ζῇ ὁ ζῶν. Καλὴ ἀρχή· ὅμως μάθετε ἐξ αὐτῶν αἰώνια· βοήθεια, ὀφθαλμὸς, στόμα καὶ δικαιοσύνη· κλῆσις κεφαλῆς καὶ ὀδόντων σημεῖα.

i) Nomina mensium:

Νησὰν, Φαρμȣθὶ, Ξανθικὸς, Ἀπρίλλιος.
Ἰὰρ, Παχὼν, Ἀρτεμίσιος, Μάϊος.
Σιϐὰν, Παϋνὶ, Δέσιος, Ἰȣ́νιος.
Θαμμȣ̀ζ, Ἐπιφὶ, Πάνεμος, Ἰȣ́λιος.
Ἀβ, Μεσορὶ, Λῶος, Αὔγȣςος.
Ἐλȣ̀λ, Θὼθ, Γορπιαῖος, Σεπτέμβριος.

Θισρὶ

28. Ὅπως τὸ ἱερὸν κατεσκευάζετο χρῖσμα καὶ θυμίαμα.
29. Τίνες γεγόνασι Γίγαντες.
30. Τίνες πολύπαιδες γεγόνασι.
31. Ὅπως κατεμερίσθη ὁ λαός k).
32. Τίνες εἰσὶν αἱ φυγαδευτήριοι πόλεις, εἰς ἃς κατέφευγον οἱ ἀκούσιον φόνον δεδρακότες.
33. Τίνες εἰσὶν αἱ μή πόλεις αἱ τοῖς Λευΐταις ἀφορισθεῖσαι.
[P] 34. Τίνας εἰλήφασι πόλεις καὶ βασιλεῖς, Ἰησοῦς καὶ Χαλὲβ οἱ πιστοί.
35. Τίνες εἰσὶ βασιλεῖς οἱ ἐπελθόντες τῇ ἁλυκῇ πεδιάδι, οὓς ἐπάταξε Ἀβραάμ.
36. Τίνες εἰσὶ βασιλεῖς, οὓς διέσωσεν Ἀβραὰμ μετὰ τοῦ Λώτ.
37. Τίνες Ἑβραῖοι γυναῖκας ἐθνικὰς ἠγάγοντο.
38. Τίνες πολλὰς ἤγαγον γυναῖκας.
39. Ὅσαι γυναῖκες τοὺς ἄνδρας διέφθειραν.
40. Ὅσαι γυναῖκες τοὺς ἄνδρας εὐηργέτησαν, καὶ δι' ὧν ἔδρασαν εὐάρεστοι τῷ θεῷ γεγόνασι.
41. Τίνες ἄνδρες ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαστοὶ γεγόνασι.
42. Τίνες ἐπὶ σοφίᾳ γυναῖκες θαυμασταὶ γεγόνασι.
43. Τίνες ἐπὶ δεινότητι γενόμενοι σοφοὶ διὰ τῆς ἑαυτῶν σοφίας ἀπώλοντο.
44. Τίνες ἐπικρύψει ἀληθείας σοφοὶ σωτηρίαν εὕραντο.
45. Τίνες δὲ δόλῳ δικαιοσύνης ἔργα διεπράξαντο.

28. Quomodo sacrum vnguentum et incensum praeparata fuerint.
29. Quinam fuerint Gigantes.
30. Quibus multi fuerint liberi.
31. Quomodo populus fuerit distributus.
32. Quae fuerint vrbes asyli, ad quas confugerent, qui inuoluntariam caedem perpetrauerant.
33. Quaenam ciuitates XLVIII. Leuitis assignatae.
34. Quas ciuitates regesque ceperint Iosua et Caleb, insigni fide viri.
35. Qui fuerint reges, qui conuenere in vallem salsam, l) quos profligauit Abraam.
36. Qui reges, quos Abraam vna cum Loto seruauit.
37. Quinam Hebraei vxores ethnicas duxerint.
38. Quinam multas duxerint vxores.
39. Quae vxores viros suos perdiderint.
40. Quae vxores bene de suis viris sint promeritae, et factis suis deo probatae extirint.
41. Quinam viri sapientia fuerint admirabiles.
42. Quaenam admiranda sapientia exstiterint foeminae.
43. Quinam callide sapientes sua perierint sapientia.
44. Quinam sapientes veritatis occultatione salutem inuenerint.
45. Qui per dolum iusta patrauerint.

46. Qui-

Θισρὶ †), Φαωφί, Ὑπερβερεταῖος, Ὀκτώβριος. Μαρσουὰν, *) Ἀθὺρ, Δῖος, Νοέμβριος. Χασελεῦ, Χυὰκ, Ἀπελλαῖος, Δεκέμβριος. Τηβὴθ, Τυβὶ, **) Αὐδυναῖος, Ἰανουάριος. Σαβὰθ, Μεχὴρ, Περίτιος, Φευρουάριος. Ἀδὰρ, Φαμενὼθ, ***) Δύστρος, Μάρτιος.

*) [Μαρσαβᾶν in cod. pseudep. V. T. p. 51. Mox ibidem, ἀπηλλαῖος. *Harl.*]

†) Ὀσρι vulg. in cod. pseud. et Gall. sed in not. carrigitur Θισρι. *Beck.*

**) [Τύβυ, ibid. *Harl.*]

***) [Φαμενωθ, ibid. *Harl.*]

k) In codice Fabricii citato inscriptioni post τὸ, λαὸς praeterea leguntur adiecta: τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ὡς ὁ Ναυῆ Ἰησοῦς αὐτοῖς ἐκληροδότησεν· addita versione loci: *quomodo populo fuerit distributa terra promissionis, uti Iesus Naue illis in hereditatem dedit. Harl.*

l) Gen. XIV. 3.

46. Τίνες, προσχήματι χρηστότητος ἢ εὐσεβείας, θάνατον κατεργάσαντο.	46. Quinam bonitatis vel pietatis praetextu mortem intulerint.
47. Τίνες δίκαιοι ἀνῃρέθησαν.	47. Qui iusti fuerint interemti.
48. Τίνες ἀδελφοὺς ἀπέκτειναν.	48. Quinam fratres suos occiderint.
49. Τίνες παρὰ τὸ δοκεῖν, τῷ Θεῷ χρηστευσάμενοι, ἀναιροῦνται.	49. Qui praeter opinionem, quum bene erga Deum se gererent, fuerint interfecti.
[P] 50. Τίνες μισθὸν δικαιοσύνης τὸ ἀποθανεῖν ἐκομίσαντο, καὶ τίνες δι' ἀσεβείας ἐπεβίωσαν.	50. Quinam mercedem iustitiae tulerint mortem, et qui per impietatem superstites in vita manserint.
51. Τίνες οὐ νοσήσαντες ἀποθνήσκειν ἐκελεύοντο.	51. Quinam sine aegrotatione mori sint iussi.
52. Τίνες τῶν ἁγίων, τυφλοὶ τὴν ὅρασιν γεγονότες, ἀπέθανον.	52. Qui sancti oculis capti mortem obierint.
53. Τίνες διέμειναν, οὐκ ἀπέθανον.	53. Quinam viui manserint nec sint mortui.
54. Τίνες ἀποθανόντες ἀνέζησαν.	54. Quinam ex morte reuixerint.
55. Τίνες στεῖραι τετόκασι.	55. Quaenam, steriles quum essent, pepererint.
56. Τίνες πατέρα ἠτίμησαν.	56. Quinam patrem suum inhonorauerint.
57. Τίνες ἀλαζονευσάμενοι κατηνέχθησαν.	57. Qui superbi depressi sint.
58. Τίνες διὰ ταπεινοφροσύνης εἰς δόξαν καὶ ὕψος ἤχθησαν.	58. Quinam per modestiam sint euecti in gloriam ac sublimitatem.
59. Τίνες ἐπὶ φόνοις δράσαντες m) ἀπεδέχθησαν καὶ εὐάρεστοι παρὰ Θεῷ γεγόνασι.	59. Qui propter homicidia quae patrarunt inclaruerint et Deo probati fuerint.
60. Τίνες ἐπὶ παρανομίαις λιθόλευστοι ἀνῃρέθησαν.	60. Quinam propter crimina obruti lapidibus, atque ita e medio sublati sint.
61. Καὶ τίνες δίκαιοι ἐπ' εὐσεβείᾳ.	61. Quinam item iusti propter pietatem.
62. Τίνες παρανόμους μίξεις πεποίηντο.	62. Quinam incestuosis nuptiis se polluerint.
63. Τίνες διώνυμοι γεγόνασι.	63. Quinam duplici exstiterint praediti nomine.
21. Εἰς ἀποτομὴν Ἰωάννου τοῦ προδρόμου. *In Ioannis praecursoris decollationem.* Incipit: πηδᾷ καὶ γήρας ὡς τὰ πολλά. Ediderat latine Lipomannus interprete minus accurato; itaque Combefisius cum noua versione sua graece et latine in lucem extulit in eodem auctario nouo tom. I. p. 1327. Hunc, quemadmodum et alia Andreae huius pleraque, MStum seruat etiam bibl. caesarea, vide *Lambecium* VIII. p. 530. *Fabr.* [s. p. 463. ed. Kollar. de cod. XIV. nr. 72. in quo cod. nr. 12. 30. 31. 32. 65. sunt plures Andreae Cret. orationes, et aliae in aliis haud paucis codd. in eod. volumine. v. ind. p. 1108. sq. et indices ad reliqua volumina, quae notitiam multorum Andreae homiliarum in codd. Vindob. suppeditabunt. — *Florentiae* in cod. Laurent. XXXIII. nr. 45. v. *Bandin.* l. c. I. p. 457. — In cod. *Barocc.* bibl. Bodlei. CLXXIV. CXCIX. cum multis aliis Andreae Cret. homiliis, et CCXXXIV. fin. — In cod. *Coislin.* CVII. nr. 32. et CCCIV. (in quo plures aliae Andreae sunt homiliae,) nr. 46. v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. p. 183. et 419. — *Paris.* in cod. bibl. publ. DCCLXXII. nr. 59. in quo plures aliae Andreae Cret. exstant homiliae. conf. supra, vol. X. p. 260. *Harl.*

22. *Idiomelon in adnunciationem b. Mariae.* In eodem auctario nouo tom. I. p. 1363.

23. *Carmen* iambicum *eucharisticum* CXXVIII. versuum ad Agathonem, archidiaconum et chartophylacem ecclesiasticum CPol. pro communicatis ad describendum Actis sextae synodi, editum graece et lat. a *Combefisio* in auctarii noui bibl. patrum tom. II. siue Historia Monotheletarum Paris. 1648. fol. p. 235-240. Idem carmen etiam in tomis conciliorum editionis Labbeanae exstare scribit *Oudinus* pag. 191. de Script. eccles. ww) Sed

ww) In ed. Lips. 1712. fol. tom. II. p. 182. non legitur, hoc carmen exstare in tom. concilior. ed. Labbeanae; sed alia tria opuscula Andreae siue Cretensis s. Caesar. inedita ex *Labbei* noua bibl. MSS. librorum etc. Paris. 1653. 4. part. 2. pag. 82. commemorantur. *Harl.*

Sed illud in tom. VI. Labbei, vbi acta sextae synodi habentur, perinde vt in tertio edit. Harduinianae tomo incassum quaesiui. De codice MSto caesareo, in quo hi iambi continentur, vide sis *Lambecium* VIII. p. 500. *Fabr.* siue p. 1042. sqq. ed. Kollar. de cod. LIX. ibique Kollarii not. conferes. *Harl.* Leguntur hi iambi cum noua et planiore versione lat. in Galland. bibl. PP. XIII. 167. sqq.

24. *Computus* siue *μέθοδος πῶς δεῖ εὑρεῖν τὸν κύκλον τοῦ ἡλίου, φιλοπονηθεῖσα ἀκριβῶς χάριν τῶν φιλομαθῶν. Methodus inuestigandi Cycli Solaris* (et Lunaris, nec non paschatis) in studiosorum gratiam [P] adcurate elaborata. Graece et lat. edita a *Dionysio Petauio* ex apographo Andreae Schotti, qui ex codice bibl. Vaticanae descripserat. Vranologium Petauii xx), in quo plura graeca scripta astronomica veterum exstant, lucem vidit Paris. 1630. fol. et Antwerp. (siue Amstelodami potius,) 1703. fol. in qua posteriore editione computus Andreae Cretensis pag. 211. et 212. implet.

25. In Catena graeca patrum ad Lucam, quam Niceta collectore MStam euoluit in codice Mazariniano Combefisius, praeclara nonnulla referuntur sub nomine τοῦ Ἱεροσολυμίτου, quae ad Andream nostrum referre non dubitat, et earum pleraque latine dedit in bibl. concionatoria. *Fabr.* In Nicetae cat. patr. in euang. Lucae in cod. *Coislin.* CCI. ex Andrea Cretensi excerpta repetiri, testatur *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 251. — Praeterea loca Andreae Cret. citantur a Io. Cantacuzeno contra Palamam, et in thesauro orthodox. fid. in codd. Laurent. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 347. et 432. *Harl.*

[*Cantabrig.* in cod. coll. S. Benedicti CXLIV. siue nr. 1421. cat. MSS. Angliae etc. I. 3. est historica expositio *Andreae* (huiusne Cretensis? an potius presbyteri, supra memorati?) super Pentateuchum, libr. regum, paralipom. parabolas, et ecclesiasten. — Ibid. in cod. CLXXIII. siue nr. 1450. cat. cit. Andreas super librr. regum, Macchabaeorum et Danielis. *Harl.*]

[In cod. *Taurin.* CCCXX. tribuitur *Andreae* Cretensi sermo *in b. Mariae ingressum*, cuius initium: Καλὰς ἡμῖν ἀπαρχὰς ὑποθέσεως· qui gr. ac lat. sub nomine *Georgii*, metropolitae Nicomediensis editus est a *Combefisio* in tomo I. Auctarii noui, p. 1091. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 398. seq. *Harl.*]

[Encomium *SStorum martyrum Cretensium*: inc. ἐπωθεῖται τάχα τὴν ἡμετέραν ἐπαίνοδον: in cod. *Taurin.* LXX. v. cat. cit. p. 174. *Harl.*]

[Insuper in codd. bibl. publ. *Paris.* secund. cat. MSS. bibl. regiae, vol. II. sunt *Andreae Cretensis homiliae.*

In laudem Sergii martyris, in cod. DCCLXXI. nr. 36. cum nonnullis aliis eiusdem homiliis.

In S. Ioannem baptistam in septem codd.

Carmen

xx) Alia scripta in Vranologio *Petauii* obuia recensui lib. 3. cap. 5. p. 69. seq. [c. 18. vol. IV. p. 29. not. *ffff.* nou. edit.]

Carmen *in secundum Christi aduentum*, in cod. CCCXCVI. nr. 26.

De imaginum SStar. adoratione, in cod. MDCXXX. nr. 55.

De loco, in quem animae post mortem abeunt, in cod. MMCCCXIV. nr. 17. inc. καθὼς φησιν ὁ μακάριος. Add. *Oudin.* commentarior. citt. tom. II. p. 182. qui etiam ex *Caroli du Fresne* Glossario mediae et inf. graecitatis, ad calcem in indice auctor. ineditorum, col. 24. refert, Eusebium Renaudotum habuisse gr. MS.

Andreae Cretensis Ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους καὶ καλλινίκους δέκα μάρτυρας, ὅτε ὑπὸ τῆς τοῦ χειμῶνος βίας ἐξ ὑποστροφῆς τοῦ πλόος ἐπιστὰς, τὸν παρόντα ἐσχεδίασε λόγον.

Eiusdem hom. *in silentium Zachariae et natiuitatem Ioannis*, in cod. *Coislin.* CCCIV. (qui praeterea sex alias Andreae Cretens. homilias continet,) nr. 40. init. Ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐδεὶς Ἰωάν. — v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 419.

Fabric. infra vol. XIII. p. 806. not. memorauit *Andreae Cretensis* homiliam *in natiuitatem Christi*, quae incipit: Χριστοῦ τόκος ἀποτέλεσμα τῆς ἀφάτου τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας.

De libro MS. de musica ecclesiastica. v. supra, vol. III. p. 654. fin. *Harl.*]

[Oratio εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, μετὰ ἀποδείξεως, ὅτι ἐκ σπέρματος κατάγεται τοῦ Δαβίδ, *in natalem diem sanctissimae dominae nostrae Deiparae, quae ostenditur, quod ex semine Dauidis deducitur* (inc. Ἄλλαι μὲν ἄλλας ἑορτῶν ὑποθέσεις — ab *Angelo Maria Riccio* primum edita, cum eius versione lat., in notis subiectis passim emendata, in Galland. bibl. PP. XIII. p. 175. sqq. est repetita. *Beck.*]

Vbique Andreas plane floridus scriptor *magna loquitur* yy), *ac si quis aduerteret, Dionysianis, Methodianis, Gregorianis, Amphilochianis, aliorumque veterum infercita, qua verbis qua sententiis: excepta scriptura, quam totus, vere christianus orator, spirat. Nihil rhetoricis* zz) *flosculis suauique compositione delicatius, nihil sensis plenius, nihil theologia solidius, nihil mystico volatu sublimius.*

Quum vero inter hymnorum auctores, quibus ecclesia graeca vtitur, iam a longo tempore illustre inprimis Andreae huius nomen existat, cuius καλλιέπειαν laudat Theophanes Cerameus p. 207., placet hoc loco, indicem melodorum paulo pleniorem subiungere, quam olim dedi ad calcem Allatii de libris ecclesiasticis Graecorum, atque publico simul nomine rogare reu. *Vrbanum Gotfridum Siberum*, ecclesiastem et professorem Lipsiensem eruditissimum, vt historiam Melodorum ecclesiae graecae, eorumque theologiae poëticae, quam e Menaeis librisque Graecorum liturgicis se expositurum recepit in schediasmate edito Lips. 1714. 4. diutius nobis ne inuideat. [Num a promissis steterit Siberus, equidem ignoro.]

yy) *Combefis.* notis ad Andream p. 340.

zz) Idem in praef. et *Ellies du Pin.* tom. VI. p. 100. *Les sermons de cet Auteur ne sont pas si fort à mepriser que la plûpart de ceux des nouveaux Grecs: ils sont pleins d'esprit, de doctrine et de morale, et ne manquent pas d'eloquence et de noblesse. Son discours est plein de mots composez et hardis, ses narrations sont libres, ses reflexions justes, ses eloges éclatans, ses figures naturelles, et ses instructions solides.*

[P] *Melodi Graecorum, de quibus liber Allatii p. 77. et 81. commentarii de libris eccles. Graecor. et in diatriba de Georgiis pag. 318. promissus, cum auctore intercidit.*

Alexius, metropolita Nicaenus, auctor canonis in S. Demetrium martyrem. *Lambec.* V. p. 283. [p. 599. ed. Kollar.]
Amphilochius.
Anastasius.
Anatolius, patriarcha CPol. circa a. C. 450. cuius nonnulla leguntur in Octoëcho.
Anatolius, monachus Studita.
Andreas, monachus, Cretensis, circa a. C. 690. auctor magni canonis siue ἁγιοπολιτικῦ ςιχηρῦ, de quo supra.
Andreas Pyrrhus.
ANGELI δοξολογῦντες.
Angelus Matthaeus canone in S. parasceuen laudatur ab *Allatio* pag. 194. contra Hottinger.
Anthimus, patriarcha CPol. circa a. 535. Anthimus tropariorum poëta memoratur Theodoro lectori lib. I. p. 554. adde *Tillemont.* tom. XVI. p. 72.
Antonius Patarensis, fortissimus catholicae fidei athleta, in ecthesi canonum siue odarum ecclesiae, citatur a *Nic. Comneno* p. 142. praenot. mystagog.
Apollinaris haereticus.
Arius haereticus.
Arsenius, monachus.
Athanasius Alex.
Athanasius in monte Atho, cuius canones in SS. martyres Theodoros et in S. Ioannicium memorat *Allatius* de synodo Phot. p. 543.
Athanasii τῦ Κατζύκη in Io. Damascenum. Cangius in Μεγαλυνάρια.
Athenogenes martyr, de cuius hymno dixi lib. V. bibl. graecae pag. 195. seq. [pag. 95. not. *k.* vol. VII. inprimis ib. p. 170. sqq. n. ed.]
Auxentius.
Babylas monachus.
Bardesanes, Syrus.

[P] *Bartholomaei* melodi canon in Theodorum martyrem laudatur ab Allatio p. 543. de synodo Phot.
Basilius, monachus.
Basilius Pegariota.
Beryllus.
Bryso.
Byzas siue *Byzantius*, monachus.
Cassia siue *Cassiana* siue *Icasia*, virgo, in confiniis octaui et noni saeculi clara. Vide *Allatium* de libris eccles. Graecor. pag. 74. seq. et *Nic. Rayaei* S. I. diss. praeliminarem ad Acta Sanctor. tom. II. Iunii p. XXI.
CHRISTVS cum discipulis suis ὑμνήσας.

Christo-

Christophorus Gangrensis.
Christophorus, proto a secretis.
Clemens Alex. de cuius hymno dixi lib. V. bibl. graecae p. 104. [pag. 122. cum not. *a.* nou. edit.]
Alius Clemens, ποιητὴς τῶν κανόνων, de quo Papebrochius tom. III. April. 30. pag. 787. Clemens Studita.

Constantinus Porphyrogenneta, Leonis imp. filius, cuius exapostilaria leguntur in Octoëcho. *Fabr.* v. cat. codd. gr. *Taurin.* p. 260. seq. de cod. CLXXV. *Harl.*

Cosmas, de quo Menologia 14. Nou. monachus et Io. Damasceni praeceptor, Maiumensis episcopus, melodus celeberrimus, circ. a. 743. sub μελῳδοῦ nomine laudatus *Cedreno* p. 456. de quo *Allatius* lib. laudati p. 73. 74. et de Georgiis p. 418. 419. 420. a) *Combefisius* ad vitam S. Theodori Grapti. Cangius in Τετρῴδιον. Ex vita Cosmae melodi quaedam profert *Allatius* p. 740. de purgatorio. Cosmam Hierosolymitanum vocat Suidas in Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς ex Iohanne Hierosol. quem vide in vita Damasceni c. 10. seq. et 34. Eius expositio hymnorum eccles. MS. in bibl. Coisliniana p. 274. Eius hymni XIII. latine tom. XII. bibl. PP. Lugd. p. 737. sqq.
Cumulas.
Cyprianus, monachus.
Cyrillus, Alexandrinus.

DAVID rex ac propheta, diuinorum psalmorum auctor et modulator suauissimus. Μελῳδοῦ nomine et ipse venit Chrysostomo et Annae Comnenae: aliis ψαλμῳδοῦ, vt Antiocho homilia 2. De psalmis Dauidis in ecclesia decantari solitis vide *Io. Guil. Ianum* p. 48. ad sermonem Eusebii Alex. editum Witebergae a. 1720. 4.
Demetrius.
Dorotheus, monachus.

[P] *Emmanuel Charitopulus* in ecthesi tropariorum ad troparia Simeonis Thaumastoritae. *Nic. Comnenus* p. 397. Mystagog. praenot.
Emmanuel Palaeolaurita.
Emmanuel Palaeologus.

a) Sed vide ipsum nostrum Fabric. infra in h. vol. p. 217. vet. ed. vbi is suam retractauit sententiam, et Cosmam Hierosolymitanum, Io. Damasceni praeceptorem, discreuit a Cosma monacho, cuius *Hymni* sunt *Paris.* in codd. bibl. publ. CCCXLIII. nr. 2. cum commentar. MCCLXXVII. 36. et MDCCXX. 11. — *Taurini* in cod. CLXXVII. hymni, a Cosma compositi, explicantur. v. catal. codd. gr. Taur. p. 261. sq. — *Romae* in cod. *Vaticano.* — Cosmae poëma ecclesiasticum cum punctis et modulatione Graecorum, in cod. *Escorial.* v. *Montfauc.* Bibl. bibliothecar. MSSt. p. 134. *C.* et 618. *C.* — Enarratio metrica singulorum Psalmorum totius Psalterii Dauidici, *Vindobonae* in cod. CXCVII. v. *Lambec.* IV. p. 476. sq. ibique nos. Kollarii, atque pag. 271. sq. de Cosma, episcopo Maiumae. — In editione perantiqua, saec. XV. sine anni et loci nota, 4. sunt quidam Io. Damasceni, et Cosmae Hierosolym. tum Marci, episcopi Hydruntini ac Theophanis hymni, v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. II. p. 204. add. *Saxii* Onom. litt. part. II. p. 85. *Harl.*

Emmanuel Phile, de quo volum. VII. p. 695. seq. [vol. VIII. p. 617. sqq. ed. n.]

Emmanuel, Peloponnesius rhetor, cuius diss. de cantico in b. virginem, quod incipit *Θεαρχίῳ νεύματι*, memoratur *Lambecio* V. p. 294.

Ephraem Syrus.

Ephraem Cariae, monachus, a Mylassae in Caria episcopo huius nominis diuersus. vide *Nic. Rayaei* diss. praeliminarem ad Acta Sctor. Iunii tom. II. p. LXVIII.

Euphrates.

Eustathius Thessalonicensis scripsit expositionem hymnorum Ioannis Damasceni. Commentarios in iambica carmina de Pentecoste laudat Allatius p. 319. sq. de Georgiis et p. 613. de consensu.

Euthymius, monachus. *Fabr.* Prologus Euthymii, et eius vita, *Mosquae* in cod. synod. XLI. nr. 3. et 4. v. *Matthaei* notit. MSS. Mosquens. p. 51. ed. in 8. — Conf. supra, vol. X. pag. 285. *Harl.*

Gabriel, cuius canonem in S. Nicolaum laudat *Allatius* p. 179. contra Hottingerum.

Georgius siue *Gregorius*, metropolita Corinthi, qui scripsit expositionem canonum et Trophariorum, *Allat.* p. 73. 280. de libris eccles. et de Georgiis p. 417. 418. 419. *Lambec.* lib. V. p. 278. [p. 587. seq. Koll.]

Georgius Nicomediensis, de quo *Allatius* de Georg. p. 313. eius idiomela tom. I. Auctar. noui Combefis. p. 1135. 1222. et latine tom. XII. bibl. patrum Lugd. p. 711. 722.

Georgius Pamphilus.

Georgius Rammata, de quo *Allatius* p. 339. de Georgiis. Huius troparia in S. Nicolaum laudat idem p. 178. contra Hottingerum.

Georgius Scylitza, de quo *Allatius* p. 338. de Georgiis.

Georgius Siculus, de quo *Allatius* p. 337. seq. eiusdem libri.

Germanus, patriarcha CPol. hic primus est inter melodos, quorum dimidiatae icones exstant in fronte Triodii, excusi Venet. 1601. Conspiciuntur autem ibi sub Christi imagine *οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ἐνθέων ὕμνων*, hoc ordine: 1) Germanus patriarcha CPol. sub Leone Armeno Saec. IX. eiectus, de quo acta Sanctor. 12. Maii. 2) Sophronius patriarcha Hierosol. de quo XI. Mart. 3) Philotheus patriarcha CPol. ab a. 1362. ad 1375. 4) Andreas Cretensis, (de quo supra,) archiepiscopus. 5) Ioannes Euchaitorum metropolita. [133] 6) Georgius Nicomediae archiepiscopus. 7) Methodius. 8) Cyprianus. 9) Anatolius episcopus. 10) Leo despotes siue imp. 11) Leo magister. 12) Basilius Pigeriotes siue Pegoriotes. 13) Iustinus. 14) Sergius. Sequuntur monachi; 15) Io. Damascenus. 16) Cosmas (postea Maiumae episcopus,). 17) Iosephus hymnographus. 18) Theophanes cognomine Graptus. 19) Byzas, siue Byzantius. 20) Stephanus Hagiopolites. 21) Georgius Sicceliotes. 22) Simeon. 23) Philotheus. 24) Arsenius. 25) Babylas. 26) Ephraim Cariae. 27) Andreas Pyrrhus seu Rufus. 28) Theodorus Studites. 29) Cassia virgo. Confer *Papebrochium* tom. III. April. p. 787. 788. *Rayaeum* p. XXI. diss. praeliminar. ad tom. II. Iunii.

Hagiopolita. Infra in Sergius et Stephanus. *Allat.* de Georgiis p. 318.

Hierax.

Hiero-

Herotheus, Dionyſio areopag. vt aiunt σύγχρονος. *Nic. Commen.* p. 331. praenot. Myſtagog.

Hierotheus, monachus.

Hippolytus.

Icaſias tetraodium magni ſabbati. Scriptores poſt Theophanem pag. 514. confer *G. Codini* Origines CPol. n. 128. Anonymum Bandurianum ſect. 148. *Bandurium* pag. 716. ſupra in Caſſia.

S. Ignatio, Antiocheno epiſcopo ac martyri, antiphonariorum in eccleſia vſum in acceptis quidam referunt, vt dixi lib. V. p. 41. [vol. VII. p. 38. nou. ed.]

Ignatium hymnodum canone in S. Ioannem Climacum laudat *Allatius* de ſynodo Phot. p. 437. et contra Hotting. p. 195.

Ioannes Chryſoſtomus, archiepiſcopus.

Ioannes Cucuzeles. Vide *Lambecium* lib. V. p. 273. [p. 572. ſqq. ed. Kollar.]

Ioannes Arcla Damaſcenus μελῳδὸς cognominatus, teſte Cedreno pag. 456. de eo dixi vol. VIII. p. 772. ſeq. [vol. IX. p. 682. ſqq. ed. nou.]

Ioannes geometra, de quo tom. VII. p. 715. ſeq. [vol. VIII. p. 625. ſqq. nou. ed.]

Ioannes Graſſus, Nectarii abbatis Caſulenſis diſcipulus.

Ioannes, cognomento *Mauropus*, monachus primum, deinde archiepiſcopus et metropolita Euchaitorum, clarus ſub imp. Conſtantino Monomacho circa a. C. 1050. Vide [cat. codd. gr. *Taurin.* p. 244. et] *Lambecium* lib. V. p. 29. ſeq. [p. 66. ſqq. et p. 560. ſqq. ed. Kollar. huiusque not. p. 73. ſeq.] Eius carmina iambica in principalium feſtorum hiſtorias, graece et lat. vulgata per *M. Buſtum.* Eton. 1610. 4. De illo dictum volum. VII. p. 718. ſeq. [vol. VIII. p. 627. ſqq. ed. nou.]

Ioannes Stauratius.

Ioannes Theſſalonicenſis.

[P] *Ioannes Zonaras*, monachus, qui illuſtrauit etiam canones ſiue cantica Ioannis Damaſceni. Vide *Lambecium* III. p. 39. [p. 103. nr. 4. Kollar. Exſtat etiam in codice Barocc. CXXIX. Eius canon in Deiparam a Cotelerio editus graece et lat. III. p. 465.

Iobius.

Ioſephus ſeu *Ioſaphatus Cucuzeles*, *Allatius* de libris eccleſ. Graec. p. 99. ſeq.

Ioſephus, κανόνων ποιητής. *Codin.* n. 104. Origg. CPol. ex Studio Monaſterio, Theſſalonicenſis archiepiſc. ſingulari feſtiuitate a Graecis 15. Iulii honoratus. *Allatius* pag. 947. de purgator.

Ioſephus Studita, Siculus patria, qui ſenio confectus a. C. 883. obiit. De eo Ioannes diaconus et magnae eccleſiae in vita Ioſephi hymnographi citatur ab *Allatio* p. 735. de purgatorio. *Ioannes diaconus* CPol. cognomine Eugenius in illius vita, Acta Sanctor. 3. April. et tom. II. Iunii p. 788. Ab hoc diſtingui video *Ioſephum melodum*, auctorem nouae Octoëchi ſiue Paracletices. Vide *Allat.* de libris eccleſ. Graec. pag. 283. Eius triodia a die paſchatis ad pentecoſtem MSS. in bibl. Barberina. *Allatius* p. 78. Canones XLVIII. *Lambec.* lib. V. p. 274. [p. 563. 567. cod. CCCX. ed. Kollar.] *Hippolytus Maraccius* Lucenſis Rom. 1662. 8. edidit Ioſephi hymnographi Mariale, latine cum notis.

Ioſephum

Iosephum hymnographum recolunt Graeci 4. April.

Iosephus diaconus.

De Isidoro, patriarcha CPolitano, Niceph. Gregoras tom. II. p. 521.

Isidori canon in S. Demetrium laudatur ab *Allatio* p. 543. de synodo Photiana.

Theophanes p. 183. παρέδωκεν Ἰουστινιανὸς τὸ ψάλλεσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τό. Ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος Θεοῦ. ἐποίησε δὲ καὶ τὸ ὡρολόγιον τοῦ μιλίου.

Iustinianus imp. Nic. Alemannus ad hist. arcanam Procopii p. 88. *De musica Iustiniani peritia Theophanes profert graecum troparium i. e. hymnum, quem de CHRISTI diuinitate et oeconomia ad ecclesiasticos modulos concinnauit, hodieque Graeci canunt inter Missarum solennia.* Confer Goari notas posteriores ad paginam Cedreni 371.

Iustinus Decadio, idem, qui graecam praefationem praemisit psalterio graeco Aldino antiquissimae edit. in 4.

S. Iustini, martyris, ψάλτης *Eusebio* IV. 18. Hist. memoratus pridem intercidit.

[⁋] *Lazari Lemnii*, S. Niconis discipuli, expositio hymnorum citatur a *Nic. Comneno* pag. 142. praenot. mystagog.

Leo sapiens, imperator, cuius τροπάρια ἑωθινὰ vndecim leguntur in octoëcho. Odarium catanycticum memorat *Lambecius* V. p. 295. *Fabr.* [l. p. 550. nr. 15. cod. CCXCVII. et pag. 620. nr. 4. cod. CCCXXXIII. ed. Kollar. Cantica matutina, *Taurini* in cod. CLXXV. — Ibid. in cod. CCXCI. fol. 34. *Leonis* imp. odarium catanycticum, secundum alphabeti ordinem; fol. 36. eiusd. canon in occursum domini, versibus iambicis; fol. 41. canon alter in festum diem Palmarum, continens acrostichidem edit. ab confectore cat. codd. gr. Taurin. p. 388. quem vid. de illo cod. et pag. 260. de priore codice. — Conf. supra, vol. VII. p. 693. sqq. *Harl.*

Leo magister. } ἐν τοῖς περὶ τροπαρίων. [v. supra, vol. VII. p. 718. not. *yy*.]
Leo Peganius. }

[*Macarii*, iunioris, metropolitae, dein ascetae in Creta, canon in cod. *Taurin.* CLXXVII. v. cat. codd. gr. Taur. p. 262. *Harl.*]

Marcus Eugenius paraphrasin hymnorum Ioannis Damasceni concinnauit. Laudatur ab *Allatio* p. 280. de libris eccles. et de Georgiis p. 419.

Marcus, monachus, ecclesiae CPol. oeconomus, et inde episcopus Hidruntinus, Leonis imp. philosophi aetate clarus. *Allat.* pag. 72. 73. 74. Videndum, idemne hieromonachus Marcus, qui scripsit de dubiis typicis. *Lambec.* V. p. 285. [p. 599. et 595. nr. 2. edit. Kollar.]

Marcus, monachus, qui Cosmae tretraodium magni sabbati suppleuit. *Zonaras* tom. II. p. 178. continuator Theophanis p. 225. in Leone philos. p. 464. et 557.

Marci, archiepisc. Ephesini, qui concilio Ferrariensi a. C. 1438. interfuit, cantica duo in S. trinitatem et Canones octo in b. virginem memorat *Lambecius* V. p. 284. [pag. 595. ed. Kollar.] Eius expositio ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας edita ad calcem operum Simeonis Thessalonicensis, a. 1683. Iassii in Moldauia.

Martha.

Matthaeus Caryophylus.

Mauri-

Mauritius, imp.
Mauroleo.
Mauropus, supra *Ioannes Mauropus*.
Mennas | *Calliceladus*.
Methodius, patriarcha CPol.
Metrophanes, episcopus Smyrnaeus. *Allat*. p. 67. de libris eccles.
Metrophanes Nauplius, cuius canon in nonum ascetam Gerasimum laudatur ab *Allatio* pag. 772. de purgatorio.
Michael Psellus, Michaelis Ducae imp. praeceptor circa a. C. 1050. clarus, de quo abunde Allatius libro de Psellis, [et supra, in vol. X. p. 41. sqq. *Harl.*]
Michael Phile, de quo dixi vol. VII. p. 695. seq. [p. 618. seq. vol. VIII. n. ed.]
Michael Syncellus.
Nectarius, abbas Casularum. *Allat*. p. 181. contra Hottinger.
[*] *Nepos*, cuius psalmos laudat apud Eusebium *Dionysius Alex*. VII. 24.
Nicephorus Callistus Xantopulus, de quo dixi volum. VI. p. 130. seq. [vol. VII. p. 437. sqq. ed. nou.] Huius catalogum breuem hymnographorum, quem versibus iambicis concinnauit, adponam:

Οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ὕμνων ἐνθέων.
Ἡ λύρα τοῦ πνεύματος ΚΟΣΜΑ͂Σ ὁ ξένος.
Ὀρφεὺς νεαρὸς ἡ ΔΑΜΑΣΚόθεν χάρις,
Καὶ ΘΕΟ΄ΔΩΡΟΣ, ἸΩΣΗ΄Φ οἱ Στουδῖται,
Ὄργανα τὰ κράτιστα τῆς μουσουργίας,
Ξενή τε σειρὴν ἸΩΣΗ΄Φ ὑμνογράφος.
Μέλος πανναρμόνιον ἈΝΔΡΕ΄ΑΣ ἰκρότους.
Καὶ ΘΕΟΦΑ΄ΝΗΣ ἡ μελιχρὰ κιννύρα
ΓΕΩ΄ΡΓΙΟΣ, ΛΕ΄ΩΝ τε, ΜΑ΄ΡΚΩΝ, (leg. Μάρκος) ΚΑΣΙ΄Α. (leg. Ἰκασία.

Nicephorus, patriarcha CPol.
Nicetas, monachus et presbyter monasterii Stethati, in librum hymnorum Simeonis MS. in bibl. Bodleiana cod. V. Barocc. [v. supra, vol. VII. p. 752.]
Nicetae, metropolitae Thessalonic. Echi et canones id. cod. LXVIII. CLVII.
Nicetas Heraclas siue Heracleota.
Nicetas Stecharius, (an *Stethatus*, siue Pectoratus? cuius canonem in S. Nicolaum laudat *Allatius* p. 208. in Hottinger.) *Fabr*. V. supra, vol. X. p. 324. not. *k*. atque in cod. Mosquensi ibi laudato scriptum legitur Νικήτα μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου μονῆς τῶν Στουδίου, τοῦ στιθάτου etc. et cel. *Matthaei* in not. *d*. „sic, ait, στιθάτου, quod hic cognomen est Nicetae, non, nomen monasterii. Monachus autem fuit monasterii Studii. v. *Caue* hist. litt. p. 524.“ — In cod. *Mosquensi* XXXVIII. nr. 33. teste *Matthaei* l. c.

l. c. p. 321. legitur Νικήτα μονάζοντος, τῦ ςηθάτε. Conf. ſupra, vol. VII. p. 753. ſeq. de illo. *Harl.*

Nicolaus Malaxus, Nauplii archipresbyter, qui pentecoſtario non pauca addidit. Vide *Allatium* de libris eccleſ. p. 229.

Nicolaus, Athenarum metropolita, quem laudat *Allatius* de purgatorio p. 89. 212. 262.

Nicolaus Callicles.

Nicolaus patriarcha. Fabr. Conf. ſupra, vol. VII. p. 804. fin. et cel. *Matthaei* in Notitia MSS. Moſquenſ. de cod. ſynod. XXXII. nr. 5. 24. 62. 66. p. 52. ſqq. ed. in fol. *Harl.*

Nilus Doxopatrius.

Nilus, Roſſanenſis, circa a. C. 980. vide *Allatium* de Nilis p. 37. ſeq.

Nilus Xanthopulus, poſtremis imperii Graecorum temporibus clarus, de quo idem *Allatius* de Nilis diatriba p. 59.

Pamphilus.

Paulus Ammonius.

[P] *Philippus* cuius canonem in S. Ioſaphatum laudat Allatius p. 180. contra Hottingerum.

Philotheus, patriarcha CPol. plurimorum canticorum auctor, ſaeculo XIV. clarus, de quo infra, ſuo loco.

Photius monachus in explicatione tropariorum S. Stephani Sabaitae citatur a Nic. Comneno p. 397. praenot. myſtagog.

Photius, patriarcha CPol. [v. ſupra in vol. X. de Photii ſcriptis ſect. XVI. ineditis, ſub fin. de eius *Odis* etc.]

Plato melodus.

Procopius chartophylax in eclogis hymnorum et ſcriptorum Samonae Gazienſis. *Nic. Comnenus* l. c. p. 397.

Pyrrhus, ſupra *Andreas Pyrrhus.*

Romanus, diaconus Emeſenus, circa a. C. 500. clarus, quem plurimorum contaciorum ſine paruorum hymnorum auctor celeberrimus. Ioannis canonem in Romanum melodum laudat *Allatius* p. 543. de ſynodo Phot.

Sergius Hagiopolita.

Simeon, Theſſalonicenſis archiepiſc. ᾠδὰς ἱερὰς τὰς τῶν ἁγίων χορὰς καὶ οἴκοθεν καταςρέψας. *Allat.* p. 186. de Simeonibus.

Simeon Logotheta.

Simeon Xylocercinus.

Simeon, monachus Stylita.

Sophronius, patriarcha Hieroſol. cuius troparia in vigilia natalis Chriſti et Horologium magnae paraſceues memorat *Lambecius* lib. V. pag. 270. [p. 568. et 569. nr. 1. et 3. ed. Kollar. ſupra ad vol. IX. p. 164. nr. 7. n. ed. *Harl.*]

Stephanus Hagiopolita, monachus.

Stephanus Sabaita.

Syneſius ſenior.

Syneſius iunior.

Theoſti-

Theoctistus. *Lambec.* VIII. p. 99. [b]) vbi Cantica ſacra MSS. menſis Aprilis refert.

Theodoritus. Vide *Lambecium* lib. V. pag. 268. [p. 563. ſq. ed. Koll. ſupra, vol. VIII. pag. 306. *Harl.*]

Theodorus Coetonita, cuius Canonem in Iohannem Euchaitorum epiſcopum laudat *Allatius* contra Hottinger. p. 180.

Theodorus Ducas Laſcaris. Vide *Cangium* in Παρακλητικὴ et *Raynaudum* tom. VII. p. 368. In paracletico pag. 181. deſcribitur κανὼν παρακλητικὸς [P] εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, ποίημα τοῦ βασιλέως κυροῦ Θεοδώρου Δουκᾶ τοῦ Λασκάρεως.

Cyrus *Theodorus Prodromus* ὁ τῶν ἱερῶν κανόνων πρῶτος σαφηνιστὴς Nicephoro Blemmidae λόγῳ 1. de proceſſ. Spiritus S. laudatus. Eius ἐξήγησις in canones Coſmae ac Ioannis Damaſceni MS. in bibl. Vaticana et caeſarea, *Lambec.* lib. V. p. 276. 277. [c]) Citatur ab *Allatio* p. 74. MS. in bibl. Bodleiana tom. I. catalog. MSS. pag. 101. n. 1996. et p. 12. n. 110.

Theodorus Santabarenus.

Theodorus Studita, cuius nonnulla leguntur in Octoëcho. Κανόνων ποιητής. Codin. n. 104. Origg. CPol. Theodori monachi canonem catanycticum ad CHRISTVM ſeruatorem memorat Lambecius lib. V, p. 268. [pag. 563. ſq. ed. Kollar.] Canon nouem odis conſtans in erectionem imaginum apud Baron. ad a. 842. eſt iunioris Theodori, qui poſt Naucratium ſtudio praefuit, vt notauit Combefiſius. *Fabr.* De hoc Theodoro v. plura ſupra in vol. X. in catal. variorum Theodororum, ſub illius nomine. *Harl.*

Theodoſia cuius canon in S. Ioannicium laudatur ab *Allatio* p. 217. contra Hottingerum.

Theodoſius Laſcaris, ſupra Theodorus.

Theodoſia Sycaota.

Theoſterictus.

[b]) Siue pag. 211. ed. Kollar. Lambec. coniicit, illum Theoctiſtum fuiſſe S. Euthymii, archimandritae ſ. abbatis in Palaeſtina, qui a. C. 472. obiit, ſocium familiariſſimum. *Theoctiſti* Studitae et aliorum precationes, in b. Mariam, in Chriſtum et in angelum cuſtodem, *Venetiis*, in cod. Naniano CXXVI. nr. 13. v. cat. codd. gr. Nan. p. 279. Theoct. precatio dicitur eſſe διὰ στίχων. Sequuntur alia ſtichea et canones. *Harl.*

[c]) S. pag. 579. nr. 1. cod. CCCXV. ed. Kollar. qui autem in nota docet, illam ἐξήγησιν non tribuendam eſſe Theodoro Prodromo, ſed *Georgio*, ſ. *Gregorio Pardo*, metropolitae Corinthi, vti Vaticani habent codices, ab *Allatio* in diatr. de Georgiis et eorum ſcriptis p. 418. ſq. laudati, et adteſtatur cod. *Vindobon.* caeſar. CCCXX. nr. 1. de quo v. *Lambec.* V. p. 387. ſq. Male quoque illam adſcribi *Theodoro Prodromo* in cod. CCCXVII. monet Kollar. ad eum ibid. pag. 585. Aliam vero expoſitionem Theodori Prodromi, auctoris, nomen recte praeferre in codd. CCCXVI. et CCCXVIII. ſtatuit Kollar. l. cit. p. 586. Idem *Kollar.* in nota *A.* ad p. 579. obſeruat, Cantica ipſa a. 1501. edita eſſe ab Aldo, et Prudentii ſanctique Procopeni poematibus ſubiuncta, verſione proſaica κατὰ πόδα e regione adpoſita: tres tamen canones, ſiue cantica in cod. CCCXX. occurrere, quae in Aldina aliisque edd. non inueniuntur. etc. *Theodori Prodromi* ἐξήγησις memor. *Taurini* in cod. regio CCLII. vid. cat. codd. gr. Taur. p. 379. — Add. ſupra vol. VIII. p. 137. ſqq. et vol. X. 427. in variorum Theodororum catalogo. *Harl.*

Theodosius Syracusanus saec. VIII. episcopus, qui troparia composuit, quae canuntur in vigiliis ieiuniorum. Act. sanctor. Iunii tom. II. p. 788. *Fabr.* Conf. de eo *Mongitor.* in biblioth. Sicula, tom. II. p. 249. qui animaduertit, eum a. 880. Saracenis, Syracusis occupatis, catenis vinctum Panormum esse deductum; annum autem mortis ignorari. *Harl.*

Theolopetus, Philadelphiae metropolita, cuius elogium scripsit Nicephorus Chumnus. Hymnum habet Horologium Graecor. vide et bibl. patrum tom. XXII. edit. Lugd. p. 764.

Theophanes Graptus, confessor, Theodori Grapti frater. Vide *Baron.* ad a. C. 842. n. 28. et martyrolog. 11. Octobr. et 27. Dec. *Allatium* pag. 707. sqq. contra Creyghtonum. Eius canonem paracleticum ad b. Deiparam Virginem memorat *Lambecius* lib. V. pag. 268. [d]) Μελῳδὸν cognomine Theodori Grapti fratrem laudat Cedrenus p. 456. Poëtam vocat Suidas in Ἀφουσία.

Theophilus imperator. Vide Cedreni locum apud *Allatium* p. 66. seq. de libr. eccles. Continuator Theophanis p. 66. seq. et *Zonaras* tom. II. p. 147. edit. Paris. *ἐφιλοτιμεῖτο δὲ καὶ μελῳδεῖν· λέγονται μὲν οὖν καὶ ἕτερα εἶναι ἐκείνου ἀνδρὸς ποιήματα, πρὸς τοῖς ἄλλοις δὲ καὶ τὸ κατὰ τὴν τῆς Βαϊοφόρου ἑορτὴν ᾀδόμενον τὸ στιχηρόν· τὸ, ἐξέλθετε ἔθνη ἐξέλθετε καὶ λαοί.*

[P] *Thomas* monachi canonem catanycticum memorat *Lambecius* V. p. 285.

Timocles Eutychianus, tropariorum poëta memoratus Theodoro Lectori lib. I. pag. 554. et Cedreno pag. 349. Vide *Tillemont.* tom. XVI. pag. 72.

Triphyllius.

Valentinus haereticus.

Musicos Contopetricum, Domesticum, Panaretum et Moschianum, qui cantionibus et hymnis graecis notas musicas adposuere, laudat *Allatius* de Georgiis p. 414.

[Plurium melodorum graecorum cantica graece et latine leguntur, in rarissima collectione Aldina (Poetae Christiani veteres, 1501. 2. Venet. 2. voll. 4.) vol. I. sub finem. V. Renouard Annales de l'imprim. des Aldes tom. I. p. 34. sqq. Ex hac ed. Ald. repetiti sunt Cosmae Hieros. de quo antea dictum, hymni XIII. et alii nonnulli additi gr. et lat. in Galland. Bibl. PP. XIII. p. 234. sqq. *Beck.*]

Index homiliarum Andreae Cretensis XXI. editarum et ineditarum XIX.

Maiores numeri editas, (de quibus supra:) minores ineditarum in MSto ordinem denotant.

Ἀεὶ *μὲν λαμπρά.* in S. Georgium XIII.

Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ. in S. Nicolaum XIV.

Ἀποστολικῶν ἐγκωμίων. in apostolum Titum VII.

Ἀρχὴ *μὲν ἡμῖν ἑορτῶν.* in S. Mariae natalem I.

Ἔθος ἐστὶ *τοῖς τῶν στρατευμάτων καθηγεμόσιν.* de praedictione passionis dominicae MS. 12.

Εἰ *μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ.* in natiuitatem Mariae XX.

E

d) Siue pag. 563. ed. Kollar. de cod. Vindob. CCXCIX. nr. 6. vbi variorum auctorum varii canones, siue varia cantica ecclesiastica iunctim inscripta exstant. Pariter cod. CCCIX. nonnulla miscellanea cantica ecclesiastica continentur, et statim ab initio *Theophanis* melodi canon paracleticus ad Christum sotera: incip. *ὁ παντεργὸς καὶ σύμφυής.* Conf. supra, vol. VIII. p. 84. et infra, vol. X. p. 240. ed. vet. vbi plures *Theophanes* enumerantur. *Harl.*

Εἰ οἱ ἀγλαόφωτοι τοῦ μαθητοῦ. in Mariae praesentationem in templo MS. 8.
Ἐπέστη σήμερον ἡ πάντων χαρά. in Mariae adnunciationem II.
Ἡ διὰ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου ὕλη. in publicanum et Pharisaeum MS. 1. Hanc infra graece et latine integram exhibeo.
Θάλαττα ὄντως τρικυμιῶν. in paralyticum. MS. 9.
Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς ἡμᾶς σήμερον συνήγαγεν. in Ioannem euangelistam MS. 14.
Καλεῖ πάλιν ἡμᾶς. in Mariae dormitionem, tertia XI.
Κινήσωμεν ἀγαπητοί. in crucis exaltationem, secunda VIII.
Κλίμαξ ἡ ψυχή. in praesentationem Mariae trimulae in templo. MS. 6.
Κρίσις ἡμῶν τῇ προθέσει σήμερον προσβάλλει. in dominica τῆς ἀποκρέω siue carnisprinii. MS. 3.
[140] Λάζαρος τὸν παρόντα συνεκρότησε. in Lazarum quatriduanum V.
Λαμπρὸν ἔαρ ἡμῖν προτείνεται. in Mariam templo redditam MS. 5.
Μυστήριον ἡ παροῦσα πανήγυρις. in Mariae dormitionem secunda X.
Ναὸς ὄντως τῆς Τριάδος ἡ δυὰς σήμερον. in SS. anargyros, (Cosmam et Damianum.) MS. 16.
Νηστείας ἡμῖν ἡ πρόθεσις. in dominicam τῆς τυροφάγου, (Quinquages.) qua caseo et ouis comedendis finis imponitur. MS. 4.
Ὄντως ἀρχιτέκτων τῶν δεινῶν ἁπάντων. de lunatico MS. 11.
Ὄντως ἔργον ὑπάρχει Θεοῦ τὸ ἔλεος. in dominicam de filio prodigo. MS. 2. multa communia cum homilia Chrysostomi ρμβ p. 720. gr. edit. Sauil. tom. V.
Ὄντως εὐφημία θεολογίας καὶ οἰκονομίας. in Lucam euangelistam. MS. 15.
Ὄντως στενὴ ἐστὶ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδός. in crucem a Christiano in se suscipiendam. MS. 10.
Ὅσοι τῇ κενώσει τοῦ λόγου. in Transfigurationem CHristi. IV.
Ὅσοι τὸ σεπτὸν τοῦτο. in Mariae dormitionem prima. VII.
Οὐδὲν ὡς ἀληθῶς. de vita humana et defunctis. XVIII.
Πάντα πιστεύειν ἄξιον. in S. Patapium. XVII.
Πάντα τὰ ὑπὲρ ἡμῶν. in circumcisionem et S. Basilium. III.
Πηδᾷ καὶ γῆρας ὡς τὰ πολλά. in praecursoris decollationem. XXI.
Σήμερον τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ ἱερὸν εἰσέρχεται. in Mariae ingressum in templum. MS. 17.
Σταυροῦ πανήγυριν ἄγομεν. in Crucis exaltationem prima. VI.
Τὴν σύλληψιν σήμερον. in conceptionem S. Annae.
Τὴν τῶν ἐγκωμίων. in S. Patapium XVI.
Τράπεζα βασιλική. in conceptionem S. Mariae. MS. 7.
Χθὲς ἡμᾶς τοῦ δεσπότου. in ramos palmarum. VI.
Χορευέτω πᾶσα κτίσις. in Mariae natiuitatem. MS. 18.
Χριστοῦ τόκος ἀποτέλεσμα. in Christi natiuitatem in tempore. MS. 19.
Ὡς λαμπρὰν καὶ πνευματικήν. in S. Patapium. XV.
Ὥσπερ οἱ τῆς τῶν ἀγώνων ἧττας. in Ioannem theologum. MS. 13.

Ex vndeuiginti hisce ineditis Andreae homiliis, quas ex MSto codice Bodleiano descripsit et mecum pro sua in me beneuolentia communicauit amicus noster eruditione et ingenio

genio

genio praestans *Io. Christianus Wolfius*, placet primam speciminis caussa cum lectore hoc loco communicare adiuncta mea versione: ceteras vero seruare alii tempori et alii occasioni, qua vel a me vel ab laudato Wolfio ipso, quod opto, in lucem, qua non sunt indignae, proferantur. [Num editae sint, nescio, et fere dubito. Hinc, diu quidem incertus, quid faciam, seq. orat. h. l. retinere malui, quam omittere aut conicere in tomum supplementorum, quae quando prodeant in lucem, decernere nequeo. *Harl.* Repetita est haec homilia in Galland. Bibl. PP. XIII. p. 170. sq. addita tamen noua versione latina „ne quem forte hominis τοῦ ἔξω interpretatio offenderet" vt in Prolegg. dicitur. Scilicet ὁ ἔσω verba magis adnumerauit. *Beck.*]

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου Κρήτης λόγοι παραινετικοὶ, καὶ πρῶτον περὶ τῆς ὑποθέσεως τοῦ τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου.

1. Ἡ διὰ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου ὕλη οἷόν τι προγύμνασμα καὶ προοδοποίησις πρόκειται τοῖς βουλομένοις ἔχεσθαι τῆς ἱερᾶς ταπεινότητος τῆς πασῶν τῶν ἀρετῶν λαμβανομένης, αἷς ἡ κτῆσις τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ὄντως ἐνίδρυται, καὶ τῆς θεομισοῦς ἀλαζονείας ἀπέχεσθαι τῆς πασῶν τῶν φιλοχρίστων ἀρετῶν παρατρεπούσης τὸν ἄνθρωπον. τίς οὖν οὐ ζηλώσει τὸν τελώνην, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν μεταμέλειαν, καὶ τοῦ Φαρισαίου οὐκ ἀποσείσεται τὸν ὄγκον; ἐπεὶ ἡ μὲν ταπείνωσις συνάπτεται τῷ χριστῷ; ἡ δὲ ἀλαζονεία τῷ πεφρονηματισμένῳ καὶ πλήρει ὄγκου δαίμονι.

2. Ἡ ἀλαζονεία τὸν πρῶτον τῶν ἀγγέλων, ᾧ κλῆσις καὶ ἑωσφόρος ἦν, πάντως διάβολον καθιστᾷ. αὕτη τὸν γενάρχην Ἀδὰμ τοῦ παραδείσου ἐξωθεῖται. καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων καὶ ὕψωσεν ταπεινοὺς, κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, καὶ ταπεινοῖς δίδωσι χάριν. αὕτη κατατίθεται τὸν Φαραώ. εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ οὐκ ἔστι θεός. αὕτη τὸν Ναβουχοδονόσορ καταβάλλεται, κυρίῳ γὰρ θεῷ σου προσκυνήσεις [?] καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, καὶ οὐ ποιήσεις οὐδὲν ὁμοίωμα. εἰ

Sancti patris nostri ANDREAE CRETENSIS *sermones adhortatorii, et primum de eo argumento, quod ad publicanum et Pharisaeum pertinet.*

1. Materia de publicano ac Pharisaeo tanquam praeexercitamentum quoddam ac praeparatio exstat proposita iis, qui sacram humilitatem colere cupiunt, omnes in se complectentem virtutes, quibus possessio regni coelorum sane firmatur: superbiam vero fugere, quae et inuisa Deo est, et ab omnibus virtutibus christianis hominem euertit. Ecquis igitur non libenter imitetur publicanum, eiusque conuersionem et poenitentiam: Pharisaei contra fastum exhorreat, cum humilitas nos consociet CHRISTO, superbia autem daemoni tumenti atque pleno insolentiae coniungat.

2. Superbia omnino est, quae ex principe angelorum, cui Lucifero nomen e), effecit diabolum. Haec Adamum generis nostri auctorem expulit paradiso. *Deposuit* f) *potentes de thronis et exaltauit humiles: dominus resistit superbis,* g) *et humilibus dat gratiam.* Haec euertit Pharaonem, qui stultus aiebat in corde suo, h) non est Deus. Haec Nabuchodonosorem deiecit. *Dominum enim deum tuum adorabis, illique soli seruies* i), *nec vllum ei effinges simile* k). Quanquam Nabu-

e) Es. XIV. 12.

f) Luc. I. 52.

g) Iac. IV. 6. et I. Petr. V. 5.

h) Psal. XIV. 1.

i) Matth. IV. 10.

k) Deut. IV. 16.

καὶ τῶ μὲν ἡ νόσος λύεται, τῷ δὲ ἕξις γίγνεται τὸ πάθος. ὄντως πυρετός ἐστιν ἡ ὑπερηφανία ἡ ὑποπίπτουσα τῇ αἰσθήσει τῦ πυρέττοντος, φρενῖτις δεινὴ εἰς πτῶσιν τὸν ἄνθρωπον παροξύνουσα. ὕδρωψ ἔμπλεος ἀέρος καὶ ὕδατος.

Nabuchodonosoris morbus soluebatur, [l]) superbo autem malum suum in affectionem manentem ac constantem degenerat. Sane enim febris ardens arrogantia est, qua sensus laborantis misere afficiuntur: grauissimus furor hominem ad prolapsionem incitans, hydrops vento et aquis plena.

3. Τίς γὰρ ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος κυρίου; ἀθῶος χερσὶ καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. τοιαύτη ἦν ἡ τοῦ Τύρου ματαιότης καὶ ἀγερωχία ἡ τὴν ἰκμάδα ἀποβαλλομένη τῆς χάριτος, γῆ ἄνικμος. ἴστε γὰρ δήπου τοῦτο καὶ λόγῳ καὶ πείρᾳ, ὁ ἀλαζὼν οὐ δεῖται τῆς τελειωτικῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος· καὶ διὰ τοῦτο ἐστὶν ἄνικμος καὶ ξηρὸς, λείπεται τοῦ ζωτικοῦ θερμοῦ καὶ τῆς ζωούσης ὑγρότητος. ἐν τούτῳ κενῷ ὄντι δένδρῳ τὴν καλιὰν ἐργάζεται ὁ νυκτικόραξ διάβολος.

3. *Quis* [m]) *ascendet in montem domini? innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam.* Huiuscemodi fuit vanitas ac ferocia Tyri, quae humorem gratiae a se alienauerat, [n]) terra humore destituta. Vt enim ex ratione et experientia vobis est cognitum, superbus non indigere se putat perficiente Dei gratia, atque ideo exsuccus et aridus vitali calore est, viuoque humore destituitur. In hac vacua arbore nidum componit coruus nocturnus diabolus.

4. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἡ ταπείνωσις τροφός ὑπάρχει τῶν ἀρετῶν, τοῦ χριστιανοῦ κάλλους εὐσεβείας κεφάλαιον καὶ τέλος, τῶν παθῶν νέκρωσις, τῆς ἁμαρτίας ἀναίρεσις, συντήρησις τῆς ὑγρότητος ἐν τῇ ῥίζῃ τῆς πίστεως. ἡ ταπεινότης σύνεστι τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ [τ] τῷ ἐλαύνοντι τὴν ἀνομίαν, ὡς ἔφη καὶ ὁ Ἱερεμίας καὶ ὁ Σολομών. ὄντως γὰρ ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου. τούτοις συνᾴδει καὶ ὁ μακάριος Παῦλος. Αὕτη τὸν τελώνην κήρυκα ποιεῖται τοῦ πνεύματος, ἡ δὲ ἀλαζονεία τὸν Φαρισαῖον κενὸν ἐργάζεται τύμπανον μάτην ἀλαλάζον. ὄντως ῥοιὰ Σοδόμων ἐστὶν ὁ ὑποκριτής, πέπων τὰ μὲν ἔξωθεν ὡραῖος, τὰ δὲ ἔνδοθεν σαπρός τε καὶ ἄχαρις.

4. Humilitas vero, vt breuiter dicam, altrix est virtutum, pietatis in qua christiana pulchritudo consistit, summa, initium, finisque: passionum extinctio, subuersio peccati, et humidi radicalis in fide conseruatio. Humilitas iunctum sibi habet timorem Numinis, quo peccatum procul pellitur, vt a Ieremia [o]) ac Salomone [p]) edocemur: quoniam vere *initium sapientiae est timor domini:* hisque concinit beatus Paulus, [q]) Haec publicanum praeconem sancti spiritus constituit, at superbia Pharisaeum facit tympanum inani resonans strepitu. Sane sodomiticum pomum refert hypocrita, nam extrinsecus pulchri fructus speciem habet, at intus putridus ac detestabilis est.

5. Ascen-

l) Dan. IV. 31.

m) Ps. XXIV. 3.

n) Ezech. XXVIII.

o) Ierem. XXXII. 40. 51.

p) Prouerb. I. 7.

q) 2. Cor. VII. 1.

5. Ἀνέβη εἰς τὸ ἱερὸν ὁ τελώνης καὶ ἀνέβη καὶ σωματικῶς καὶ ψυχικῶς. ἀνέβη εἰς τὸ ἱερὸν ὁ Φαρισαῖος σωματικῶς καὶ ὐ ψυχικῶς. ὁ μὲν γὰρ ἀνέβη τῇ ψυχῇ καταβαίνων διὰ τῆς ταπεινότητος, ὁ δὲ κατέβη τῇ ψυχῇ ἀναβαίνων διὰ τῆς ὑπερηφανείας. ὁ μὲν ἀνέβη ταῖς κατὰ τὸν Δαβὶδ ἀναβάσεσι. Ἐπιβὰς τῆς ὁδοῦ τῆς φερούσης εἰς τὸν παράδεισον, ὁ δὲ κατέβη καταβαίνων εἰς τὸν ἑωσφόρον τὸν ἀρχηγὸν τῆς ὑπερηφανείας. ὁ μὲν ἀνέβη διὰ τῆς ἀναβάσεως καὶ ἐπιδόσεως εἰς τὰς ἀρετάς. ὁ δὲ κατέβη ἀπὸ τῶν ἀρετῶν, καὶ προσεπέλασεν ταῖς κακίαις.

5. Ascendit in templum publicanus corpore pariter et animo. Ascendit in templum Pharisaeus corpore, animo minime. Ille enim ascendit, dum per humilitatem descenderet: hic descendit, per superbiam ascendendo. Ille ascendit gradibus Dauidicis, ingressus viam quae ad paradisum tendit: at hic descendit ascendens ad Luciferum ducem ac principem superbiae. Ille ascendit per ascensionem ac profectum in virtutibus: hic a virtutibus descensione facta propior vitiis accessit.

6. Πολλοὶ εἰσέρχονται τῷ ἱερῷ, ἀλλ' ὀλίγοι μετέχουσι τοῦ ἱεροῦ, οὐ γάρ εἰσι ἄξιοι τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. ὁ γὰρ ὑπερήφανος οὐ μένει ἐν τῇ ἀγάπῃ, ὁ δὲ μὴ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ οὐ μένει κατὰ τὸν Ἰωάννην. ὁ δὲ μένων [r] ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ, καὶ ἔστιν ναὸς Θεοῦ κατὰ τὸν Παῦλον. ἐκεῖνοι κυρίως εἰσέρχονται τῷ ἱερῷ καὶ τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ, οἷς ἰδικῶς ἐνεργεῖ ὁ Θεός. φωτίζει δὴ μόνους τοὺς νηπίους καὶ μικροὺς ὁ Θεός, κατὰ τὸν μουσουργέτην Δαβίδ. ὅπου γὰρ ταπείνωσις, ἐκεῖ καὶ σοφία, κατὰ τὸν Σολομῶντα, σοφία πίστεως καὶ σοφία πράξεως.

6. Multi templum sanctum ingrediuntur, sed pauci de sancto participant, vtpote domo diuina existentes indigni. Superbus enim in caritate non manet: qui vero non manet in caritate, nec in Deo manet, vt docet Iohannes. r) Qui vero manet in caritate, manet in Deo, et in ipso manet Deus, et Dei ipse templum est, vt Paulus ait. s) Illi proprie aedem sacram et templum Dei ingrediuntur, in quibus Deus priuatim operatur. Solos autem infantes et paruulos illuminat, vt a Musurgeta siue modulatore Dauide t) docemur. Vbi enim humilitas, ibi etiam sapientia est, teste Salomone: u) sapientia fidei, et sapientia, quae in actione versatur.

6. Ταύτης τῆς σοφίας ἐλείπετο ὁ Φαρισαῖος, ὅθεν καὶ ὑποκριτὴς ὢν εὐχαριστεῖ κατὰ μόνα τὰ ἔξωθεν τῷ Θεῷ, κατὰ δὲ τὰ ἔνδοθεν ἀχάριστος γίγνεται τῷ Θεῷ. οὐ γὰρ τηρεῖ τὴν ἐντολὴν, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. ἦν ἀγαθὸν τὸ ῥῆμα, εὐχαριστῶ σοι, ἐπειδὴ οὐκ ἑαυτῷ ἀπεδίδου τὴν ἀρετὴν ὁ

6. Hac sapientia destituebatur Pharisaeus, vnde tanquam hypocrita pro solis externis rebus gratias Deo agit, pro internis autem ingratum se Numini exhibet, neque enim seruat praeceptum illud: *amabis proximum tuum veluti teipsum.* v) Bene quidem dictum ab eo erat: *gratias ago tibi.* Siquidem non sibi ipsi

r) 1. Ioh. IV. 16.

s) 1. Cor. III. 16.

t) Psal. XIX. 2. CXIX. 129.

u) Prouerb. XI. 2.

v) Leuit. XIX. 18.

φαρισαῖος, ὡς ἐνόμιζεν ὁ Ναβουχοδονόσορ καὶ ὁ Σεμείας καὶ ὁ Πέτρος, ἥτινι ὑπερηφανείᾳ καὶ ὁ ἑωσφόρος, καὶ ὁ Ἀδὰμ περιέπεσον· ὅμως ηὔχετο ὃ οὐκ εἶχεν ἔχειν, καὶ εἰ γὰρ εἶχε, διὰ τῆς ὑπερηφανείας ἀπώλεσεν. ὀφείλει γὰρ καὶ ὁ ἔχων ὁμολογεῖν μὴ ἔχειν, καὶ λέγειν ὅτι ἀχρεῖος δοῦλος εἰμὶ, ἐπεὶ οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν.

ipsi virtutem tribuebat Pharisaeus, qua sententia fuit Nabuchodonosor [w]) et Semeias [x]) et Petrus, [y]) et in quam arrogantiam inciderant Lucifer et Adamus: nihilominus gloriabatur se habere, quod non habebat, atque si vel maxime habuisset, per superbiam amiserat. Nam et qui habet, debet fateri se non habere, et dicere: *seruus inutilis sum,* [z]) nam *in conspectu tuo non iustificabitur viuens quisquam.* [aa])

[P] 7. Ἀποβάλλεται ὄντως τὴν ἀγάπην ὁ μὴ ταπεινούμενος, καταφρονεῖ δὲ ὁ μὴ ἀγαπῶν. ὄντως ἀρχὴ παντὸς εἴδους ἁμαρτίας ἡ ὑπερηφάνεια. ταύτῃ ἕπεται φθόνος, τῷ φθόνῳ φόνος, δι' ἣν ἐν ἔχθρου μοίρᾳ ὁρᾷ τὸν πατέρα ὁ Ἀβεσσαλὼμ καὶ κτείνειν προάγεται. ὄντως ὁ κρύφιος κακὸς τοῦ φανεροῦ ἐστι χείρων, καὶ τοῦ διαβόλου οὐκ ἀπέοικε δι' ὄφεως τὸν πρωτόπλαστον φαινακίσαντος. διὰ τοῦτο ὁ φανερὸς φαῦλος δικαιοῦται, καὶ ὁ ἀφανὴς καταδικάζεται. τῷ μὲν γὰρ μόνη φαυλότης, τῷ δὲ καὶ ψεῦδος καὶ ἀπάτη παρέπεται, καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἄκρας ἀληθείας ἀποδιώκεται. διὰ γὰρ τῆς ἀγάπης καὶ ὁ ἐκλεκτὸς προορίζεται, κατά τε τὸν Πέτρον ἐπιστολῇ δευτέρᾳ, καὶ τὸν Παῦλον πρώτῳ πρὸς Ἐφεσίους καὶ τρίτῳ πρὸς Κολοσσαεῖς, τὸ δὲ ἔχθος ἀποδοκιμάζει.

7. Abiicit sane a se caritatem quisquis humilis non est, et non amans contemnit. Certe omnis generis peccatorum principium est superbia, ex qua sequitur inuidia, ex inuidia caedes. Per superbiam Abesalom patrem vt hostem aspicit, [bb]) et conatur interficere. Clam malus profecto aperte malo peior est, nec absimilis diabolo, a quo per serpentem protoplastus fuit delusus: propterea et palam malus iustificatur, et clam malus qui erat, condemnatur: in illo enim sola vitiositas, in hoc praeterea etiam mendacium dolusque haerebat, atque ideo a summa veritate expellitur: per caritatem quippe et electus praefinitur, vt docent Petrus posteriore epistola, [cc]) et Paulus primo capite ad Ephesios [dd]) et tertio ad Colossenses: [ee]) odium vero et inimicitias caritas abolet.

8. Ἔγνω ὁ τελώνης τὴν ἰδίαν ἁμαρτίαν, καὶ δεδικαίωται, τῆς ἁμαρτίας πόῤῥωθεν γενόμενος. ὅθεν καὶ ζῇ κατὰ τὸν Ἰεζεκιὴλ, ἥτις ζωὴ καὶ τῷ Δαβὶδ παρηκολούθησεν, ὡς ἐμαρ-

8. Agnouit publicanus proprium peccatum, et iustificatus proculque a peccato remotus fuit. Hinc etiam viuit, profitente Ezechiele, [ff]) cuiuscemodi vita etiam Dauidem sequeba-

w) Daniel. IV. 1.
x) Ierem. XXIX. 25
y) Matth. XXVI. 33.
z) Luc. XVII. 10.
aa) Psal. CXLIII.

bb) 2. Sam. XV. seq.
cc) 2. Petr. I. 7. seq.
dd) Ephes. I. 5. 6.
ee) Coloss. II. 2.
ff) Ezech. XVIII. 22.

φύρει ὁ Ναθάν. ὐκ ἔγνω τὴν ἰδίαν ἁμαρτίαν ὁ Φαρισαῖος, καὶ τῆς ζωῆς πόῤῥωθεν γίγνεται.

quebatur, vt Nathan ille testificatus est. gg) At non agnoscit proprium Pharisaeus peccatum, et a vita longe remotus manet.

10. Καὶ σκόπει καλῶς δεύτερον τὴν εὐαγγελικὴν ῥῆσιν. Ἄνθρωποι [P] δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι, ὁ εἷς Φαρισαῖος, καὶ ὁ ἕτερος τελώνης. εἰς παράδειγμα καὶ τύπον τῶν ἀνθρώπων τῶν δικαιύντων ἑαυτὺς, ἐξυθενύντων δὲ τὺς ἁμαρτάνοντας. ἔθηκεν τὸν Φαρισαῖον Κύριος εἰς δεῖγμα τῶν ὑπερηφάνων, τὸν δὲ τελώνην ἔθηκεν εἰς παράδειγμα τῶν ἁμαρτανόντων ἀνθρώπων καὶ μετὰ συντετριμμένης καρδίας τὰς προσευχὰς καὶ ἐξομολογήσεις ποιυμένων, ἵνα διδάξῃ πάντας, τὴν μὲν ὑπερηφάνειαν μισεῖν, τὴν δὲ ταπείνωσιν ἀγαπᾷν.

9. Probe iam iterum euangelii verba considera. *Homines duo ascenderunt in templum oratum, vnus Pharisaeus, et alter publicanus.* In exemplum et figuram hominum seipsos iustificantium et peccantes contemnentium. Posuit dominus Pharisaeum velut specimen superborum, publicanum vero posuit tanquam exemplum hominum peccatorum et cum contrito corde precationes et confessiones facientium, vt omnes edoceret superbiam a se haberi odio, humilitatem vero amari.

10. Καὶ δείκνυσι καθαρῶς ἀπὸ ταύτης τῆς παραβολῆς ὁ Χριςὸς, ὅτι ἡ μὲν δικαιοσύνη καὶ ἀρετὴ μεγάλη ἐςὶ, καὶ πλησίον τῦ Θεῦ τὸν ἄνθρωπον ἵςησιν. ὅταν δὲ τὴν ὑπερηφάνειαν προσλάβηται, εἰς τὸν κατώτατον βυθὸν ἀποῤῥίπτει τὸν ἄνθρωπον. τῦτο γὰρ καὶ πέπονθεν ὁ Φαρισαῖος, καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας κατεκρίθη, καὶ εἰς ἀπώλειαν ἐξώκειλεν. ἡ δὲ ἀδικία καὶ ἡ ἁμαρτία βδελυκτή ἐςι καὶ μισητὴν καὶ πάσης κακίας βαρυτέρα, καὶ μακρύνει τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τῦ Θεοῦ ἀλλὰ ἡ ταπείνωσις διὰ τῆς μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως δικαιοῖ τῦτον καὶ σωτηρίας ἀξιοῖ, καὶ πλησίον φέρει καὶ ἵςησι τῦ Θεῦ τῦτο εὗρεν ὁ τελώνης καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας ἐδικαιώθη καὶ σωτηρίας ἠξίωται.

10. Ac perspicue hac parabola Christus demonstrat, quod res magna quidem sunt iustitia ac virtus, et proxime Deo hominem statuunt: si vero accesserit superbia, haec in infimum barathrum hominem abripit. Id enim euenit Pharisaeo et eam ob causam condemnatus ille atque in perditionem prolapsus est. Iniustitia vicissim ac peccatum detestabile est et odio dignissimum, ac quouis alio malo grauius, quodque hominem a Deo longe remouet. At humilitas per poenitentiam et confessionem iustificat eundem et salute mactat, Deoque proximum fert ac statuit. Hoc publicanus inuenit et expertus est, eamque ob causam iustificatus et salutem consecutus fuit.

11. Ὁ Φαρισαῖος ςαθεὶς πρὸς ἑαυτὸν εἶπεν, ὁ Θεὸς εὐχαριςῶ [P] σοι, ὅτι ὐκ εἰμὶ ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι. βαβαὶ τῆς ὑπερηφανείας, Κύριος καὶ Ἡσαΐ-

11. *Pharisaeus stans dicebat apud se ipsum: gratias tibi ago, Deus, quod non sum quales alii homines, rapaces, iniusti.* Hem arrogantiam, quam dominus atque Esaias hh) asper-

gg) 2. Sam. XII. 13.

hh) Es. XXX. 2.

ας ὀλιγωρεῖ ὡς καταγέσης εἰς Αἴγυπτον καὶ θάρσος ἐχέσης τῷ Φαραὼ καὶ σκιὰν τῆς Αἰγύπτε καὶ μνήμης ἀπώλειαν μετ' ἤχε κατὰ τὸν ἱεροψάλτην Δαβὶδ, καὶ μὴ μνήμης ἀιδιότητα. βαβαὶ τῷ φιλολοιδόρε στόματος κατὰ τὸ ἕκτον τῶν παροιμιῶν. ἐκ εἰμὶ, φησιν, ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι, καὶ μοιχοὶ, ἢ καὶ ὡς ἕτος ὁ τελώνης. ἀρχὴ τῆς ὑπερηφανίας ἡ ὕβρις φαίνεται. ὁ γὰρ διαπτύων τὲς ἄλλες, καὶ μηδὲν τέτες ἡγέμενος, ἀλλὰ τὲς μὲν πτωχὲς, τὲς δὲ δυσγενεῖς, τὲς δὲ ἀμαθεῖς καὶ ἰδιώτας ὑπολαμβάνων, τὲς δὲ ἀδίκες καὶ ἁμαρτωλὲς ἐκ τῆς ὕβρεως ταύτης παρασύρεται, καὶ μόνον ἑαυτὸν οἴεται εἶναι σοφὸν, συνετὸν, εὐγενῆ, πλέσιον, δυνατὸν, δίκαιον, καὶ πάντων ἀνθρώπων ὑπέρτερον. καὶ ἔστιν ἡ ὕβρις ὑπερηφανίας ἀρχὴ, καὶ ἡ ὑπερηφανία κακὸν τῆς ὕβρεως ἔγγονον. διὰ τῦτο ἡ διαβόητος ἡμέρα Κυρίε τὴν ἐκδίκησιν ποιήσει ἐπὶ πάντα ὑβριστὴν καὶ ὑπερήφανον. αἱ γὰρ συγγενεῖς ἁμαρτίαι ὁμοτρόπως κολάζονται.

aſpernatur, tanquam deducentem in Aegyptum, et fiduciam habentem in Pharaone atque in vmbra Aegypti: perituramque memoriam cum ſonitu, vt ait ſacer pſaltes David, ii) non in ſempiternum duraturam. Hem os pronum ad obtrectationes, *non ſum*, inquit, *ſicut caeteri homines, rapaces, iniuſti et moechi, aut etiam qualis hicce publicanus.* Ita ſecundum ſextum kk) Prouerbiorum caput, ſuperbia ac tumor contumeliae apparet eſſe principium. Nam qui alios deſpuit nihilque aeſtimat, et hos pauperes habet vel iguobiles, illos indoctos et imperitos, iſtos iniuſtos ac peccatores: ex huiusmodi contumelia transuerſus abripitur ſolumque ſe ipſum putat eſſe ſapientem, peritum, nobilem, divitem, iuſtum cunctisque praeſtantiorem hominibus. Eſt adeo contumelia principium ſuperbiae, ſuperbiaque mala contumeliae progenies. Propterea nobilis ac celebrata illa dies Dei ll) vindictam repetet ab omni contumelioſo ac ſuperbo, cognata quoniam peccata conſimili ratione punientur.

12. Ἔδειξεν ὁ Φαρισαῖος καὶ τῷ σχήματι αὐτῦ καὶ τῇ στάσει τὴν ἔπαρσιν, [P] ἣν εἶχε καὶ τὴν ἀλαζονείαν, καὶ οἱ μὲν λόγοι αὐτῦ ἐξ ἀρχῆς ἦσαν εὐγνώμονες. ἔλεγε γὰρ, ὁ Θεὸς εὐχαριστῶ σοι. μετὰ ταῦτα δὲ ὅσα εἶπε πάσης ἀλαζονείας καὶ ὑπερηφανίας ἦσαν πεπληρωμένα. ἐ γὰρ εἶπε, σύ με ἐποίησας Κύριε, καὶ διὰ τῆς βοηθείας τῆς σῆς ἐλευθερῦμαι πάσης ἀδικίας καὶ ἁρπαγῆς, καὶ τῶν ἄλλων κακῶν. τί γὰρ ἔχεις, φησὶ, ὃ ἐκ ἔλαβες; ἀλλὰ πάντα τὰ κατορθώματα ἐξ ἰδίας δυνάμεως ἐλογίζετο κατορθῶσαι. πᾶς δὲ ἄνθρωπος ἐχέτω πληροφορίαν, ὅτι χωρὶς τῆς τῦ Θεῦ βοηθείας ἐ δύναται ἐδὲ ἰσχύει κατορθῶσαί τι ἀγαθόν. χωρὶς γὰρ ἐμῦ, φησὶν ὁ

12. Demonſtrauit Phariſaeus et habitu ſuo et ſtatione elatum quem habebat animum atque arrogantiam: ac verba eius initio quidem moderata ac probata erant, aiebat enim: *gratias ago tibi, Deus.* Quae vero deinde ſubiunxit, plena ſuperbiae et arrogantiae erant omnia. Non enim dixit, tu me talem feciſti, domine, et tua ope liber ſum et immunis ab omni iniuſtitia, rapina aliisque malis. *Quid vero habes*, inquit apoſtolus; mm) *quod non accepiſti?* at Phariſaeus omnem virtutem ex propriis viribus edere ſe exiſtimabat. Debet autem quisque mortalium certus eſſe ſine Dei ſe auxilio nihil quicquam poſſe ac nihil valere boni ita vt debet perficere. *Sine me,* inquit

M 2

ii) Pſal. IX. 6.

kk) Prouerb. XI. 2. [iuxta veterum diuiſionem. cap. VI. *Galland.* Bibl. PP.]

ll) Eſ. II. 12.

mm) 1. Cor. IV. 7.

Χριςὸς, οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. καὶ ὁ προφήτης, ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσει οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. καὶ ὁ Ἀπόςολος· οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. καὶ, οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ᾽ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. καὶ, ὁ Θεός ἐςιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν.

inquit Christus, *facere potestis nihil.* [nn]) Et propheta: [oo]) *nisi dominus aedificauerit domum, frustra laborant qui aedificant.* Et apostolus [pp]): *Non volentis, nec currentis, sed miserentis Dei.* Et [qq]): *non ego, sed gratia Dei, quae mecum est,* Et: [rr]) *Deus est, qui operatur in nobis et velle et perficere.*

13. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν τελώνης κῆπος ἦν τοῖς πνευματικοῖς ὕδασιν ὑποβρύχιος. ὁ δὲ Φαρισαῖος δρῦς ἦν ἄφυλλος κατὰ τὸν Ἡσαΐαν καὶ τὸν Σαλομῶντα. εἰ γὰρ καὶ τὸ αὐτεξουσίῳ τετιμήμεθα τῆς προαιρέσεως, [Ρ] ἀλλ᾽ ὅμως ἐκτὸς τῆς ἄνωθεν συμμαχίας οὐδὲν τῶν ἀνδραγαθημάτων ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ βίου ἐπιτελέσαι δυνάμεθα. οἶδα γὰρ, φησιν, ὅτι οὐ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ὁδὸς αὐτοῦ, οὐδὲ πορεύεται ἀνὴρ κατορθῶσαι πορείαν αὐτοῦ. μὴ οὖν ἑαυτοῖς λογιζώμεθα τῶν ἀγώνων τὰ τρόπαια. ἡμέτερον γὰρ τὸ προελέσθαι μόνον τὸ κρεῖττον καὶ σπουδάσαι, Θεοῦ δὲ τὸ εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὴν ἀγαθὴν ἐπιθυμίαν καὶ ἄφεσιν [ww]) τῷ μηδὲ φύσει τὸ δύνασθαι ἔχοντι, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς χάριτος λαμβάνοντι λέγειν ὅτι δύναμαι. τοῦτο κόμπος καὶ καύχησις. τί γὰρ ἔχεις, φησὶ, ὃ οὐκ ἔλαβες, εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών;

13. Publicanus itaque hortus erat spiritualibus aquis irrigatus: Pharisaeus autem quercus sine foliis, vt est apud Esaiam [ss]) ac Salomonem. [tt]) Quanquam enim honor nobis concessus est liberi arbitrii, nihilominus citra supernum auxilium nihil recte in vitae huius via perficere possumus. *Noui enim,* inquit, [uu]) *quod non est hominis via eius, nec viri, vt ambulet et dirigat gressus suos.* Ne igitur nobis tribuamus tropaea certaminum: nostrum enim tantummodo est eligere [vv]) quod melius est, studiumque impendere: Dei autem, in opus deducere bonum desiderium, ac propositum, in eo qui a natura facultatem hanc non habebat, sed a gratia accipit vt dicat se posse. Haec gloria atque praedicatio. *Quid enim habes,* inquit, [xx]) *quod non accepisti, si vero accepisti ecquid gloriaris ac si non accepisses?*

14. Νηςεύω δὶς τοῦ σαββάτου, ἀποδεκατῶ δὲ πάντα ὅσα κτῶμαι. ἐπειδὴ γὰρ κατηγόρησε τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων καὶ τοῦ τελώνου ὁ

14. *Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quae possideo.* Postquam alios Pharisaeus mortales et publicanum accusauerat tan-

nn) Ioh. XV. 5.
oo) Ps. CXXVII. 1.
pp) Rom. IX. 16.
qq) 1. Cor. XV. 10.
rr) Philipp. II. 13.
ss) Es. I. 30.
tt) Sirach. VI. 4.
uu) Ierem. X. 22.

vv) Hoc ita intelligendum ex apostoli Pauli doctrina, vt ipsum etiam velle et eligere ex gratia diuina in nos proficiscatur. Philipp. II. 13. ὁ Θεὸς γάρ ἐςιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. Hanc gratiam quiqui non reiiciunt, habent.

ww) Leg. ἔφεσιν.

xx) 1. Cor. IV. 7.

Φαρισαῖος, ὅτι μοιχοί εἰσι καὶ ἅρπαγες, αὐτὸς πρὸς μὲν τὸ τῆς μοιχείας πάθος τὴν νηστείαν ἠλαζονεύσατο. ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς τρυφῆς γίνεται ἡ πορνεία. κόρος γὰρ πατὴρ ὕβρεως, καὶ πορνεία ἐκ πλησμονῆς· ὁ Φαρισαῖος δὲ τὸ σῶμα διὰ νηστείας κατατήκων πολὺ ἀπέχειν ἐκαυχᾶτο τῶν τοιούτων παθῶν. ἐνήστευον δὲ οἱ Φαρισαῖοι [P] δύο ἡμέρας τῆς ἑβδομάδος, δευτέραν καὶ πέμπτην.

tanquam adulteros et raptores, ipse aduersus moechiae vitium, de ieiunio gloriatur. Siquidem a luxuria profluit libido, lasciuiae enim parens est affluens satietas, et ex repletione cibi ac potus, scortatio. At Pharisaeus corpus suum ieiunio emacerans multum se ab eiuscemodi vitiis abstinentem esse iactabat. Ieiunabant autem bis Pharisaei quauis hebdomade, die tertio quintoque.

15. Πρὸς δὲ τό, ἅρπαγες καὶ ἄδικοι, ἔλεγεν ὁ Φαρισαῖος· ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι. τοσοῦτον γὰρ ἐξεκαυχήσατο ἐναντιοῦσθαι τῇ ἁρπαγῇ καὶ τῇ ἀδικίᾳ, ὥστε καὶ τὰ ἑαυτοῦ ἑτέροις διδόναι. οἱ γὰρ ἑβραῖοι ἐδίδοσαν τῶν ὄντων ἁπάντων δεκάτην μίαν, καὶ μετὰ τὴν τρίτην. καὶ αἱ τρεῖς συντεθειμέναι διανύουσιν ὅτι τὸ τρίτον τῆς οὐσίας αὐτῶν ἐδίδουν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀπαρχὰς καὶ πρωτοτόκια, καὶ ἕτερα πλείονα παρεῖχον τῶν ὄντων ὑπὲρ ἁμαρτημάτων, τὰ ὑπὲρ καθαρισμοῦ, τὰ ἐν ἑορταῖς, τὰ ἐν ταῖς τῶν χρεῶν ἀποκοπαῖς, καὶ ταῖς τῶν δούλων ἀφέσεσι, καὶ τοῖς δανείσμασι τοῖς ἀπηλλαγμένοις τόκου. ταῦτα δὲ πάντα συντεθειμένα καὶ συναριθμούμενα τὸ ἥμισυ τῆς οὐσίας διδοὺς ἀνθρώποις [zz]) οὐδὲν μέγα ἐργάζεται ἐπαιρόμενος καὶ ἀλαζονευόμενος, καὶ ταῦτα τοῦ εὐαγγελίου λέγοντος, ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐκ εἰσελεύσεσθε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

15. Raptoribus atque iniustis opponit Pharisaeus: *decimas do omnium quae possideo.* Vsque adeo scilicet gloriatur se aduersari rapinis atque iniustitiae, vt et sua bona aliis impertiat. Hebraei dabant omnium quae habebant decimam vnam atque iterum, ad tertiam [yy]) vsque, quae triplices decimae iunctim positae tertiam partem bonorum, quam largirentur, conficiebant. Primitias praeterea ac primogenita aliaque plura tribuebant ex facultatibus suis pro peccatis, pro purificatione, in festis, in debitorum remissione, in manumissione seruorum, in mutuo dato sine foenore. Quae omnia si simul ponantur ac computentur, dimidiam partem bonorum suorum largiens homo nihil tamen magni facit, siquidem in eo effert se ac superbit, nam vt ait euangelium, *nisi iustitia vestra abundauerit prae iustitia scribarum et Pharisaeorum, non ingrediemini in regnum coelorum.*

16. Ὁ δὲ τελώνης μακρόθεν ἑστὼς οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι, ἀλλ᾽ ἔτυπτεν εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ, λέγων ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ [P] λέγω ὑμῖν, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται.

16. *At publicanus e longinquo stans nolebat oculos ad coelum tollere, sed percutiens pectus suum, Deus, inquit, propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam. Nam omnis qui se exaltat humiliabitur.* Oraturus publicanus, nec bona habebat opera, nec instar Pharisaei enumerare

yy) Tobiae I. 8.

zz) Leg. ἀνθρώποις

εὐχόμενος ὁ τελώνης καὶ ἔργα μὴ ἔχων ἀγαθὰ, οὐδὲ ἀπαριθμῆσαι ταῦτα ἠδύνατο ὥσπερ ὁ Φαρισαῖος, ἀλλ᾽ ἔτυπτε τὸ στῆθος, καὶ τὴν καρδίαν ἐμάστιζε, καὶ μετὰ πολλῆς συντριβῆς καὶ κατανύξεως ἔλεγεν· ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, διὰ τοῦτο καὶ ἵλεων εὑρίσκει τὸν ἐλεήμονα καὶ εὐδιάλλακτον Κύριον. πάντων γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων καθαιρετική ἐστιν ἡ ταπεινοφροσύνη, ἡ δὲ ὑπερηφανία ἀφανίζει πάσας τὰς ἀρετὰς, ὅτι πάσης ἁμαρτίας καὶ κακίας μείζων ἐστὶ καὶ βαρυτέρα. κρεῖσσον ἁμαρτάνοντας ἐπιστρέφειν καὶ ταπεινοῦσθαι, ἢ κατορθοῦντας ἐπαίρεσθαι. ὁ τελώνης τὰ ἁμαρτήματα ἀπεδύσατο, δεξάμενος τὴν τοῦ Φαρισαίου κατηγορίαν μετὰ πραότητος, καὶ ὑπομονῆς, καὶ ὁ Φαρισαῖος ἀπὸ δόξης εἰς τὸ τῆς ἀτιμίας κατέπεσε βάραθρον, δικαιώσας ἑαυτὸν, καὶ κατηγορήσας τοῦ τελώνου καὶ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων. ὁ τελώνης ἀπὸ τῆς ἐπονειδίστου ζωῆς καὶ τῆς ἁμαρτίας εἰς τὴν μακαρίαν ἐπανῆλθε ζωὴν καὶ κατάστασιν, ὁ δὲ Φαρισαῖος ἐταπεινώθη ἐξ ὄγκου καὶ τῆς ἐπάρσεως.

merare illa valebat, ſed verberabat pectus, et cor ſuum caſtigabat, multaque cum afflictione et compunctione dicebat: Deus, propitius eſto mihi peccatori. Ideoque et propitium inuenit miſericordem et placabilem dominum: omnium enim delictorum deletrix eſt humilitas, at ſuperbia omnes abolet atque euertit virtutes, quoniam omni peccato et malitia maior eſt grauiorque. Praeſtat, peccatores ſe conuertere et humiliari, quam officio ſuo functos ſuperbire. Publicanus peccatis ſe ſuis exuit, criminatione Phariſaei accepta cum leni animo ac patientia: et Phariſaeus a gloria in barathrum ignominiae prolapſus eſt cum ſe ipſum iuſtificaret, publicanumque et alios homines criminaretur. Publicanus a vita erubeſcenda et peccato conuerſus eſt ad felicem vitam et ſtatum: Phariſaeum contra ex tumore atque elatione ſua contigit deprimi atque humiliari.

17. Δύο γὰρ ἀπαιτούμεθα πάντες ἄνθρωποι, τὸ καταγινώσκειν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, καὶ τὸ τοῖς ἑτέροις ἀφιέναι ἁμαρτήματα. ὁ γὰρ [P] τὰ αὐτὰ a) βλέπων ἁμαρτήματα συγγνωμικώτερος γίνεται τοῖς ἑτέροις, ὁ δὲ κατακρίνων ἑτέρους, ἑαυτὸν κατακρίνει καὶ καταδικάζει, καὶ εἰ πολλὰς κέκτηται ἀρετὰς. ὄντως μέγα ἐστι τὸ μὴ κατακρίνειν ἑτέρους ἀλλ᾽ ἑαυτοὺς, ἀδελφοί. ἡμεῖς δὲ τὰ ἑαυτῶν ἀφέντες ἁμαρτήματα, ἑτέρους μᾶλλον κατακρίνομεν, ἄλλους ἐξετάζομεν, οὐκ εἰδότες ὅτι καὶ πάντων ὦμεν δικαιότεροι, ἑτέρους δὲ κατακρίνομεν, ὑπεύθυνοι γινόμεθα καὶ τῆς αὐτῆς ἐσμὲν ἄξιοι τιμωρίας καὶ κολάσεως ἧς καὶ ὁ κρινόμενος ἄξιός ἐστιν. ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, φησὶ, τούτῳ καὶ κρι-

17. Duae res ab omnibus requiruntur hominibus, ut noſtra condemnemus peccata atque alienis veniam demus. Qui enim in propria peccata reſpicit, erga alios fit indulgentior: qui vero condemnat alterum, ſe ipſum condemnat, et aduerſus ſe fert ſententiam. Et quantumuis multas quis poſſidet virtutes, vere magnum eſt, fratres, non alios, ſed ſe ipſum condemnare. Nos autem noſtris peccatis neglectis alios potius arguimus atque inquirimus, nec perſpectum habemus, quod licet omnes iuſtitia anteiremus, ſi tamen alios condemnamus, rei ipſi ſumus, eademque poena et ſupplicio digni, quam ille qui condemnatur promeruit. *Quo enim iudicio*, inquit, b) *iudicatis, eodem et iudicabimini.* Qui libidi-

a) Leg. αὐτῦ.

b) Matth. VII. 2.

θήσεσθε. ὁ γὰρ πορνεύων ἐντολὴν παραβαίνει, καὶ ὁ κρίνων τὸν πορνεύοντα. ὥστε καὶ ἀμφότεροι θείαν ἐντολὴν παραβαίνουσιν καὶ ὁ πορνεύων καὶ ὁ κρίνων.

18. Ἀλλὰ μεταθώμεθα τὴν εἰς ἑτέρους ἐξέτασιν, καὶ πολυπραγμοσύνην εἰς ἑαυτοὺς μᾶλλον, ἀγαπητοί. καὶ ἐὰν ἴδωμέν τινας ἁμαρτάνοντας, ἡμεῖς τὰ ἑαυτῶν ἁμαρτήματα πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχωμεν καὶ χείρω τὰ ἡμέτερα λογιζώμεθα ἢ τὰ τῶν ἑτέρων. οἱ γὰρ ἁμαρτήσαντες ἐν τῇ ὥρᾳ ἴσως τῆς ἁμαρτίας μετενόησαν, ἡμεῖς δὲ πάντοτε μένομεν ἀδιόρθωτοι κατακρίνοντες καὶ ἑτέρων ἐξετάζοντες. ὁ Λὼτ ἐκεῖνος ἐν Σοδόμοις οἰκῶν οὐδένα κατέκρινεν, οὐδενὸς κατηγόρησε. διὰ [P] τοῦτο δεδικαίωται καὶ ἀπὸ τοῦ πυρὸς διεσώθη, καὶ τῆς πανολεθρίας ἧς οἱ Σοδομῖται κατεδικάσθησαν. ταπεινωθέντες οὖν καὶ ἡμεῖς ἑαυτοὺς κατακρίνωμεν, ἑαυτοὺς καταισχύνωμεν, ἵνα ἀκατάκριτοι ὑψηλοὶ γενώμεθα· ἀγαπήσωμεν τὴν ταπεινοφροσύνην. διὰ ταύτης ὁ τελώνης ἐδικαιώθη, καὶ τὸ φορτίον τῶν ἁμαρτημάτων ἀπέθετο· μισήσωμεν τὴν ἔπαρσιν. ὅτι ὁ Φαρισαῖος διὰ ταύτης κατεκρίθη καὶ τὰς ἀρετὰς ἃς εἶχεν ἀπώλεσεν.

19. Ὁ Φαρισαῖος μὴ καλῶς τὸ καλὸν διαπραξάμενος κατακέκριται, ὁ τελώνης ὡς καλῶς τὰ μὴ καλὰ τῶν ἔργων ἀποσεισάμενος δεδικαίωται. ἐπέβλεψε γὰρ ὁ θεὸς ἐπὶ τὸν στεναγμὸν τοῦ τελώνου καὶ τὴν αὐτοῦ συντριβὴν, καὶ τὰς κατὰ τοῦ στήθους τύψεις, καὶ προσδεξάμενος τὸ, ἱλάσθητι, μετὰ τοῦ Ἄβελ αὐτὸν ἐδικαίωσεν. τὰς δὲ θυσίας καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰ κατορθώματα Φαρισαίου ὡς μεγαλαύχου καὶ ὑπερηφάνου ἐβδελύξατο καὶ ἀπώσατο, καὶ ὡς τὸν ἀδελφοκτόνον Κάϊν κατεδίκασεν αὐτὸν ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας.

20. Μάθωμεν ἀδελφοὶ καὶ διδαχθῶμεν καὶ μεγάλα ἐργαζώμεθα κατορθώματα.

libidinibus se contaminat, praeceptum Dei transgreditur. Sed violat praeceptum diuinum etiam ille, qui alterum condemnat, vt adeo ambo sint diuinae legis transgressores, et scortator et condemnator.

18. Itaque, carissimi, istam in alios inquisitionem ac curiositatem in nosmet potius ipsos transferamus, ac si quos videmus peccare, nos nostra ipsorum delicta habeamus ante oculos, et alienis peiora ducamus. Nam illi, qui peccarunt, eadem fortasse hora egerunt poenitentiam, at nos si alios condemnamus et in alios inquirimus, incorrecti manemus. Lot ille, Sodomorum incola, condemnauit neminem, neminem accusauit: ac per hoc iustificatus ipse et ab igne incolumis seruatus est, et a communi exitio liberatus, ad quod Sodomitae iudicio diuino addicebantur. Igitur et nos humilitati dediti nos ipsos condemnemus, nos ipsos pudore afficiamus, vt absoluamur, atque extollamur. Amemus humilitatem, per hancce publicanus iustificatus est, onusque peccatorum a se deposuit: detestemur elationem animi, quoniam Pharisaeus per hanc condemnatus est, et virtutum quas habebat fecit iacturam.

19. Pharisaeus minus bene bonum peragens condemnatur, et publicanus opera non bona bene a se remouens et excutiens iustificatur: respexit enim Deus publicani gemitum et contritionem, percussionesque pectoris, et eius precibus: *propitius mihi esto*, locum dedit, atque cum Abele eum iustificauit. Pharisaei autem sacrificia virtutesque et recte facta, tanquam iactatoris ac superbi detestatus est ac reiecit, ipsumque, perinde vt fratricidam Cainum, hanc ob causam condemnauit.

20. Discemus hinc fratres et erudiamur, vt magno studio operemur quae bona et recta

τούτων ἕνεκεν μὴ ἐπαιρώμεθα, καὶ ἐὰν ἀγαθοὶ γενώμεθα, δίκαιοι καὶ ἐπιεικεῖς καὶ [P] συμπαθεῖς καὶ ἐλεήμονες, ἀλλὰ καὶ οὕτως ταπεινούμεθα καὶ μὴ ὑπεροψίαν καὶ ἀλαζονείαν ἔχωμεν, μήποτε τοὺς καμάτους ἡμῶν καὶ τοὺς πόνους ἀπολέσωμεν. Ὅταν γάρ, φησιν, ταῦτα πάντα ποιήσητε, λέγει Κύριος, λέγετε ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοι ἐσμέν, ὃ ὀφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. Ἀναγκαῖον γὰρ καὶ ἀπαραίτητον χρέος ἐστὶ προσφέρειν ἡμᾶς τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ τὴν δουλικὴν ταπείνωσιν, τὴν ὑπομονήν, τὴν ὑποταγήν, τὴν εὐπείθειαν, τὴν ἀγνωμοσύνην, τὴν εὐχαριστίαν, καὶ μεγαλύνειν καὶ προσκυνεῖν τὸ θέλημα αὐτοῦ τὸ πανάγιον, καὶ μὴ δάκνεσθαι ταῖς παρ' ἑτέρων λοιδορίαις καὶ ὕβρεσι, μήτε ἄχθεσθαι τοῖς πειρασμοῖς, μήτε δυσχεραίνειν ὀνειδιζόμενοι ὅτι καὶ ἀπὸ τούτων πολλὴν καρπούμεθα τὴν ὠφέλειαν. μάθωμεν καὶ γνῶμεν ἀδελφοί μου τὴν τῆς ταπεινώσεως δύναμιν καὶ ἰσχὺν καὶ βοήθειαν. μάθωμεν τῆς ἐπάρσεως τὴν καταδίκην καὶ τὴν ζημίαν καὶ τὴν ἀπώλειαν, τοῦ Βεεμὼθ τὴν σκιὰν κατὰ τὸν Ἰὼβ ἐν τοῖς ὑγροῖς τόποις κἂν τῷ καλάμῳ, τὴν ἐκτροπὴν τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας, καὶ τοῦ φωτὸς τῆς δικαιοσύνης.

cta ſunt, horum cauſa autem neutiquam nos efferamus: etiam ſi boni ſimus et iuſti, aequique, humani et miſericordes, tamen ita quoque colamus humilitatem, neque ſupercilium aut arrogantiam habeamus, ne labores noſtri ac operae inſumtae nobis pereant. *Haec omnia enim*, inquit dominus, c) *cum feceritis, dicite, ſerui inutiles ſumus, quae debemus facere, fecimus.* Neceſſarium enim et haud inficiandum debitum eſt, vt Deo ſummo offeramus humilitatem ſeruilem, patientiam, ſubmiſſionem, obſequium, proprii conſilii renunciationem, gratumque animum: maximi autem faciamus et adoremus ſanctiſſimam eius voluntatem, nec afficiamur aliorum in nos conuiciis ac contumeliis, nec tentationibus affligamur, neque moleſte feramus, quum ignominia nobis infertur, quoniam ex his quoque multum fructus atque vtilitatis in nos redundat. Diſcamus, fratres, ac perſpectam habeamus virtutem, vim atque opem humilitatis: diſcamus elationis ac ſuperbiae condemnationem, poenamque, damnum, et exitium, vmbram Beemoth in locis humidis, vt eſt apud Iobum, d) et inter arundines declinationem a via veritatis luceque iuſtitiae.

21. Καὶ ἐπειδὴ μέγα ἀγαθόν ἐστι μετάνοια καὶ ἐξομολόγησις, καὶ ἡ συντριβή, καὶ τὰ δάκρυα, καὶ οἱ ἐκ βάθους στεναγμοὶ καὶ ἡ κατάνυξις, [P] διὰ τοῦτο παρακαλῶ, ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ συνεχῶς καὶ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῷ ἐκκαλύπτετε. εἰ γὰρ ἀναπτύσωμεν τὸ συνειδὸς ἡμῶν καὶ δεικνύωμεν αὐτῷ τὰ τραύματα τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ ἑτέρους οὐ κρίνομεν, οὐδὲ ἐκθηριούμεθα πρὸς τὰς τῶν πλησίον ὕβρεις, οὐδὲ λυπούμεθα διὰ τοὺς ὀνειδισμοὺς καὶ τὰς ἀδικίας αὐτῶν, ἵλεως ἡμῖν

21. Cumque magnum bonum ſit poenitentia et confeſſio, contritio, lacrimae et ex imo pectore gemitus ac compunctio, ideo hortor vos, confitemini Deo aſſidue, et peccata ipſi veſtra exponite ac detegite. Si enim conſcientiam illi noſtram aperimus, et vulnera animarum noſtrarum indicamus, alios autem homines non condemnamus, nec ad contumelias ab aliis nobis illatas efferamur, neque ob conuicia et iniurias illorum afficimur triſtitia, dominus ille hominum amantiſſimus

c) Luc. XVII. 10.
d) Iob. XL. 16. 17.

γενήσεται ὁ φιλάνθρωπος Κύριος, καὶ τὰς τῆς συμπαθείας αὐτοῦ καὶ τῆς εὐσπλαγχνίας κεράσει φάρμακα, καὶ ἐπιθήσει καὶ ἰατρεύσει ἡμᾶς. δείξωμεν τὰ ἁμαρτήματα τῷ μὴ ὀνειδίζοντι δεσπότῃ ἀλλὰ θεραπεύοντι. κἂν γὰρ σιγήσωμεν ἡμεῖς, ἐκεῖνος ἅπαντα γινώσκει. εἴπωμεν τοίνυν τὰ ἡμῶν ἁμαρτήματα, ἀδελφοί, καὶ ἐξομολογησώμεθα καθαρῶς τῷ κυρίῳ, ἵνα κερδαίνωμεν τὴν τούτου συμπάθειαν. ἀποθώμεθα ἐνταῦθα τὰ ἁμαρτήματα, ἵνα καθαροὶ γεγονότες καὶ ἕτοιμοι ἀπέλθωμεν ἐκεῖσε, καὶ εἰσαχθῶμεν παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἀτελεύτητον καὶ ἀΐδιον, καὶ κληρονομήσωμεν τὰς μελλούσας ἐκείνας καὶ ἀκηράτους μονὰς καὶ τὴν ἀδαπάνητον τρυφὴν καὶ ἀπόλαυσιν. ὧν καὶ τύχοιμεν πάντες ἐν αὐτῷ Χριστῷ, τῷ θεῷ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

simus propitius nobis erit, et condolentiae ac misericordiae miscebit pharmaca admouebitque et nobis medebitur. Monstremus peccata nostra domino non exprobraturo nobis sed curaturo: quamuis enim delicta silentio occultemus, ille tamen omnia nouit. Enunciemus itaque peccata nostra, fratres, et liquide domino confiteamur, vt eius misericordiam lucri loco feramus. Hic itaque peccata deponamus, vt puri ac parati illuc veniamus, atque a iusto iudice in regnum sempiternum ac sine fine deducamur, hereditatemque cernamus futura illa atque labis omnis expertia habitacula, inexhaustam omnium bonorum abundantiam ac fruitionem, quam vtinam omnes nos ac singuli consequamur in eodem CHRISTO DEO nostro, cui gloria et potentia in saecula saeculorum, Amen.

III. CYRILLVS ex Scythopoli Palaestinae presbyter, Euthymii et Sabae abbatis, qui a. C. 531. obiit [e]) discipulus, inter monachos [P] Laurae [f]) Hierosolymis vicinae celeber medio saeculo sexto [g]) a quo plures exstant diligenter scriptae vitae anachoretarum atque Hesychastarum illustrium.

1. *Ioannis Silentiarii* episcopi et solitarii, nati a. 453. scripta centesimo quarto eius aetatis a. adeoque a. 557. exstat latine apud Surium 13. Maii. Graece vulgata e MS. Vaticano in actis sanctor. adpendice ad tom. III. Maii pag. 16. [p. 779.] et latine cum notis pag. 232-237. Incipit: *Primum mihi propono dicendum de Ioanne abbate Laurae. Fabr.* V. supra, vol. X. pag. 263. *Florent.* in Laur. cod. IX. nr. 4. plut. 11. vbi vita legitur ad d. VII. Decembr. v. *Bandin.* cat. codd. Laurent. I. p. 503. *Harl.*

2. *Theo-*

e) *Lambecius* VIII. pag. 307. *Fabr.* S. p. 563. ed. Kollar. vbi *Lambec.* in nota 1. adpellat *Baron.* Ann. eccl. tom. VII. a. 531. et eiusdem notas ad Martyrologii romani d. V. Dec. add. *Baron.* ad a. 481. et Io. Silentiarii ad a. 491. atque conf. supra in vol. IX. pag. 451. vbi de codd. potissimum quibusdam iam disputaui. Add. *Ger. Io. Voss.* de Historicis gr. lib. II. cap. 21. p. 264. et *Caue* hist. literar. SS. eccl. vol. I. ad a. 555. pag. 529. ed. Basil. vbi in nota citatur *Tillemont.* Mem. eccl. vol. XVI. ad vitam Euthym. art. I. — Plura ap. *Oudin.* in comment. de SS. eccl. tom. I. pag. 1420. sqq. ad a. 550. vbi quoque codd. atque edd. recensentur. *Cyrilli* monachi, (is ? noster est,) vita in cod. arabico Vatic. teste *Assemanno* in bibl. orientali, III. p. 286. *a. Harl.*

f) Laurae erant cellae anachoretarum et solitariorum loca, in quae vix admissi nisi qui monasticam coenobitarum vitam iam per plures annos egissent. Vide *Cangii* vtrumque glossarium.

g) Acta sanctorum tom. I. Martii pag. 386. *Steph. le Moyne* prolegomm. ad varia sacra * 27. a. b.

2. *Theodosii archimandritae.* [h]) Graece necdum quod sciam edita citatur ab *Allatio* p. 9. et 54. de libris ecclesiasticis Graecorum. Incipit: Θεοδόσιος ὁ ἀξιομακάριστος καὶ. Aliam ex Metaphraste latine dedit post Lipomannum et Surium *Bollandus* in actis sanct. ad XI. Ianuar. tom. I. p. 685. qui huius recte alium, quam Cyrillum, auctorem suspicatur pag. 680. Incipit: *Inter tempora ver quidem est iucundissimum. Fabr.* V. supra ad vol. X. pag. 337. add. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. II. p. 1314. C. nr. 12. *Harl.*

3. *Quiriaci* siue *Cyriaci* anachoretae, [i]) e quo vita eiusdem scripta a Simeone Metaphraste, edita graece et latine a monachis Benedictinis in Analectis graecis Paris. 1692. 4. pag. 100-127. Incipit: τὰς εὐλογοῦντάς σε. Versio latina est *Antonii Pouget*, monachi Benedictini. Latine ediderat *Surius* 29. Sept. et ante eum *Lipomannus* tom. VI. Defunctus Cyriacus anno aetatis 109. Christi 557. Ex Cyriaci ore res gestas Euthymii et Sabae magnam partem acceptas scripsisse Cyrillus traditur p. 120. magni Euthymii primum, deinde beati Sabae laurae alumnus p. 115. *Fabr.* V. supra, vol. X. pag. 216. ibique not. *x.* Exstat graece quoque *Florent.* in cod. Laurent. IX. nr. 17. plut. 11. et plura v. in *Bandini* cat. codd. Laur. I. p. 504. *Harl.*

4. *S. Euthymii* abbatis, defuncti a. 473. ad Georgium nouae laurae abbatem, capitibus LIX. praemissa epistola: πίστις προηγείσθω περὶ Εὐθυμίου. Incipit: ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ. Graece et latine prodiit in iisdem analectis graecis p. 1-99. vulgata primum ex MSto Colbertino. Nam interpolatam tantum Metaphrastae, vt latine ab Gentiano Herueto versa erat, dederant *Lipomannus* tomo V. et *Surius* atque cum notis *Bollandus* 20. Ianuar. Graecolatinum Metaphrastem *Cotelerius* tom. II. monument. p. 200-340. Ceterum *historia Euthymiana*, [P] ex cuius libro III. capite 40. locum adfert *Io. Damascenus* Orat. 2. in dormitionem b. Mariae, diuersum opus est et alterius scriptoris, nec audiendus *Lambecius*, qui VIII. p. 306. 173. [p. 363. ed. et cum not. Koll. et hinc quoque p. 330. sqq. vol. V.] V. 157. [p. 330. sq. vbi conf. not. Kollar.] putauit, Cyrillum primo eius libro tractasse de vita Euthymii, secundo de vita Sabae, tertio de vita Ioannis Silentiarii, quod refellit *Cotelerius* III. monument. p. 575. *Mich. le Quien* ad Damascenum tom. II. p. 879. *Fabr.* Plura v. supra, vol. VIII. p. 345. sq. vol. IX. p. 451. et X. p. 228. atque *Oudin.* I. c. p. 1420. sqq. — Exstat quoque in cod. *Taurin.* CXVI. ad d. 20. Ianuar. v. cat. codd. Taur. gr. pag. 221. *Harl.*

5. *S. Sabae* Hagiopolitae siue Hierosolymitani abbatis et confessoris a. C. 531. defuncti, ad eumdem Georgium abbatem. Incipit: εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Edidit graece et latine *Cotelerius* tom. III. monument. p. 220-376. vnico codice bonae notae, sed per mucorem corrupto atque exeso vsus. Antiquam latinam versionem dederat *Io. Bollandus* in actis sanctor. ad XX. Ianuarii. Eadem vita a Metaphraste contra-

h) Ex vita Theodosii etiam petita sunt, quae *Allatius* p. 1470. de hebdomadibus Graecorum tamquam ex Euthymii vita producit.

i) Cyrillo tribuit *Labbeus* de scriptor. eccles. tom. II. p. 23.

contracta latine legitur apud Lipomannum et Surium V. Decemb. Incipit in graecis MSS. *ἔδει οὕτω νικῆσαι ψυχὴν εἰς ἀρετῆς ἐπιθυμίαν.* Quum vero Cyrillus accurati et diligentis ſcriptoris optimique hiſtorici laudem a viris eruditis tulerit, *merebatur pro virtutibus ſuis,* iudice Cotelerio, k) *vt minus a Simeone Metaphraſte contaminaretur. Poterat quidem, ſi ita videbatur, minus graeca mutare, licet graecobarbara non careant ſua vtilitate, nec deſint auctores, vnde purior graecitas petatur. Sed cur, (nihil dico de additionibus et mutationibus,) quamplurima hiſtorica magnique momenti et ſcitu digniſſima detraxerit, rationem et excuſationem nequaquam video. Et tamen, vt ſolet fortuna deterioribus fauere, Metaphraſteam Sabae vitam multi codices MSS. continent, Cyrillianam autem in vnico nactus ſum* etc. *Fabr.* Conf. ſupra ad vol. X. p. 319. Graece quoque exſtat *Florent.* in cod. Laurent. IX. nr. 3. plut. II. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 503. — *Paris.* in bibl. publ. codd. DII. II. et MDCIX. *Harl.*

6. S. *Theognii* aſcetae, qui epiſcopus Cypri fuit. Incipit: *Θεόγνιος ὁ πανεύφημος τὸ μέγα.* MS. in bibl. Coisliniana in codice decimi ſaeculi, de quo eruditiſſ. *Montfauconus* p. 417.

IOANNES Cappadox, archiepiſcopus *CPolitanus* a. 517. in locum Timothei ordinatus, primus titulo vſus fuit *patriarchae oecumenici,* l) diu adeo ante Ioannem ieiunatorem, a quo primo id factum eſſe, praeter rem tradidit Euſebius Renaudotus. m) Ex ſcriptis eius nihil aetatem tulit praeter paucas epiſtolas, ex quibus duae tantum graece exſtant, vna ad Ioannem Hieroſol. altera ad Epiphanium Tyri, in actis ſynodi CPol. a. 536. habitae ſub Mena, n) actione V. tomo [¶] V. *Labbei* pag. 185. et tom. II. *Harduin.* pag. 1341. [*Manſi* VII. p. 1065. 1067.] Tres alias ad Hormisdam papam latine tantum habemus: e quibus ſolam primam in collectione Iſidori etiam obuiam *Harduinus* p. 1016. exhibet ſub titulo libelli fidei [et *Manſi* VIII. p. 436.] Reliquae duae ab eo omiſſae, quas inter Hormisdae epiſtolas dedit Binius et tom. IV. *Labbeus* p. 1491. de eccleſiae pace, et p. 1521. de dominicae paſſionis die (a. 520.) 13. Kal. Mai. celebrando. [add. *Manſi* VIII. p. 451. et *Walch* l. c. p. 76. ſq. 79. 104. ſq.] De Iohanne I. qui in ſede romana a. 523. Hormisdae ſucceſſit, vide, ſi placet, acta ſanctor. 27. Mai. tom. VI. p. 702. ſqq. Ioanni II. ab a. 532. epiſcopo rom. tribuitur epiſtola, quam canonibus quibusdam apoſtolicis aliisque praemiſſam edidit *Sirmondus* tom. I. concil. Galliae p. 232. ſed illam ſpuriam eſſe, contendit *Matthaeus Larroquanus* in obſeruationibus ad Ignatianas Pearſonii vindicias pag. 41. ſeq. argumentis non plane certiſſimis. *Fabr.*

k) Tom. III. monument. p. 574.

l) *Anſelm. Bandurius* in imperio oriental. p. 895. Memoires de Treuoux a. 1710. Avril p. 642.

m) *Renaudot* defenſe de la perpetuité de la foi, Paris. 1709. 12. pag. 13. Ante Renaudotum *Allatius* p. 228. contra Hottinger. *Io. Morinus* de poenitentia p. 615. edit. Venetae, et alii.

n) Conf. infra in vol. XI. p. 430. ſqq. 443. et pag. 422. ſqq. ed. vet. — *Chriſt. Guil. Franc. Walch.* hiſtor. haereſium, germanice ſcriptam, tom. VII. p. 58. ſqq. 66. ſq. 102. p. 151. ſqq. qui p. 158. laudat *Manſi* collect. concil. ampliſſ. tom. VII. p. 873 - 1150. De *Mena* ſ. *Menna Walch.* l. c. pag. 180. ſq. etc. — De *Io. Hieroſolymit.* v. ſupra, vol. X. p. 525. ſqq. ibique not. *s.* et *Lambec.* cum nota Kollarii, vol. III. comment. de bibl. caeſarea, pag. 177. ſqq. *Harl.* De Ioanne Cappadoce eiusque epiſtolis et vnione cum eccl. Rom. cf. *Aſſemann.* bibl. iur. orient. canon. et ciu. tom. III. p. 87 - 108. vbi etiam p. 144. ſqq. de *Menna* agitur. *Beck.*

Fabr. *Libell. fidei ad Hormisdam Romae* in cod. Vatic. DCXXX. teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. I. p. 128. *C.* ibid. II. p. 1372. *A.* in bibl. Victoris Paris. Alia scripta, in cod. romano, ibid. p. 210. *A.* — ibid. p. 499. *E.* Mediol. in cod. Ambros. — ib. p. 518. *C.* — *Homiliae* ibid. pag. 281. *D.* *Flor.* in cod. Laurent. XXIII. plut. 18. De alio *Ioanne*, CPol. patriarcha, paullo infra p. 203. vol. X. ed. vet. et vol. XI. p. 475. ed. vet. et de alio, iuniore, a. 1430. qui scripsit contra Latinos, de eius scriptis, horumque codd. *Oudin.* de SS. eccles. III. pag. 2366. sq. — *Io. patriarchae* Bulla, gr. litteris scripta a. Chr. 1277. v. Montfauc. bibl. cit. p. 207. *D.* in cod. romano. *Harl.*

IOANNES *Antiochenus*, ex vico Sirimi, Antiochiae vicino, o) natus, *scholasticus* p) siue caussarum patronus, et, pulso Eutychio, *patriarcha* ab a. C. 564. ad 578. [quo anno mortuus est] *CPolitanus*, composuit *catecheticum sermonem*, a. 566. habitum, sed qui pridem vna cum *Io. Philoponi*, tritheitae, libello eidem opposito et apud Photium cod. LXXV. memorato intercidit. Exstat vero *collectio canonum ecclesiasticorum*, q) sub quinquaginta titulis digesta, quam *Theodorito* perperam tribuerunt Franciscus Florens et Salmasius: Exstat etiam respondens huic collectioni, atque sub totidem titulis leges Iustiniani imp. ciuiles, canonibus ecclesiasticis respondentes adnotans *nomocanon*, de quo dixi ad nomocanonem Photii, nr. XII. vol. IX. p. 529. [supra in hoc vol. p. 22.] Nomocanoni subiiciuntur *capita XXI. ecclesiastica* siue imperatoriae de rebus ecclesiasticis constitutiones ἐκ τῶν νεαρῶν eiusdem Iustiniani διατά-

o) Euagrius IV. 38. Ἰωάννης ὁ ἐκ τῆς Σηρήμεως· κώμη δὲ αὕτη ἐν τῇ κυνηγικῇ καλουμένῃ τῆς Ἀντιοχέων χώρας. *Fabr.* Conf. *Assemann.* in bibl. orientali, tom. I. pag. 496. not. 1. vbi per totum cap. XLIII. copiosus est de *Ioanne Marone*, *Sirimensi*, *patriarcha Antiocheno* circa a. C. 700. mortuo a. C. 707. d. V. Id. Febr. de eius actis scriptisque. P. 506. sqq. vindicat eum a Monothelitarum haeresi: pag. 512. recenset codd. Vatican. bibl. (praecipue pag. 575. et 576. codd. XIII. et XIV. Ecchellenses) syriace scriptos, in quibus sunt illius Ioannis opera, scil. *Liturgia*; *Libellus fidei* aduersus Monophysitas et Nestorianos cum arabica versione; *Liber aduersus Monophysitas*; lib. *aduersus Nestorianos*; *Epistola de Trisagio*, forsan Ioanni supposita; *Liber de Sacerdotio*, quem tamen Ioanni episcopo Darensi restituendum esse, Assemannus ostendit, et *Expositio liturgiae S. Iacobi apostoli*; quem tamen librum, saltem postremam illius partem, cum Renaudotio, tom. II. Liturgiae oriental. p. 74. foetum esse Dionysii Barsalibaei, censet Assemannus, qui in tomo II. permultos alios *Ioannes*, episcopos, patriarchas, abbates etc. ex scriptis syriacis excitat: v. indic. ad tom. II. pag. 553. sqq. — De *Ioanne* nostro *scholastico*, conf. *Baron.* in Annalibus a. 554. num. 11. et sqq. — *Pagii* Crit. Baron. a. 563. III. p. 215. 216. et a. 578. IV. p. 339. 340. *Caue* in hist. litter. SS. eccl. tom. I. ad a. 564. p. 534. *Oudin.* in comment. de SS. eccl. tom. I. ad a. 560. p. 1435. sqq. vbi quoque is codd. vtriusque operis s. collectionis refert, et *Saxii* Onomast. II. p. 54. qui pag. 556. laudat *Christ. Godofr. Hofmanni* hist. iur. lib. III. c. VI. §. 7. (b.) pag. 717. sq. vol. I. Lips. 1734. 4. add. *I. Aug. Bachii* histor. iuris pr. rom. ed. V. Stoekmann. Lips. 1796. 8. p. 610. *Harl.* In primis *Ioh. Sim. Assemanni* bibl. Iur. orient. can. et civ. tom. III. p. 319. sqq. et p. 344. sqq. de eius Canonum collectione. *Beck.*

p) Subscriptio capitum ecclef. in *Iustelli* bibl. canonica p. 672. Ἰωάννε ἀρχιεπισκόπε Κωνσταντινεπόλεως τε ἀπὸ σχολαστικῶν. Eodem tempore fuit Ioannes scholasticus alter, Climaci nomine notior, de quo dixi volum. VIII. p. 615. seq. [vol. IX. p. 522. sqq. n. ed.]

q) Hanc Christoph. Iustellus notauit respici a Nicolao I. pontifice in epistola ad Photium patriarcham: *Quomodo non sunt penes vos canones Sardicenses, quando inter quinquaginta titulos quibus concordia canonum apud vos texitur, ipsi quoque reperiuntur.* [conf. infra, vol. XI. p. 35. nr. XI. p. 48. sq. nr. XVII. et p. 52. ed. vet.]

διατάξεων. Canones, ex quibus collectio facta est, et quibus codex canonum ecclesiae orientalis r) tunc constabat, sunt apostolici LXXXV. Nicaeni XX. Ancyrani XXV. Neocaesarienses XIV. [P] Sardicenses XXI. Gangraeni XX. Antiocheni XXV. Laodiceni LIX. CPolitani VI. Ephesini VII. Chalcedonenses XXVII. et S. Basilii LXVIII. Collectio haec canonum, quam ex MS. bibl. Claromontanae Iesuitarum Paris. collato Petri Seguierii codice primi edidere graece cum latina versione Christophori Iustelli *Guil. Voellus* et *Henr. Iustellus* in bibliotheca iuris canonici veteris Paris. 1661. fol. tom. II. pag. 499-602. exstat saepius MS. in bibl. caesarea: vide *Lambecium* VI. p. 55. 56. 61. et VIII. p. 458. s) Nomocanonem iidem Voellus et Iustellus dedere ex MS. bibl. regis christianissimi, t) collato codice Oxoniensi, p. 603-660. et capita ecclesiastica p. 660-672. Iniquum porro est iudicium Leonis Allatii, qui vniuersum hoc nomocanonum institutum pro sua in pontificem deuotione improbat, susceptumque nolit, atque totum Graecorum in imperatores adsentationi tribuit, (in opere de consensu vtriusque ecclesiae pag. 221.) Grauius etiam hallucinatur, quando putat, imperatorum leges de rebus ecclesiasticis, si canonibus repugnent, nullam vim obtinere, et p. 227. arguit Iustinianum, quod ecclesiastica constitutionibus imperialibus conturbauerit. Nam circa res in sacris litteris haud definitas, et disciplinam atque externa ecclesiae spectantes, canonibus ipsis auctoritas fuit ab consensu imperatorum, qui ex quo fuere Christiani, τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα ἤρτητο ἐξ αὐτῶν, *ex illis pependerunt res ecclesiae*, vt ait Socrates praefat. libri V. histor. Neque Iustinianus primus fuit, qui de rebus ecclesiasticis

r) Confer *Guil. Beueregium* in codice canonum ecclesiae primitiuae illustrato et vindicato lib. I. cap. 8. et Christoph. Iustelli praef. ad Ioh. scholastici collectionem canonum.

s) Siue vol. VI. part. I. pag. 122. sqq. de cod. Vindobon. XVII. nr. 1. ibique nos. Kollar. qui Beueregii iudicium adfert et culpat, confertque Fabricii animaduersionem supra ad vol. X. cap. de Photio, §. XII. de Photii Nomocanone, eiusdemque Fabricii iudicium de Allatii errore, nostro loco latum, repetit et mitigat, dum, *sed nempe*, inquit, *Allatius, consensu vtriusque ecclesiae summo conturbatus opere, de consensu sacerdotii et imperii, qui illi, vt adparet, ignotissimus fuit, ne cogitabat quidem.* — Ibid. p. 126. sqq. de cod. XVII. nr. 2. vbi est anonymi cuiusdam collectio eorundem, quae nominat Fabricius, conciliorum et canonum aliorumque conciliorum. — In cod. XLVIII. nr. 6. secundum *Lambec.* VIII. p. 961. ed. Kollar. est *Ioannis scholast.* collectio canonum ecclesiasticor. — *Florent.* in cod. XXII. plut. 5. *Io. scholastici* collectio canonum et Nomocanon in titulos L. et aliae aliorum ecclesiasticae constitutiones: quem codicem fuse recenset *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 45-48. — In cod. *Coislin.* CCIX. collectio canonum Ioan. patriarchae CPolit. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 267. sq. — *Venet.* in cod. Naniano CCXXVI. nr. 15. collectio canonum, in 50 titulos diuisorum, falso tribuitur *Theodoreto*, et (Mingarellius) in cat. codd. gr. Nanian. pag. 417. suspicatur, illam esse Ioannis Antiocheni. — *Venet.* in codd. CLXIX. prologus ad collection. Io. scholastici Antiocheni, et CLXX. eiusd. syntagma canonum, in capp. L. distributum. v. cl. *Morelli* Bibl. msta gr. et lat. I. p. 96. et 98. — Nomocanon in cod. V. Abrahami Massad Maronitae, teste *Assemanno* in bibl. orient. I. p. 599. — In cod. *Barocc.* LXXXVI. sunt apostolorum et conciliorum canones in 50. titulos digesti. — In cod. *Barocc.* LXXI. et CXI. est *Io. patriarchae CPolit.* apologia contra calumniantes consensum suum cum romana ecclesia. *Harl.*

t) In isthoc MS. male Nomocanon hic tribuitur Theodoreto, quum longe iuniores illo habeat constitutiones Iustiniani et canones apostolicos ac Sardicenses in censum referat, quod Theodoreti tempore factum minime constat. [v. *Oudin.* l. c.]

cis constitutiones sanxerit, quales graecis imperatoribus vitio vertit *Nic. Comnenus* pag. 236. praenot. mystagog. sed idem a Constantino magno vsque, vt notum est, fecere christiani imperatores, reges, principes, atque etiamnum faciunt; teste toto orbe terrarum.

GREGORIVS ex Byzantino atque montis Sinai abbate patriarcha Antiochenus ab a. C. 571. *) ad 594., in cuius laudem multa *Euagrius* V. 6. hist. et VI. 11. 24. quo postremo loco testatur, Gregorii huius beneficio duplicem se dignitatem consequutum esse, a Tiberio Constantino imp. Quaesturam, et ab imp. Mauritio Tiberio, vt codicillos praefecturae curaret: narrat etiam, alterum se composuisse volumen, quod hodie desideramus, et in quo varia monumenta ad historiam facientia inseruerat, relationes, epistolas, decreta, orationes et disputationes, relationes [?] autem illas maximam partem ex Gregorii huius persona compositas, τῶν ἐμπεριεχομένων ἀναφορῶν ὡς ἐπίπαν ἐκ προσώπου Γρηγορίου τοῦ Θεουπόλεως συντεθειμένων. Oratio, quam κλινοπετής, siue lecto decumbens, Gregorius ad seditiosos milites habuit, exstat apud eumdem *Euagrium* VI. 12. et mutatis verbis apud *Nicephorum* XVIII. 15. Homilia εἰς τὰς μυροφόρας, in mulieres vnguentiferas, quae incipit: ἐπαινετὸς καὶ ἔτος τῆς ἐκκλησίας ὁ νόμος, legitur graece inserta Menaeis Graecorum, et cum latina versione et notis edita est a *Combefisio* tom. I. auctarii noui bibl. patrum Paris. 1648. fol. p. 827-846. et latine etiam repraesentata in eiusd. Combef. biblioth. patrum concionatoria t. III. *) [Vterque Gregorii Sermo repetitus est in Galland. Bibl. vett. PP. XII. 289. sqq. vbi cf. Prolegg. p. XX. sq. *Beck.*] Fuit et *Gregorius* patriarcha Antiochenus iunior, saeculo septimo, cuius res

*) Ab anno 570. *Gregorium* in locum Anastasii suffectum esse patriarcham Antiochenum, et vita decessisse a. 591. tradit *Saxius* in Onomast. II. p. 56. sq. laudatque *Pagii* critic. Baron. 572. X. p. 301. sq. a. 588. IV-VII. pag. 449-451. et a. 594. IV-VI. p. 573. sq. tom. X. — *Caue* hist. litter. SS. eccl. I. ad a. 572. p. 554. sq. qui eum, a. 562. obiisse scribit. *Harl.*

*) Homilia in sepulturam Domini et in Ioseph Arimathiae etc. init. ἐπαινετοὶ καὶ ξένος ἐστι, in cod. synod. *Mosquensi* V. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. pag. 20. nr. 30. ed. in 8. — v. supra, vol. X. pag. 249. et p. 250. — *Paris.* in bibl. publ. codd. DLXXXII. 28. DCXCIX. 8. et DCCLXXII. 50. orat. de mulieribus vnguentiferis, et de resurrectione Domini. — in codd. DCLXI. 7. et MCLXXXVI. 20. or. in Christi sepulturam. — in cod. MCLXXIV. 29. or. in sanctum pascha. — In cod. *Barocc.* CXCIX. hom. in resurrect. domini: inc. ἐπαινετὸς καὶ ἔτος· in cod. *Th. Gale*, nr. 5949. cat. MSS. Angliae II. p. 189. or. in Christi sepulturam. — Ibid. pag. 357. nr. 9097. in cod. Wheler. *Gregor. Antioch.* in martyres. — *Vindobonae* in cod. caesar. CCXXXIV. nr. 28. *Gregorii Sinaitae* capp. ascetica, s. ad vitam monasticam pertinentia septem: primum incipit: ποτὶ μὲν ἐπὶ σχήματι τὸ πλῆθος διὰ τὸ πλεῖον· in cod. CCLXV. 7. (et cod. *Barocc.* CCXIII.) eiusdem capp. 35. de quiete ascetica s. monastica: inc. Δύο τρόποι εἰσὶν ἑνώσεως. v. *Lambec.* V. p. 156. et 411. ed. Kollar. (eadem in codd. *Barocc.* LXIII. LXXI. de tranquillitate capp. 15. inc. Ἰδὲ κατὰ τὴν πλάνην.) — in cod. Vindob. CLI. nr. 50. *Gregorii* episc. Antiocheni orat. in Christum resurgentem et in Iosephum ab Arimathia v. *Lambec.* IV. pag. 308. — *Taurini* in codd. regiis LXX. et CXV. hom. in sepulturam et resurrectionem Domini. — Ibid. in cod. CXVI. (et *Oxon.* in cod. Bodlei. nr. 2500, cat. MSS. Angliae etc. I. pag. 129. in cod. *Th. Gale*, nr. 5872. cat. cit. II. p. 186.) *Gregorii* presbyteri Antiocheni sermo in illud: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui*: inc. Ἄνδρες ἀγαπητοί, ὦ βέλτιστοι τῆς πατρικῆς — φωνῆς. v. catal. codd. gr. Taurin. pag. 165. 218. et 220. — *Mingarellius* in indice ad catal. codd. gr. Nanian. Gregorio, patriarchae Antiocheno, tria opuscula in cod. Nan. CCCLXXXI. adscribit, quae vero in ipso catal. p. 475. sqq. ita indicantur: nr. 116. opu-

res paullo obscuriores sunt, Antiochia tunc gemente sub armis Persarum. *Fabr.* De *Gregorio Bar-hebraeo*, qui etiam *Abulpharagius* dicitur, primate orientis, multa legi possunt in *Assemanni* bibl. orientali, vol. II. cap. 42. p. 244. sqq. Sed de hoc non potest sermo esse h. l. — Ibid. p. 315. laudatur ab Abulpharagio ab arte medica *Gregorius*, Syrus, episcopus: in eod. vol. de *Gregorio*, patriarcha *Armenorum*, nec non alio patriarcha *Chaldaeorum* multisque aliis Gregoriis episcopis etc. Syris agitur. v. indic. ad id vol. sub voc. *Gregorius*. add. supra, vol. X. p. 232. — *Vindobonae* in cod. XLIV. nr. 26. *Gregorius*, *presbyter*, ad quem scripsit Basilius M. (edita est epist. gr. et lat. in *Theodori Balsamonis* syntagmate canonum, cum ipsius expositione graeca, pag. 1022. sqq. ed. Paris. etc.) et nr. 34. inter eos, qui a. 459. subscripserunt concilio CPolitano sub Gennadio patriarcha, occurrit *Gregorius*, episcopus metropolis Ἀδριανυπολιτῶν. v. *Lambec.* VIII. p. 882. et 891. vt alios *Gregorios*, qui multi sunt, antiquos omittam. *Harl.* Add. S. *Gregorius* Decapolita, qui sub Leone Armeno saec. IX. floruit, et cuius Sermonem historicum de visione et martyrio Saraceni cuiusdam e cod. Bessar. edidit graece et latine vertit Isidorus a S. Iosepho Rom. 1642., repetitum in Galland. Bibl. PP. XIII. p. 513. sq. vbi cf. Prolegg. p. XIII. seq. *Beck.*

DOROTHEVS, qui ad septimi saeculi initia a *Caueo* w) refertur, certe Ioannem abbatem, (Barsanuphii discipulum celebratissimum et *prophetae* notum nomine,) magistrum habuit.

opusculum *Gregorii cuiusdam*: deest titulus. Incipit: ἔμελλεν ἄρα μὴ τὸν μέγαν Βασίλειον μόνον ἱκανῷ τῷ πάνυ προτεθῆναι λογικῶν ἀγώνων ὑπόθεσιν, ἀλλὰ καὶ σὲ πατριαρχῶν σοφὴ κορυφαίε καὶ θεοτίμητε - - ἐμοὶ Γρηγορίῳ ταμιευθῆναι ὡς νῦν. nr. 117. eiusdem τῷ ἰδίῳ πατρὶ ἐπιτάφιος· inc. μικρὸς ἤδη χρόνος· nr. 118. titulus, τοῦ αὐτοῦ ἀξιολογωτάτου ῥήτορος κυροῦ Γρηγορίου τοῦ ἀντιοχίως (vel ἀντιοχέως) ἐπιστολαὶ διάφοροι, (tres.) Prima missa est τῷ τορνίκῃ κυρῷ δημητρίῳ et tertia incipit: τῷ γεγονότι μαΐστωρι τῶν ῥητόρων κυρῷ ἰουσδίῳ τῷ θεσσαλονίκης· ἀπὸ τραπεζοῦντος ἐστάλθη, et incip. πρώτην σοι ταύτην — καὶ ἐπιστολὴν διαχαράττω, καὶ τραγῴδίαν, ὧν ἀνέτλην ἐν καρδιακῇ κακῶν, ἀναβάλλομαι· ex quibus verbis adparet, hunc Gregorium diuersum esse a Gregorio nostro Antiocheno. *Harl.*

w) Tom. I. hist. litter. SS. eccl. p. 572. ed Basil. ad a. 601. — Idem *Caue* in tomo I. agit p. 418. ad a. 413. de *Dorotheo*, Martianopolitano episcopo, secundae Moesiae metropolita a. 431. pertinacissimo Nestoris sectatore, et ab imperatore Maximiano Caesaream Cappadociae relegato: eius epistolae IV. exstant inter epistolas Lupi Ephesinas, nr. 46. 78. 115. 137. — Tum p. 492. ad a. 502. de *Dorotheo* monacho Alexandrino; qui scripsit ingens opus pro defensione synodi Chalcedonensis, quod *Tragoediam* seu *prophetiam* nominauit: v. *Theophanes* Chronograph. ad a. 502. p. 131. — Dein p. 163. sqq. ad a. 503. de *Diodoro* Tyrio, de quo plura sunt scripta supra in vol. VII. pag. 452. sqq. et in nota *p.* plures *Dorothei*, horumque scripta et codices excitantur. — De tribus *Dorotheis*, aequalibus, quos Labbeus in adpend. ad tom. I. pag. 769. ineunte saec. IV. in ecclesia Christi inclaruisse putat, multus est, et diuersa variorum iudicia colligit *Io. Moller.* in Homonymoscopia p. 452. sqq. — *Oudin.* comment. de SS. eccles. I. pag. 1623. sqq. saec. VII. longam inseruit dissertationem de *Dorotheis archimandritis* et eorum scriptis, atque in cap. I. probatum iuit, plures fuisse *Dorotheos archimandritas*. *Primum* igitur fuisse contendit, archimandritam Thebanum, Isidori anachoretae discipulum natum a. 308, et a. 368. adhuc viuentem; *alterum* archimandritam eiusdem saeculi atque aetatis, Eliae abbatis successorem; vtriusque vitam conscripsit Palladius episc. Helenopolitanus, in historia Lausiaca cap. 2. ac primi se discipulum profitetur. add. de posteriore ib. cap. 36. *tertium*, cuius mentionem fecit Caue loco antea citato; *quartum*, archimandritam monachorum in communi viuentium coenobio, quod χιλιοκόμον dictum est circiter a. Ch. 1040. de quo loquitur *Leo Allatius* in diatriba de Symeonibus et eorum scriptis. Praeter duo istos archimanditas, saec. IV. duo alios esse, scribit Oudinus, quibus *Doctrinae* sub Dorothei nomine excusae atque scriptae monachis coenobitis, seu ex communi vita viuentibus, legitime possint adtribui.

„Ho-

habuit, archimandrita Palaestinus, a *Dorotheo Thebano* et tertio iuniore Chiliocomensi diversus, vt notant acta Sanctorum tom. I. Iunii p. 592. qui de hoc Palaestino fuse p. 596. sq. [Ex variis, praesertim propriis eius scriptis a Balthasare Corderio latine versis collecta est vita. Conf. autem *Kollarium* in Supplem. I. ad Lambecii comment. p. 274. sq. nam in cod. *Vindobon.* XXXVII. epist. gr. de vita Dorothei plenior exstat. *Harl.*] Inter praestantissimos ascetas commendatur a Theodoro Studita in testamento suo tom. V. Opp. Sirmondi pag. 81. Nec minus hic Theodorus eius se scripta amplecti profitetur, quam Marci, Esaiae, Hesychii: iubetque distinguere a *Dorotheo* Acephalo, siue Seueri sectatore, quem inter alios haereticos reiicit et detestatur Sophronius Hierosol. in synodica ad Sergium patriarcham CPol. a. 639. defunctum, (cuius locum dedi volum. VII. p. 486.) [p. 353. sqq. vol. VIII. n. ed.] Exstat pii huius et egregii viri Dorothei opus lectu dignissimum: Διδασκαλίαι διάφοροι πρὸς ἑαυτοῦ μαθητὰς, *doctrinas varias ad discipulos suos*, ἀναχωρήσαντος αὐτοῦ ἐκ τῶν τοῦ ἀββᾶ Σερίδου, καὶ τὸ ἴδιον σὺν Θεῷ συστησαμένου μοναστήριον μετὰ τὴν τοῦ ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ προφήτου τελευτὴν καὶ τέλειον σιωπὴν τοῦ ἀββᾶ Βαρσανουφίου, *quum ipse ab abbate* Serido [x]) *secessionem fecisset, propriumque monasterium constituisset, post obitum abbatis* Ioannis *prophetae et extremum abbatis* Barsanuphii *silentium* [y]).

Διδασκα-

„Horum primus, ait, non saeculo sexto medio, siue ad a. 550. vti scripsit *Lambec.* IV. comment. bibl. Vindob. p. 229. [vet. edit.] sed locus falso citatur, vel pag. 407. ed. Kollar. atque in indice ad id vol. aetas Dorothei adsignatur circa a. 560. et additur *ita credi;*) sed circa an. saeculi *septimi* LX. atque ille ipse erat Dorotheus archimandrita, qui Seueri partes et doctrinam amplectebatur, quidquid contra scribat ac praemittat *doctrinis* istis graecus anonymus, qui quum in illis nihil non orthodoxum deprehendisset, Doctrinas istas praefatione praemissa *Dorotheo Seniori* saec. V. viuenti adtribuere pro viribus conatus est.“ In capite II. inquirit, ad quem Dorotheum Doctrinae asceticae impressae pertineant, atque primum refert editt. atque codices, vbi exstant illae; tum anonymi graeci praefationem gr. et lat. reddit, subiungitque incerta iudicia *Anton. Posseuini* in tom. I. Adparatus sacri; voc. *Dorotheus* etc. ed. opp. eius, Venet. 1564. 8. atque *Bellarmini* de SS. eccles. ad a. 590. pag. 92. ed. Lugdun. 1613. 8. In cap. denique tertio tribus argumentis, quae repetere haud vacat, euincere adlaborat, certo Doctrinas istas pertinere ad Dorotheum archimandritam iuniorem, saec. *septimi* scriptorem. Tres Dorotheos interdum confundi a nonnullis, monet quoque *Lambec.* III. p. 130. *Harl.*

x) Doctrina 1. p. 757. ποτὲ ὄντος μου ἐν τοῖς τοῦ Ἀββᾶ Σερίδου. Et doctrina 4. pag. 775. ποτὲ ὄντος μου ἔτι ἐν τοῖς τοῦ Ἀββᾶ Σερίδου, ἠσθένησεν ὁ ὑπηρέτης τοῦ γέροντος τοῦ Ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ κατὰ τὸν Ἀββᾶν Βαρσανούφιον.

y) Codd. msti, in quibus exstant Dorothei nostri *Doctrinae*, hi fere sunt. *Vindob.* cod. CLXV. nr. 14. 15. 16. sunt Doctrinarum capp.. 21. 11. et 20. et exstant in Magnae bibl. vett. patrum, gr. lat. Paris. tom. XI. p. 742. sqq. p. 811. et 852. v. *Lambec.* IV. p. 382. sq. — in cod. CLXXVI. nr. 5. sunt doctrinae asceticae nouemdecim: praemittuntur anonymi cuiusdam de vita b. Dorothei et primi ipsius discipuli b. Dosithei; in fine autem anonymi adnotatio de duobus Barsanuphiis et totidem diuersis Dorotheis. v. *Lamb.* l. c. pag. 407. sqq. — in cod. CCXXXVIII. nr. 6. doctrinae septem, n. 10. 2. 3. 6. 7. 1. 11. sec. editionem magnae biblioth. citatam. v. *Lamb.* V. pag. 204. sq. — in cod. CCXXXIX. doctrinae decem, n. in ed. memor. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 1. et 11. v. *Lamb.* ibid. p. 211. sq. Citatur *Dorotheus* in catena in euangelium Lucae in cod. XLII. et aliquoties in cod. CCLI. v. Lambec. III. p. 165. et V. p. 326. — In cod. XXXVII. primum legitur epistola anonymi, qui Dorothei doctrinas atque institutiones de vita recte pieque instituenda collegit et ad amicum misit, de vita Dorothei et Dosithei; tum sequuntur octodecim doctrinae, eodem ordine, quo editae sunt, exceptis quatuor vlti-

Διδασκαλία α΄ περὶ ἀποταγῆς.	Doctrina 1. de renunciatione. tom. I. auctarii Ducaeani p. 748. [p. 374. G. tom. XII.]
[P] β΄ Περὶ ταπεινοφροσύνης.	2. De humilitate p. 760. [p. 383. Gall.]
γ΄ Περὶ συνειδότος.	3. De conscientia p. 766. [p. 389. Gall.]
δ΄ Περὶ φόβου Θεοῦ.	4. De timore Dei p. 769. [p. 390. Gall.]
ε΄ Περὶ τοῦ μὴ ὀφείλειν τινὰ στοιχεῖν τῇ ἰδίᾳ γνώσει (συνέσει).	5. Non debere quemquam propriae prudentiae confidere p. 778. [p. 398. G.]
ς΄ Περὶ τοῦ μὴ κρῖναι τὸν πλησίον.	6. Ne proximum iudicemus. p. 784. [p. 402. G.]
ζ΄ Περὶ τοῦ ἑαυτὸν μέμφεσθαι.	7. De adcusatione sui ipsius. p. 790. [p. 407. G.]
η΄ Περὶ μνησικακίας.	8. De simultate et iniuriarum memoria. pag. 796. [p. 411. G.]
θ΄ Περὶ ψεύδους.	9. De mendacio. p. 800. [p. 414. G.]
ι΄ Περὶ τοῦ μετὰ σκοποῦ καὶ νήψεως ὁδεύειν τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ.	10. Vt ad certum scopum sobrie in Dei via dirigamur. p. 805. [p. 418. G.]
ια΄ Περὶ τοῦ σπουδάζειν ταχέως ἐκκόπτειν τὰ πάθη ἀπὸ τῆς ψυχῆς πρὸ τοῦ ἐν ἕξει κακῇ γενέσθαι.	11. Vt studeamus a nobis praecidere statim passiones, priusquam in malum habitum animae transeant. p. 811. [p. 423. G.]
ιβ΄ Περὶ φόβου τῆς μελλούσης κολάσεως καὶ ὅτι χρὴ τὸν θέλοντα σωθῆναι μηδέποτε ἀμελεῖν τῆς ἰδίας σωτηρίας.	12. De timore et poenis inferni, et quod eum, qui saluari cupit, non deceat sine cura salutis viuere. p. 819. [p. 428. G.]

13. Vt

vltimis. v. *Kollarium*, copiose codicem recensentem in Supplementis p. 273. sqq. — *Monacii* in cod. Bauar. LXIII. cum correctionibus margini adscriptis. primum epistola citata, tum sequuntur triginta doctrinae; sed sermones XVI. et XVII. bis sunt scripti: exstant saepius lat. Ingolstad. 1616. 8. Antwerp. 1646. 8. in bibl. PP. cum interpret. Calabri, Hilarionis et Corderii: dein capp. XXI. et XV. in edit. variarum doctrinarum, siue quaestiones et responsiones Dorothei ad Barsanuphium et discipulum, abbatem Ioannem. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. II. p. 47. sq. et part. III. p. 3. sq. qui pag. 4. quae, inquit, hic prima est, ibi (n. in editt. citatis) deest, et, quae ibi vltima est, in h. cod. non habetur. — *Venetiis* in cod. Naniano XXII. nr. 4. sqq. nonnulli Dorothei sermones, ac in fin. nr. 6. (s. Doctrinarum cap. 20.) legitur adnotatio longior de duobus Dorotheis et duobus Barsanuphiis, cuius particulam exscripsit (Mingarell.) in cat. codd. gr. Nanian. p. 16. — *Paris.* in bibl. publ. octo codd. est Doctrina, et in codd. DCCLXXXIII. et CMXXVI. sermo de ieiunio in ind. ad vol. II. cat. codd. regior. tribuitur Dorotheo, Tyri episcopo. — In cod. *Coislin.* CXXIII. variae doctrinae: sequitur adnotatio de duobus Dorotheis et duobus Barsanuphiis, quae etiam legitur in cod. CCXXXVIII. — in cod. CCCLXXX. vita Dorothei. v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. pag. 199. 297. et 574. et saepius occurrunt in codd. nomina Dorotheorum, neque tamen curate discretorum. v. indic. pag. 781. — In *Anglia*, in cod. Bodlei. bibl. CCLXXXIV. in cod. Cromwell. CV. CXX. CCXCIX. etc. v. *Oudin.* — Dorothei *ascetica* in multis ac variis codd. quos enumerat *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. vid. ind. ad vol. I. et p. 1302. *B.* Epistola de Dorothei vita, in bibl. monasterii S. Trinit. proxime CPolin, in insula Χαλκῇ dicta. — *Mosquae* in cod. synod. XXXVIII. Doctrinae 22., cum epistola de vita Dorothei; eadem et 20. Doctrinae in cod. CXXV. nr. 7. et 8. — in cod. CCLVII. Dorothei capp. 30. asceticorum, et eiusdem interrogationes ac responsiones etc. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. in 8. p. 50. 70. 164. *Harl.*

ιγ΄ Περὶ τοῦ ἀταράχως καὶ εὐχαρίστως φέρειν τοὺς πειρασμούς.	13. Vt conſtanti animo et cum gratiarum actione tentationes feramus. p. 826. [p. 435. G.]
ιδ΄ Περὶ οἰκοδομῆς καὶ ἁρμολογίας τῶν τῆς ψυχῆς ἀρετῶν.	14. De aedificio et harmonia virtutum animae. p. 831. [p. 438. G.]
ιε΄ Περὶ τῶν ἁγίων νηστειῶν.	15. De ieiunio ſancto. p. 839. [p. 445. G.]
ιϛ΄ Πρός τινας κελλιώτας περὶ τοῦ παραβαλεῖν ἐρωτήσαντας.	16. Ad quosdam celliotas, interrogantes ipſum de congreſſibus et colloquiis. p. 843. [447. G.]
ιζ΄ Πρὸς τοὺς ἐν μοναστηρίοις ἐπιστάτας καὶ μαθητὰς πῶς δεῖ ἐπιστατεῖν τῶν ἀδελφῶν, καὶ πῶς τοῖς ἐπιστατοῦσιν ὑποτάσσεσθαι.	17. Ad praepoſitos et diſcipulos in monaſteriis, quomodo praepoſiti praeeſſe fratribus, et hi illis ſubeſſe et obſequi debeant. p. 846. [p. 450. G.]
ιη΄. Περὶ τοῦ ἔχοντες διακονίαν τοῦ κελλαρίου.	18. Ad eum, qui penum adminiſtrat, dialogus. p. 849. [p. 452. G.]
[P] ιθ΄ Περὶ διαφόρων ῥημάτων ὡς ἐν συντόμῳ.	19. Breues et compendioſae ſententiae. pag. 851. [p. 453. G.]
κ΄ Πρὸς ἀδελφὸν ἐρωτήσαντα περὶ ἀναισθησίας ψυχῆς καὶ περὶ ψύξεως ἀγάπης.	20. Ad fratrem a quo interrogatus fuerat de inſenſibilitate animae et refrigerio caritatis. p. 852. [p. 454. G.]
κα΄ Περὶ πένθους.	21. De planctu, interrogationes et reſponſiones ad magnum ſenem ſanctum Barſanuphium, eiusque diſcipulum Ioannem cognomento prophetam, *διὰ τὸ διορατικὸν χάρισμα*, ob perſpicaciae donum, quod habuit a Deo. p. 853. [p. 455 G.]
κβ΄ Ἑρμηνεία τῶν ῥητῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ψαλλομένων μετὰ τροπαρίων εἰς τὸ ἅγιον πάσχα.	22. Expoſitio in quaedam dicta S. Gregorii Nazianzeni, quae cantantur per modulos quosdam ad ſanctum paſcha. p 858. [p. 459. G.]
κγ΄ Ἑρμηνεία τῶν ῥητῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ψαλλομένων εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας.	23. Expoſitio in verba S. Gregorii decantata in ſanctos martyres. p. 861. [p. 463. G.]

24. De compoſitione monachi, ſiue praecepta de monachi officio. pag. 865. 866. Latine tantum.

25. Πρὸς ἀδελφὸν στενοχωρούμενον ὑπὸ πειρασμοῦ. πρὸς ἀδελφὸν ἐμπεσόντα εἰς μακρὰν νόσον. Breuia octo monita ad fratres tentationi vel morbo obnoxios. p. 867-869. [466-68. G.]

Indiculus eorum, qui in Dorothei adhortationibus laudantur: ad paginas tomi prioris auctarii bibl. patrum Ducaeani.

Antonius

Dorothei διδασκαλίαι siue sermones *GRAECE ET LATINE* cum versione *Hilarionis* z) Veronensis, monachi Benedictini, congregationis Cassinensis, prodierunt in editione posteriore Orthodoxographorum Basil. 1569. fol. pag. 198. et in auctario bibl. patrum Ducaeano Paris. 1624. tom. I. p. 742. nec non in bibl. patrum edit. Morellianae Paris. 1644. 1654. tom. XI. [in *Galland.* Bibl. vett. Patr. tom. XII. p. 369. sq. vbi cf. Prolegg. p. XXVII. *B.*

O 2 *LATINE*

z) Hilarion versionem suam dicauit Oliuerio Caraphae, cardinali Neapolitano. Hic est Hilarion, cuius paraphrasin rhetoricae Hermogenis Gesnerus memorat.

LATINE ex Hilarionis versione in bibliothecis patrum Paris. a. 1575. et a. 1589. tom. II. et Colon. 1618. tomo IV. et Lugd. 1672. tom. V. p. 902.

Ex versione *Chrysostomi* Calabri, Cremonae 1595. 8.

[*] Ex interpretatione *Balthasaris Corderii* S. I. cum eius breuibus notis. Antwerp. 1646. 12.

GALLICE per *Franciscum Boutonum* S. I. Paris. 1629. 8. Theophilus Raynaudus in SS. Lugdunensibus tom. VIII. Opp. p. 91. *Sanctum quoque Dorotheum gallice fecit e graeco, quod dum mentem ascetici illius lectissimi pabuli vsu reficeret, et latinis graeca componeret, obseruasset pleraque non modo in Hilarionis Veronensis, quae aperte misera est et mendosissima, sed etiam in politiore et venustiore Chrysostomi Calabri latina interpretatione peccari.*

Ex noua et magis idonea versione gallica viri graece doctissimi, (qui iam decennis Homerum habuit familiarem et anno aetatis decimo tertio versionem gallicam insignem Anacreontis in lucem edidit,) [aa]) *Io. Arnaldi Butellerii Rancaei*, notioris iampridem sub nomine abbatis Trapensis *(abbé de la Trape)* Paris. 1686. 8.

IOANNES Cappadox, (cum superiore, de quo p. 157. [p. 99.] dictum, non confundendus,) patriarcha CPol. successit Eutychio a. C. 582. 12. April. et defunctus 2. Sept. 595. successorem habuit Cyriacum. [bb]) Notus nomine *Ioannis νηϛευτȣ̃* siue *ieiunatoris* in Graecorum menologiis 2. Sept. colitur. Vitam [cc]) eius scripsit *Nicephorus* CPol. patriarcha, quae MS. habetur in codice CCLXXVI. regis Galliae, teste *Cangio* notis ad Zonaram p. 62. [dd]) citatur.

aa) Journal des Savans 1686. p. 531.

bb) Conf. *Caue* Hist. litter. SS. eccles. vol. I. p. 540. ed. Basil. qui tradit, Ioannem ieiunat. a Graecis sanctorum numero adscriptum, Eutychio a. 585. successisse, et mortuum esse a. 596. *Baron.* qui eum exagitat, annal. a. 585. 587. 595. tom. VII. pag. 655. etc. et tom. IIX. pag. 102. quocum *Lambec.* comment. vol. VIII. pag. 945. statuit, Ioannem ieiunat. obiisse a. 596. — Ita quoque *Morinus* in praefat. p. 77. sq. ed. a. 1651. cuius longum de Ioanne locum reperiit *Oudinus* l. mox citando p. 1474. sq. — *Oudin.* enim multus est de Ioanne in comment. de SS. eccles. I. p. 1473. sqq. ad a. 590. qui, eum, scribit, a. 585. suffectum fuisse Eutychio, adhuc viuenti. — *R. Ceillier* Hist. gen. des Aut. eccles. tom. XVII. p. 123. — *Mich. le Quien* Oriens christianus, tom. I. p. 226. — *Hamberger* zuverl. Nachricht. tom. III. pag. 442. sq. qui eum, adnotat, an. 582. Eutychio fuisse suffectum. — Ita quoque *Saxius* in Onom. lit. II. p. 60. qui praeterea laudat *Pagii* Critic. Baron. 582. VI. p. 374. et a. 596. II. pag. 604. 605. tom. X. vna cum animaduersione Mansiana. — *Io. Moller.* Homonymosc. p. 484. — *Moshem.* Institutt. hist. eccles. saec. VI. part. 2. c. 2. §. 8. — *Io. Fabric.* Histor. bibl. Fabric. P. I. p. 132. inprimis *Schroeckh.* in Histor. eccl. christ. germanice scripta, tom. XVII. p. 56. sqq. et XX. p. 146. — Alius est *Ioannes patriarcha CPolitanus*, a Philippico Bardane imperat. a. 712. patriarchae dignitatem adeptus: de quo paullo post in catalogo Monotheletarum. *Harl.* Post Cuperum Assemannus Bibl. iur. orient. III. p. 480. sqq. (vbi copiose de Ioh. Ieiunatore agit) Eutychium a. 582. d. 6. Apr. obiisse ostendit, Ioannem autem hunc non Cappadocem patria, sed CPlitanum fuisse, atque inde ortos alios Cauei et Fabr. errores notauit. De *Cyriaco* vid. idem Assemann. p. 542. sqq. *Beck.*

cc) *Photino* presbytero CPol. male a Caueo tribuitur.

dd) Item *Phil. Labbeo* teste in noua bibl. MSS. Graecor. Latinorum et Gallicor. Paris. 1653. 4. part. I. pag. 74. *Harl.*

citaturque in concilio Nicaeno secundo actione IV. *Oecumenici patriarchae* titulum non quidem primus [in synodo a. 588. habita] vsurpauit, sed iam a decessoribus suis [ee]), et nominatim a Ioanne Cappadoce a. 517. seq. et a Mena a. 536. vsurpatum; constanter, frendentibus licet Pelagio II. et Gregorio I. episcopis romanis adseruit. Ex scriptis eius [ff]) exstant:

O 3 1. *Libel-*

ee) *Dav. Blondel* de la primauté en l'Eglise, p. 862. 1074. Supra p. 157. *Fabr.* Cf. Assemann. l. l. p. 482. sqq. *Beck.*

ff) Codd. in quibus illius scripta custodiri reperi, paucis enumerabo. *Vindob.* in cod. CLXXXIV. nr. 1. Libri duo poenitentiales de qualitatibus et differentiis peccatorum, et de confessione: nr. 2. anonymi cuiusdam auctoris graeci iudicium de Ioannis ieiunatoris libris poenitentialibus. *Lambec.* IV. pag. 433. seq. (conf. Fabric. paullo post nr. 2.) — Ibid. p. 435. nr. 5. in cod. CLXXXIV. est *Symeonis hieromonachi*, τῦ Σχολαρίε, syntagma canonum poenitentialium ex canonibus apostolorum, et variis conciliis SStorumque patrum, praecipue *Basilii M.* et *Ioannis ieiunatoris* scriptis collectorum et dispositorum ordine alphabetico. — (Similis Simeonis hierom. collectio canonum est *Venet.* in cod. Naniano CCXXXII. nr. 8. v. cat. codd. gr. Nanianor. p. 426. sq.) — Ibid. in cod. CCLI. citatur aliquoties Ioannes ieiunat. in locis communibus asceticis, et in cod. CCLXXXIII. nr. 25. exstat eius opus poenitentiale. (s. nr. 2. apud Fabr.) v. *Lambec.* V. p. 326. et 486. Kollar. — in cod. XC. nr. 10. Κανονάριον siue canones poenitentiales. *Lambec.* VII. p. 352. seq. — in codd. LI. nr. 11. et LII. nr. 3. Nomocanon, a Matthaeo Blastare hieromonacho in synopsin redactus. *Lambec.* VIII. p. 988. ac pag. 1000. sq. (conf. Fabric. paullo post, nr. 2. sub fin. et *Lambec.* l. c. p. 943. sqq.) et in cod. synod. *Mosquensi* CL. nr. 2. atque cod. VI. bibl. typograph. synod. in 8 v. *Matthaei* in notit. codd. gr. Mosquens. p. 82. ed. in 8. et p. 334. — Ibid. p. 260. de cod. CCCXCIX. nr. 63. citatur *Ioan. ieiun.* περὶ ἐξαγορεύσεως· inc. διάφοροι διαφοραὶ καὶ διαθέσεις. — *Venetiis* in cod. Naniano CCVI. nr. 2. orat. 2. a Fabricio citata: et nr. 4. *Nomocanon*, sine nomine auctoris: ac Ioannis nostri esse videtur? incipit enim, ὅτι δεῖ τὸν ἐξομολογέμενον κρύφια ἁμαρτήματα· et est potius *poenitentiale.* — in cod. CCXXXII. nr. 4. Prologus Io. ieiunat. εἰς τὴν ψυχωφελῆ ταύτην βίβλον· incip. τῆς θείας καὶ παναγάθε καὶ ἀληθινῦ θεῦ etc. — nr. 5. περὶ ἐξαγορεύσεως διαφοραὶ καὶ διαθέσεις· init. ὅτι δεῖ τὸν ἐξομολογέμενον etc. et paullo post alius titulus: περὶ τῦ πῶς δεῖ ἐξομολογεῖσθαι· init. λαμβάνειν δεῖ τὸν ἐξομολογέμενον ὁ τῦτον καὶ τὰ αὐτῦ ἀναδεχόμενος. (Differt igitur aliquatenus ab edito, nr. 1. Fabric.) — ibid. in cod. CCXXVIII. nr. 4. διάταξις περὶ τῶν ἐξομολογεμένων· πῶς δεῖ ἐξομολογεῖσθαι· καὶ περὶ διαφορᾶς ἁμαρτημάτων· καὶ περὶ τῶν ἀναδόχων αὐτῶν ἤγεν τῦ πνευματικῦ πατρός· inc. πῶς δεῖ ἀναδέχεσθαι τὲς ἐξομολογεμένες· fol. 231. liber secundus. Tit. σκόπει πίνακα βιβλίε τῦ β' κανόνικον τῦ — Ἰωάννε τῦ νηστευτῦ· ἤμαθε ταῦτα πρὸς σύνοψιν μανθάνειν. πρόλογος. ibid. nr. 18. caput περὶ τῶν λεγόντων, ὅτι μετὰ τὸν θάνατον ἀνίσταται τὸ τεθνηκὸν (sic) σῶμα καὶ ἕτερος ἀνθρώπε ἐσθίει. vid. cat. codd. Nan. gr. p. 404. 419. 421. et 426. — *Florentiae* in cod. Laurent. XI. nr. 53. plut. 5. est synodica diiudicatio *CPolitani patriarchae Ioannis*, (qui in indice a superiore Ioanne scholastico discernitur,) de rebus, quae ad monasteria pertinent, de expensis et operibus, mensis Nou. die sexta, praesidente Ioanne Sctissimo et vniuersali patriarcha etc. Hanc constitutionem *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. I. p. 76. sqq. integram protulit, quia deesse comperit in Leunclauio. Ibid. p. 79. nr. 72. eiusd. cod. ex synodico tomo *Ioannis patriarchae CPolit.* et Bandin. adnotat, simile quid pertractari in Leunclauio. libr. III. p. 211. — *Taurini* in cod. regio CXLVIII. sermo *de animi exitu ex corpore:* inc. μέγας φόβος, ἀδελφοί, ἐν ὥρᾳ τῦ θανάτε etc. v. catal. codd. gr. Taur. pag. 239. — In *Coislin.* cod. XXXIX. *de confessione:* in cod. CXXXII. excerpta ex Io. ieiunatore, in *Niconis* collectan. asceticis. — in cod. CCXI. *Io.* ἐπιτιμία τῶν παραπιπτόντων· init. Αἱ ποσότητες καὶ ποιότητες καὶ τὰ διάφορα. — in cod. CCCLXIV. doctrina monialium et castigationes pro singulis peccatis: init. Παῦλος ὁ πανεύφημος διαφορὰν τῶν τε ὑπό. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 114. 198. 269. et 560. — *Paris.* in bibl. publ. *Methodus confitendi peccata et poenitentiae imponendae*, sec. catal.

1. *Libellus poenitentialis*, siue, vt ab *Allatio* lib. III. de consensu vtriusque ecclesiae c. 17. §. 10. inscribitur, *praxis Graecis praescripta in confessione per agenda*, ἀκολουθία καὶ τάξις ἐπὶ ἐξομολογουμένων. Incipit: λαμβάνει ὁ ἱερεὺς τὸν μέλλοντα ἐξομολογήσασθαι Graece cum latina versione exhibetur a *Ioanne Morino* ex codice Altempsianae bibliothecae, ad calcem operis praeclari de poenitentia, [inscr. comment. histor. de disciplina in administratione Sacramenti poenitentiae etc.] quod Parisiis primum lucem vidit 1651. fol. recusum Bruxellis 1685. fol. et Venetiis 1702. fol. Subiunxit etiam Morinus loca, quae ex hoc scripto repetierunt Harmenopulus in epitome canonum, Matthaeus Blastares et Theodorus Balsamo. *Fabr. Oudin.* l. c. p. 1476. contendit, *librum poenitentialem* esse longe posteriorem temporibus Io. Nesteutae, quod agat atque iniungat *tres Quadragesimas*, a Christianis obseruandas, atque in his tribus abstinentiam a carnibus, tam monachis, quam laicis, praeceptum autem trium Quadragesimarum demum post saeculum ecclesiae nonum esse factum, et illas tres Quadragesimas vix ante saeculum X. apud Graecos fuisse auditas, tandemque saeculo XI. suppressas. Morinus vero iudicauit, librum fuisse interpolatum, atque, more haud insueto, a posterioribus suppletum auctumque. At *Schroeckhio* l. c. p. 58. sq. Morini sententia haud quidem improbabilis; sed nondum sufficere videtur. Contra multa alia recenset, quae contra dignitatem patriarchae et morem ecclesiae graecae pugnent, ac satis sint testimonii, sequiore tempore praeceptis Ioan. Nesteutae, qui iam a scriptoribus serioribus nimiae ergá resipiscentes peccatores lenitatis adcusabatur, haud pauca adsuta fuisse. *Harl.* Cf. *Assemann.* bibl. iur. orient. III. p. 527.

[F] 2. Λόγος πρὸς τὸν μέλλοντα ἐξαγορεῦσαι τὸν ἑαυτοῦ πνευματικὸν υἱόν. Instructio, qua non modo confitens de confessione pie et integre edenda instituitur, sed etiam sacerdos, qua ratione confessiones excipiat, poenitentiam imponat et reconciliationem praestet, informatur. Incipit: Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενής. Edidit graece et latine idem Morinus, laudato loco, vsus codice bibliothecae D. Caroli de Montchal, archiepiscopi Tolosani. *An Ioannes patriarcha istius sermonis sit reuera auctor, an vero aliquis eum ex ipsius poenitentiali expresserit, difficile dictu est. Cum vero codicis titulus P. Ioannem ieiunatorem praeferat, nullumque contrarii iudicium nobis praesto sit, illius auctor sit nobis Ioannes patriarcha.* Haec Morinus, gg) cum cuius editione operae pretium fuerit conferre duos codices caesareae bibliothecae, de quibus *Lambecius* IV. pag. 196. [pag. 434. nr. 2. ed. Koll.]

catal. MSS. bibl. regiae, vol. II. in quatuor codd. — *canon poenitentialis* in totidem codd. —. *homilia de poenitentia* in cod. DCCLXXXVIII. — quaedam *de sacra liturgia:* init. χρὴ μὲν τοῦτο γινώσκειν ὑμᾶς. — *Romae* in cod. Ottobon. de sacramento poenitentiae, gr. et alia. v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 184. *C.* — ibid. in bibl. patrum S. Basilii, varia *Io. Nesteutae*, teste *Montfaucon.* l. c. p. 197. *B.* — In bibl. Bodlei. cod. *Pocock.* armeniaco, s. nr. 5946. cat. MSS. Angliae etc. I. p. 247. Homiliae aliquot *Ioannis* et *Ephraemi.* — In cod. gr. X. Abrah. Massad, Maronitae, *de sacrificio missae*, interpretatt. v. *Assemann.* bibl. orient. I. p. 602. — Reliquiae Io. ieiunatoris esse dicuntur in coenobio Iberorum, in monte Atho, sec. descriptionem etc. gr. quam publicauit *Montfaucon.* in Palaeogr. gr. p. 474. — *Augustae Vindel.* in cod. Ioan. canon de diuersis perturbationibus, quae possunt incidere. v. *Reiser.* notit. MSSt. codd. bibl. Augustanae, p. 29. *Harl.* De codd. Vaticanis variorum Ioh. opusculorum pluribus egit Assemann. Bibl. iur. orient. III. p. 524. 527. 530. seq. 537. seq. *Beck.*

gg) Hunc quoque sermonem *Oudinus* l. c. longe recentiorem esse temporibus Ioannis ieiunatoris censet. *Harl.*

Koll.] et V. p. 236. [p. 486. Koll.] In priore monetur, Ioannem ieiunatorem indulgentem nimis esse et συγκαταβατικώτερον, in quam sententiam Nicolaus patriarcha apud Harmenopulum: *scriptum illud canonicum ieiunatoris, quod nimiam lenitatem adhibeat, complures perdidit, at qui quod bonum est norunt, corrigentur.* hh) Aliorum Graecorum testimonia, quibus Ioannes, licet seuerus admodum, tamen multum remisisse videtur a priorum rigore, produxit *Morinus* lib. VI. de poenitentia cap. 26. §. 4. In posteriore codice caesareo notatu dignum est, quod Ioannes ieiunator idem esse traditur cum Ioanne, cui cognomen τέκνον ὑπακοῆς, *filius obedientiae.* Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Νηστευτοῦ, οὗτινος ἐπώνυμον Τέκνον ὑπακοῆς, διάφοροι διαφορὰ τῶν ἐξομολογουμένων ii). Nam ab aliis non sine caussa diuersus habetur Ioannes τέκνον ὑπακοῆς kk) a Ioanne ieiunatore. Edidit ex codice Vaticano idem Morinus post illa Ioannis ieiunatoris, scriptum cum latina versione hoc titulo: Ἰωάννου Μοναχοῦ καὶ Διακόνου, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Βασιλείου, οὗτινος ἡ ἐπωνυμία, τέκνον ὑπακοῆς, Κανονάριον, διαγορεῦον περὶ πάντων [P] λεπτομερῶς τῶν παθῶν, καὶ τῶν τούτοις προσφόρων ἐπιτιμιῶν, περί τε τῆς ἁγίας κοινωνίας, βρωμάτων τε καὶ πομάτων καὶ εὐχῶν λίαν συμπαθέστατον. *Ioannis monachi et diaconi, discipuli magni Basilii, cui cognomentum est filius obedientiae,* canonarium, *sigillatim explicans prauos animi adfectus morbosque, et poenitentias his conuenientes, nec non, quae de communione, cibo, potu et oratione obseruanda sunt, clementer admodum definiens* ll). Hoc Κανονάριον haud puto multum diuersum esse ab eo, quod νομοκάνονον adpellatur in epistola anonymi Graeci, quam adfert *Lambecius* VIII. p. 449. [p. 943. seq. ibique Kollar. not. add. *Oudin.* l. c. p. 1478. sqq.] ἔγραψάς μοι, πνευματικὲ ἀδελφὲ κῦρι Λουκᾶ, ἵνα σοι γράφω εἴδησίν τινα περὶ τοῦ λεγομένου νομοκανόνου τοῦ Νηστευτοῦ, καὶ ἴσθι εἰδὼς, ὅτι πολλὰ περὶ τούτου ἐξερευνήσας οὐκ ἠδυνήθην εὑρεῖν ἐν ἀληθείᾳ τίνος ἐστιν. οὐ γὰρ συμφωνοῦσι ἀλλήλοις τὰ ἀντίγραφα· ἀλλὰ τινὰ μὲν τοιάνδε φέρουσι τὴν ἐπιγραφὴν, Νομοκάνονον Ἰωάννου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ νηστευτοῦ· ἄλλα Κανονικὸν Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ Διακόνου, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Βασιλείου, οὗ ἐπωνυμία τέκνον ὑπακοῆς. ἐν ἑτέροις δὲ πάλιν δείκνυταί τις χαρακτὴρ, ὅτι γέροντός ἐστι τινος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ μαθητὴν· τῷ λέγειν, ὅτι ταῦτά σοι γράφω, καὶ οὕτως ποίει, ἕως ἂν σε συντύχω ἀπὸ στόματος, καὶ ἐκ τοῦ λέγειν, ὅτι

hh) In cod. *Naniano* CCXXXI. exstat Nomocanon cum *apologia Ioannis ieiunat.* περὶ ἧς αἰτίας συγκαταβατικώτερον τῶν ἄλλων δοκεῖ. v. cat. MSS. gr. Nan. p. 425. et p. 426. nr. 6. de cod. CCXXXII. vbi eadem apologia reperitur. *Harl*

ii) V. supra de cod. Mosquensi. *Harl.*

kk) Distinguit etiam *Allatius* contra Hottingerum p. 229. Praeter illa vero tria scripta Morinus etiam alios Graecorum poenitentiales libellos graece et latine publicauit, vt sunt; 1) ἀκολουθία τῶν ἐξομολογουμένων, siue enchiridion confessionis edendae et excipiendae ritum, confitentis examinandi et interrogandi formulam, absolutionisque dandae rationem tradens, ex codice Barberinae bibl. quem Thomas Basiliscus, graecus diaconus, saeculo decimo sexto ex vetusto codice descripserat. 2) Simeonis Thessalonicensis archiepiscopi de poenitentia, ex eius dialogo aduersus omnes haereses, de quo infra, suo loco. 3) Formulae absolutionum ex Euchologio Allatiano, scripto a. C. 1576. 4) Gabrielis Philadelphiae metropolitae libellus de sacramento poenitentiae, ex editione Veneta 1600. *Fabr.* Eumdem esse Iohannem ieiun. et illum qui Iohannes monachus filius obedientiae, dicitur, e codd. mss. et testimoniis Harmenopuli et Blastaris ostendit Assemann. bibl. iur. orient. III. p. 532. sqq. *Beck.*

ll) De *Ioanne* alio *diacono* eccl. CPolit. circ. a. 880. v. *Oudin.* comment. II. p. 335. sq. qui citat Acta SStor. ad III. April. — de aliis v. *Assemann.* bibl. orient. II. p. 58. sub fin. in quo et III. voll. permulti alii *Ioannes* excitantur. v. indic. ad illa p. 533. sqq. et p. 686. sqq. *Harl.*

ὅτι ταῦτα πάντα ἔμαθον ἐκ τοῦ ἐμὲ ἀναθρέψαντος λύχνου τῆς διακρίσεως. τῷ τε ἔχειν προλόγους δύο, καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν δείκνυται, ὅτι γέροντός ἐστί τινος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ μαθητήν etc. Basilii magni discipulus dicitur, non, quod Basilii temporibus vixerit, est enim longe iunior et ἡ θεία κλίμαξ Ioannis Climaci ab eo citatur; sed quod saepe laudat et in pluribus sequitur S. Basilium.

3. Περὶ μετανοίας καὶ ἐγκρατείας καὶ παρθενίας λόγος. *Sermo de poenitentia, continentia et virginitate.* Incipit: ὁ μακάριος Ἀπόστολος Παῦλος ὁ τῶν ἐθνῶν Ἀπόστολος. Prodiit in Chrysostomo graeco *Sauilii* tom. VII. p. 641. et graecolatino Ducaei I. pag. 807. [in ed. Montfauc. tom. XII. v. supra, vol. VIII. p. 500. et p. 568. *Harl.*] In quibusdam codicibus Chrysostomo tribuitur, vt Coisliniano, quem memorat *Montfauconus* p. 132. [Cf. Assemann. B. I. Or. III. 541.]

4. Περὶ ψευδοπροφητῶν καὶ ψευδοδιδασκάλων καὶ ἀθέων αἱρετικῶν καὶ σημείων τῆς συντελείας. *De pseudoprophetis et falsis doctoribus et atheis haereticis et de signis consummationis.* Incipit: ὀδυνηρὸς ὁ λόγος καθότι καὶ ἔσχατος. Dictus paullo ante discessum auctoris ex hac vita. Chrysostomo in quibusdam codicibus tribuitur, vt in *caesareo* mm), ex quo graece edidit Sauilius tom. VII. p. 221. Graece et lat. Ducaeus VI. p. 396. *Petrus Wastelius* tribuit Ioanni Hierosolymitano [?] p. 563. sed Gerhardus Vossius, qui cum Ephraemo Syro latine versum edidit, adscribit Ioanni Nesteutae. Vossio assentiunt Petauius et Caueus. [add. Assemann. l. l.]

[*Praecepta ad monachum* quemdam: in cod. bibl. publ. *Paris.* MMDCCXLVIII. nr. 5. incip. τηρῶν μοναχὲ σωφροσύνης, quae inedita esse dicuntur in catal. MSS. regg. II. pag. 547. *Harl.*] De *Blastaris* synopsi Nomocanonis Iohannis iei., aliis excerptis e Iohanne, et pluribus scriptis Ioh. cf. Assemann. l. l. p. 535-540. *Beck.*]

Desideratur huius Iohannis *liber epistolarum ad diuersos*, Trithemio c. 224. de script. eccles. memoratus, nec non libellus *de baptismo ad Leandrum* episcopum Hispalensem, de quo *Isidorus* cap. 26. [p. 56. ed. Fabr.] de script. eccles. *Ioannes sanctae memoriae alius Constantinopolitanus episcopus natione Cappadox, vir fuit inaestimabilis abstinentiae et eleemosynis in tantum largissimus, vt zelo auaritiae aduersus eum imperator Mauritius permotus vrbe pellendos pauperes ediceret. Hic graeco eloquio edidit de Sacramento baptismatis rescriptum ad beatae recordationis dominum meum et praedecessorem Leandrum antistitem, in quo nihil proprium ponit, sed tantummodo antiquorum patrum replicat de trina mersione sententias. Fabr.* De epistola quadam dubia v. supra not. *xx.* ad vol. I. p. 699. *Harl.* [Assemann. p. 542.]

THALASSIVS, presbyter et hegumenus nn), siue abbas monasterii in desertis Libyae, vir pius et sacrarum litterarum amans, ad quem S. Maximus confessor a. c. 662. defunctus

mm) Corrupte ap. Sauilium legi principium orationis, monet *Lambecius* comment. vol. IV. p. 201. in not. 1. et illam esse diuersam in cod. Vindob. CCXXXVII. nr. 6. ab ea, quam se Sauilius indicat accepisse ex cod. quodam caesareo. — In *Montfauc.* ed. Chrysostomi exstat in tomo VIII. p. 72. conf. supra ad vol. VIII. pag. 497. et *Io. Fabricii* Histor. bibl. Fabric. tom. I. p. 128. nr. 45. *Harl.*

nn) Combefisius ad S. Maximum tom. I. pag. 674.

functus varias epistolas scripsit, librumque quaestionum in difficilia scripturae loca ei dicauit, vt dixi volum. VIII. p. 730. [vol. IX. pag. 639. nr. 1. ed. nou. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 305. 390. et 412. *Harl.*] Exstant huius, vt credibile est, Thalassii περὶ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας καὶ τῆς κατὰ νοῦν πολιτείας, *de caritate, vitae continentia et mentis regimine* ad Paulum presbyterum, sententiarum hecatontades siue Centuriae IV. quarum postremam claudit doctrina perspicua de SS. Trinitate. Primae litterae in singulis hisce sententiis, si iunctim componantur, sensum et ipsae conficiunt, primae enim centuriae acrostichis est: Πνευματικῷ ἀδελφῷ καὶ ἀγαπητῷ Κυρίῳ Παύλῳ Θαλάσσιος, τῷ μὲν φαινομένῳ Ἡσυχαστής, τῇ δὲ ἀληθείᾳ πραγματευτὴς κενόδοξος [oo]). *Spiritali fratri et dilecto domino Paulo Thalassius, specie externa quidem Hesychasta, et quietis monasticae sectator, reuera autem vanae gloriae studiosus.* Secundae: εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ὅτι μεγάλα κακὰ προσδοκῶ ἄξια τῆς ἐμῆς προαιρέσεως, λύπας τῇ ψυχῇ καὶ ὀδύνας τῷ σώματι. *Ora pro me, frater honoratissime, magna enim mala praestolor digna meis institutis, animae tristitiam et dolores corpori.* Tertiae: ἀλλ' ἣν κακὰ κυρίως οὐ τὰ τὴν συνείδησιν λυποῦντα, τὴν δὲ ψυχὴν

oo) Ita legendum pro κενοδοξίας. vide *Lambec.* V. pag. 11. et 70. *Fabr.* s. in cod. CCVII. nr. 2. p. 29. Kollar. vbi exstant quadringenta capita; et in cod. legitur Κενοδοξίας (Lambec. in nota 1. citat Magnam bibl. vett. patrum graeco-lat. Parisin. tom. XI. p. 1179. et tom. XVII. p. 18. et 82.) et in cod. CCXXXIV. nr. 18. pag. 152. Kollar. in quo cod. legitur Κενόδοξος, probante *Lambecio* in not. 5. Sed *Kollar.* in Supplem. ad Lamb. comment. I. p. 268. (in recensione cod. Vindobon. XXXVI. in quo nr. 3. continentur *Thalassii* sententiarum centuriae quatuor, et legitur Κενοδοξίας,) miratur, Fabricio h. l. probatam esse Lambecii opinionem, et, si quid hic quidem mutandum sit, homoeoptoti gratia potius, vti est in cod. mem. CCVII. et in cod. CCXXXV. nr. 13. (de quo v. *Lambec.* V. p. 171. sq.) legerit Κενοδοξίας πραγματευτής. — Tum in cod. *Vindobon.* CCXIV. nr. 18. sunt excerpta ex illis capitibus. v. *Lambec.* V. p. 94. Koll. et p. 198. de cod. CCXXXVIII. in quo nr. 2. reperiuntur *Thalassii capp. ascetica.* — Per hanc occasionem indic. aliorum codicum gr. subiungam. — *Monaci* in cod. CIIII. secundum catal. gr. MSS. Bauar. p. 40. Thalassii *Africani* centuriae II. de caritate et continentia ad Paullum presbyterum: enchiridion praeceptionum, 27. capp. constans. — *Augustae Vindel.* in cod. centuriae quatuor. vid. *Reiseri* notit. MSS. bibl. Aug. p. 56. — *Florentiae* in cod. Laurent. XXX. excerpta in collectione capitum asceticor. et cod. XIII. plut. 86. excerpta ex capp. Thalassii. vid. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 495. et III. p. 335. nr. 1. — *Venetiis* in cod. Naniano XCV. nr. 10. *Thalassii* τοῦ Λίβυος καὶ ἀφρικανοῦ de caritate etc. centuria prima, et secunda, cuius tamen finis et centuriae III. et IV. desiderantur. v. cat. codd. gr. Nan. pag. 187. vbi notatur Fabricius, quod pro κενοδοξίας habeat κενόδοξος. — Secundum catal. MSSt. Angliae etc. tom. I. *praecepta ascetica* in cod. *Barocc.* V. et LIX. in quo centuria quarta 108. capita habet. — in cod. XXXVI. *Guil. Laudi*, siue nr. 688. catal. — In cod. *Coislin.* CCCLXX. quatuor centuriae, et *de patientia.* — in cod. CLXVIII. scholia Thalassii et aliorum in margin. Isaaci Syri sermonum asceticor. vid. *Montfaucon.* bibl. Coislin. p. 574. et 312. — *Ascetica* secundum *Montfauc.* Bibl. bibl. MSS. p. 12. *B. Romae* in cod. Vaticano. — ibid. p. 124. *B.* inter codd. Claudii Stephani. — ibid. p. 220. *D.* in cod. CCLXXVII. bibl. *Cassinensis.* — in cod. *Escorial.* quatuor centuriae. v. *Plüer* itinerar. per Hispan. pag. 190. — *Mosquae* in cod. synod. CCLX. *Maximi* homolegetae responsa ad Thalassium, et *Thalassii* centuriae quatuor. — eaedem in codd. CCCLXXXVIII. nr. 9. et CCCXCVIII. nr. 25. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. p. 165. 243. et 255. — Add. supra, vol. IX. p. 525. nr. 3. et praeterea de Thalassio monacho conf. *Caue* hist. litter. SS. eccl. I. p. 584. ad a. 640. et *Oudin.* comment. de SS. eccl. I. col. 1620. ad a. 650. vbi quoque codd. Vindobon. memorantur. *Harl.*

χὴν καθαίροντα, ἀλλὰ τὰ τὴν συνείδησιν λυποῦντα, τέρποντα δὲ τὴν σάρκα. Vere autem mala sunt, non, quae contristant conscientiam, animum vero purificant, sed quae contristant conscientiam et titillant corpus. Quartae denique: *ὅμως* [?] *ἂν καὶ ἐκ τῶν κυρίως κακῶν καὶ τῶν μὴ κυρίως, νομιζομένων δὲ, εὖξαι ἐκτενῶς πρὸς τὸν Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, λυτρωθῆναι ἡμᾶς. Attamen et a vere malis, et ab illis quae vere quidem non sunt sed existimantur, dominum Deum nostrum vt nos liberet, enixe orato.* Latine vertit *Ioannes Oecolampadius*, editque Augustae Vindel. 1520. 4. vnde recusa in micropresbytico Basil. 1550. fol. et in vtraque orthodoxographorum editione a. 1555. p. 660. et a. 1569. p. 897. nec non in vniuersis patrum bibliothecis, vt Lugdunensi tom. XII. p. 337. [Paris. 1575. vol. III. col. 561. — ib. 1589. vol. V. col. 549. Colon. 1618. vol. VII. pag. 271. *Harl.*] Curauit etiam recudendas *Ioannes a Fuchte*, vna cum sententiis Sexti pythagorei et Laurentii Pisani. Helmst. 1685. 8. Graece primus edidit *Fronto Ducaeus* ex MSS. codd. regis Galliae in auctario bibliothecae patrum Paris. 1624. fol. tom. II. pag. 1179. Idem Oecolampadii versionem seruauit, nomine interpretis praeterito et obliterato. Repetita haec graeco-latina editio in bibliotheca patrum Morelliana Paris. 1644. 1654. tom. XIII. p. 1184.

Io. Iacobus Grynaeus, in praefat. ad Orthodoxographa scribit, Thalassium ex quorundam sententia floruisse in ecclesia Caesariensi a. C. 465. Verum a sententiarum auctore Hesychasta vtique diuersus fuit Thalassius Caesareae Cappadociae episcopus, qui interfuit concilio CPol. et Ephesino a. 449. et Chalcedonensi a. 451. Thalassius vero episcopus Caesareae Palaestinae nullus fuit: nam in subscriptione concilii CPol. a. 381. pro Thalassio rectius alii codices habent Gelasium, quibus Theodoretus, Leontius et alii veteres apud Harduinum suffragantur. Fuere et alii *Thalassii*, sed quibus non magis tribui hae sententiae possunt, quam Thalassio praefecto praetorio sub Constantio a. 353. de quo *Valesius* ad Ammiani XIV. 1. *Thalassius Alalius* in Phoenicia episcopus, qui concilio Nicaeno interfuit a. 325. et qui concilio CPol. sub Mena a. 536. *Thalassius Berytensis* et *Thalassius Nicomediae* episcopi: *Thalassius Dorylaeensis* in Phrygia, qui subscripsit relationi ad Ioannem patriarcham factae a. 518. et Actis concilii sub Mena habiti insertae: *Thalassius Parii* in Hellesponto, qui interfuit conciliis Chalcedonensi a. 460. et Romano a. 503. *Thalassius Romanus* presbyter, qui subscripsit concilio Romano a. 721. *Fabr.* *Caue* l. c. „meminit, ait, Suidas in voc. Θεόφιλος Thalassii cuiusdam, qui Theophilo, episcopo ecclesiarum celeberrimo, admodum familiaris fuit, et miraculum eius quoddam litteris consignauit. Verum, an is Thalassius noster fuerit, parum liquet.“ Add. supra, vol. VI. p. 542. de Theophilo apud Suidam. *Harl.*

ISAAC, *presbyter Antiochenae ecclesiae, scripsit syro sermone, longo tempore et multa: praecipua tamen cura aduersum Nestorianos et Eutychianos, Ruinam etiam Antiochiae eleganti carmine planxit, eo auditores imbuens sono, quo Ephraem diaconus Nicomediae lapsum. Moritur Leone et Maioriano imperantibus.* Haec de Isaaco *Gennadius* cap. 66. de script. eccles. Ex iis vero quae [?] memorat Isaaci scriptis, nullum ad nos peruenit neque syriaca lingua, neque, quod Ephraemi contigit monumentis, ex syriaco graece versum. Exstat tamen latine in posteriore Orthodoxographorum editione Basil. 1569. fol. pag. 1626. atque inde in bibliothecis patrum vniuersis, vt Colon. 1618. tom. VI. et Paris. 1644. 1654. tom. V. col. 483-532. et nouissima Lugd. 1672. tom. XI. p. 1019. [etiam in *Galland.* bibl. PP. tom. XII.

p. 3.

p. 3. sqq. *Isaaci Syri presb. Ant. liber de contemtu mundi*, latine, *nunc recensitus pluribusque in locis restitutus* leg tur, prolegg. autem p. 111. tribuitur Niniues episcopo *B.*] opusculorum siue sermonum asceticorum farrago, nescio, an ex syriaco, an, quod magis crediderim, ex graeco versa, quae inscribitur, *S. Isaaci Syri et presbyteri Antiocheni de contemtu mundi, de operatione corporali et sui abiectione liber* pp). Io. Iacobus Grynaeus in praefat. ad Orthodoxographa ait, in

P 2

pp) Conf. *Lambec.* qui in vol. V. p. 157. sqq. copiose recenset cod. CCXXXV. quo nr. 1. continentur *S. Isaaci Syri, abbatis et anachoretae*, qui, (vt ait Lambec.) fuit episcopus vrbis Nineui, *sermones ascetici octoginta septem.* Horum priores, inquit idem, quadraginta et vnus, a reliquis separati, peculiarem suam olim habuerunt inscriptionem generalem miniatam: — primus eorum incipit: Ψυχὴ. ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα, ἐν τῷ Θεῷ etc. Eiusdem autem primi sermonis titulus in aliis duobus codd. caesar. antiquis est: τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ, τοῦ ἀναχωρήτου καὶ ἀσκητοῦ λόγος περὶ ἀποταγῆς καὶ μοναχικῆς πολιτείας, *de renuntiatione et monastica viuendi ratione;* in hoc autem cod. CCXXXV. inscribitur atque incipit: περὶ ὑπομονῆς τῆς ὑπὲρ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, etc. Finito hoc sermone 41. sequuntur reliqui sermones 46. habentque peculiarem inscriptionem generalem miniatam: Τοῦ Ἀββᾶ. Ἰσαὰκ τοῦ Σύρου καὶ Ἀναχωρητοῦ, τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς φιλοχρίστου πόλεως Νινευὶ - - *sermones ascetici reperti ab Abbate Patricio et Abbate Abramio* etc. „ v. Fabric. mox de iuniore Isaaco, Syro, et quae ibi ex Assemanno adscripsi. Tum animaduertit Lambec. exstare quidem ex memoratis 87. sermonibus asceticis in Magna biblioth. patrum Paris. 1654. tom. V. col. 483. sqq. (aut tom. XI. edit. nouiss.) sermones quinquaginta tres; sed latine tantum, et mutile turbatoque et confuso ordine, atque instar capitum vnius continui libri, inscripti: *de contemtu mundi;* quum tamen manifeste adpareat, sermones istos, vt de diuersis materiis, sic etiam diuersis temporibus esse habitos, ideoque tam inscriptionibus et principiis, quam epilogis s. clausulis a se inuicem distinctos esse. Postea adnotat, perperam ibi eorumdem sermonum auctorem vocari, vti etiam a Io. Trithemio in libro de SS. eccles. et a Posseuino in Adparatu sacro, aliisque presbyterum Antiochenum, quem quidem Isaacum Syrum, constet, ab Isaaco Syro, primum episcopo vrbis Niniues, deinde autem abbate et anachoreta, plane diuersum esse. Idem copiose disputat de locis Trithemii, potissimum Gennadii, quem corrigit, et de duobus Isaacis discernendis, notatque, Isaacum presbyterum Antiochenum non inclaruisse scriptis *asceticis*, sed *haereticomachiis* contra Nestorianos praecipue et Eutychianos, et illum obiisse inter Calend. April. a. 457. et VII. Aug. a. 461. alterum autem Isaacum, abbatem et anachoretam, auctorem 87. sermon. asceticorum, non multo post mortem prioris natum esse, de quo fabulas ex Gregorii M. narratione de S. Isaaci Syri, abbatis et anachoretae aduentu in Italiam eiusque commoratione in eadem regione vsque ad mortem, in libro tertio dialogorum de vita et miraculis patrum italicorum etc. cap. 14. repetit, citatque martyrologium romanum die 11. April. — *Venetiis* in bibl. Marci CXXVII. eiusd. sermones, capita et interrogationes vtilissimae. Quae singula, eaque permulta, opusc. in illo cod. insunt, copiose recensentur in cat. codd. Marc. gr. pag. 71. sqq. — Ibid. in bibl. MSS. S. Michaelis est cod. qui continet Isaaci Syri sermones, et eos, qui in illo cod. reperiuntur, curate recenset *Bened. Mittarellus* in Biblioth. MSS. illius bibliothecae p. 543. sqq. et obseruat, in bibl. vett. patrum Margarini de la Bigne, ed. tertiae, tom. V. p. 565. et alibi prodiisse inscriptas: *Isaaci Syri, presbyteri Antiocheni, de contemtu mundi*, et id opus primum editum esse Venetiis 1506. 8. editiones autem multum discrepare a cod. isto Veneto, in eoque plura legi, quam sint in impressis; inemendatiores quoque esse, ita vt vix exsculpatur sensus, qui ope cod. illius clarior exstat: praeterea notat, Ambrosium Venetum, a. 1432. reperisse Romae in pontificis biblioth. Isaaci Syri opuscula *de perfectione vitae religiosae*, ea autem parum differre a titulo codicis Veneti: *de contemplationis perfectione:* (versian. italicam: *Isaac de Siria* Abbate, Libro de la perfectione de la vita contemplatiua, Venet. per *Bonet. Locatellum*, presbyter. 1509. 8. recenset *Mittarell.* in Adpendice libror. saeculi XV. ad eiusd. bibl. cit. 220. —) Tum pag. 545. sq. Bibliothecae recenset codicem: *Libro dello abbade ysaac de Syria — como lanima se deve posare in Deo et in lo*

in calce libri adſcriptum fuiſſe, (ſicut etiam in Orthodoxographis p. 1677. exhibetur,) *vixit ao. Dni MCCCCVII.* vnde colligit, vixiſſe Iſaacum, quem ille monachum adpellat, eo tempore, quo in Occidente Rupertus, Palatinus princeps, imperii romani ſceptrum tulit. Sed mihi non de Iſaaco ipſo, verum de latino eius interprete illa nota videtur intelligenda; Iſaacus enim ipſe longe antiquior. Et ſunt, qui Gennadio memoratum, Iſaacum auctorem eſſe exiſtiment; ita enim poſt Poſſeuinum aliosque *Franciſcus Combefiſius*, qui in bibl. patrum concionatoria tom. I. pag. 25. *Quum diſerte*, inquit, *Gennadius presbyterum Antiochenae eccleſiae ſcribat, nec iſte liber alio titulo praenotetur, ſitque dignus homine, qui adfini Ephraemio indole atque genio moralia ac compungentia egregie ſcripſerit, alii nulli illum adſcripſerim, quem nec ſatis ex illo opuſculo monachum deprehendo.* Nec dubitare licet, Trithemium quoque Iſaaco ſeniori Gennadiano librum de contemtu mundi tribuiſſe, licet ſub aliis titulis et in plures libellos diſtinctum legerit. In vtroque enim fallitur Combefiſius quum ait: *Senioris illius* (Iſaaci) *multa refert Trithemius, quae non exſtant, in quibus librum hunc de contemtu mundi non adnumerat.* Nam ſi Trithemii caput 147. libri de ſcriptoribus eccleſiaſticis conſulatur, neque multa non exſtantia Iſaaci ab eo referri, neque librum de contemtu mundi ipſi incognitum fuiſſe adparebit. En tibi Trithemii verba! *Iſaac ex monacho Antiochenae eccleſiae presbyter, vir in diuinis ſcripturis eruditus et in declamandis homiliis venerabilis, ſcripſit ſyro ſermone ad imitationem ſancti Effrem plura deuota opuſcula, quorum lectio religioſis hominibus valde vtilis iudicatur. E quibus inter noſtra, ſubiecta reperi:*

Contra Neſtorianos et Eutychianos lib. II. qq).

[P] *Exhortatorium vitae ſpiritalis. lib. I.* Anima quae Deum diligit rr).

De pugna vitiorum lib. I. Multum honorem de ss).

De acceſſu ad Deum lib. I. Quando aliquis in aliquam ruinam tt).

De difficultate virtutum lib. I. Quamlibet virtutem ſine uu).

Dialo-

lo contempto dello mundo, quem librum alia, quae indicat, capita, continere notat, additque, vulgarem horum ſermonum verſionem ſine l. et a. ſed cum correctione dialecti in lucem exiiſſe, et auctores diarii litteratorum Italiae tom. XXXII. p. 544. laudare verſionem horum ſermonum ſub nomine: *Collazione de Padri dell' abate Iſac*, factam tempore, quo vixit Dantes; idque fateri editores Florentinos, qui a. 1720. typis dedere hanc abbatis Iſaaci collectionem, ibique multos codd. quibus vſi ſunt, recenſere. (De hac edit. Florentina plura ſcripſit *Paitoni* in bibl. degli autori antichi gr. et latini volgarizzati, tom. II. p. 190.) Denique tradit Mittarellus, Ioannis Antiocheni excerpta in euangelium Matthaei exſtare in Catena graeca, cod. CXX. — Citatur *Iſaac presbyter* in anonymi ſcholiis in Io. Climacum. v. ſupra vol. IX. pag. 525. nr. 3. De aliis codd. vide paullo poſt de *Iſaaco iuniore. Harl.*

qq) Hos ex Gennadio, vt ſolet, refert Trithemius, non ipſe inſpexit, alioqui prima eorum verba adpoſiturus.

rr) Haec prima libri de contemtu mundi verba ſunt, atque hunc a Trithemio reſpici certiſſimum.

ss) Prima verba capitis vndecimi in eodem libro Iſaaci. tom. XI. bibl. patrum edit. Lugd. pag. 1022. F.

tt) Prima verba capitis decimi quarti. id. pag. 1025. F.

uu) Prima verba capitis decimi ſexti. id. pag. 1027. D.

Dialogum de profectu spiritali lib. I. Quo vinculo retinetur [vv]).
De ordine monasticae vitae lib. I. Ex operatione violenta [ww]).
De humilitate lib. I. Beatus homo qui scit. infir. [xx]).
De tribus ordinibus proficientium lib. I. Tres sunt ordines in [yy]).
De solitudine monachorum lib. I. Homo multae sollicit [zz]).
De diuersis tentationibus lib. I. Virtutes inuicem sibi [a]).
De informatione nouitiorum lib. I. Hic est ordo sobrius [b]).
De poenitentia lib. I. Fortitudinem quam po. [c])
Carmen super Antiochiae desolatione lib. I. [d]).

Homilias plures ad populum habuit, sed in manus nostras minime venerunt. Claruit sub Theodosio iuniore. Fabr.

[De *Isaaco* presbytero v. *Caue* hist. litter. SS. eccl. I. p. 434. sq. ad a. 440. qui eum fuisse S. Ephraemi Syri discipulum, et circ. a. 456. obiisse statuit: eiusdem esse opinatur breuem libellum *de cogitationibus*, quem gr. et lat. edidit *P. Possinus* in *Asceticis*, pag. 318. nec non fragmentum illud, quod nobis conseruauit Nicephorus monachus libro de custodia cordis ibid. opusc. 17. pag. 420. Neque alium, suspicatur, Isaac illum, magni Arsenii discipulum, quem secum ad Poemenem abbatem deduxit Arsenius, eiusque mentionem fieri inter *apophthegmata patrum*, ibid. opusc. 9. p. 247. Quod vero scripsit Caue, eum fuisse Ephraimi discipulum, hoc ita intelligendum esse, Isaacum illum circ. a. 390. habuisse praeceptorem Zenobium, ecclesiae Edessenae diaconum, S. Ephraemi discipulum, docet ex pluribus argumentis praecipue ex carmine illo, quo *ruinam Antiochiae*, (quae accidit a. 459.) planxit, *Assemannus* in bibl. orient. tom. I. cap. XVI. p. 207. sqq. vbi de S. Isaaco, cognomento Magno,

vv) Prima verba p. 1028. E.

ww) Prima verba capitis vigesimi. p. 1031. F.

xx) Prima verba capitis vigesimi primi. pag. 1032. A.

yy) Prima verba capitis vigesimi sexti. pag. 1053. G.

zz) Prima verba capitis trigesimi. p. 1035. E.

a) Prima verba capitis duodequadragesimi. p. 1038. E.

b) Prima verba quinquagesimi capitis, vbi male excusum p. 1043. C. *hic est ergo sobrius.*

c) Hoc in editis non reperio.

d) Hoc ex Gennadio cap. 66. Trithemius, neque enim ipse threnum Isaaci vsurpauit oculis, quo Antiochiae casum ille defleuerat, terrae motum quarta vice passae 13. Sept. a. C. 459. Antiocheno 506. anno Leonis imper. tertio. De hoc terrae motu Ioannes Malala in Chronico tom. II. p. 75. Ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ τοῦ Λέοντος ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας Ἀντιόχεια ἡ μεγάλη τὸ τέταρτον αὐτῆς πάθος μηνὶ σεπτεμβρίῳ ιγ΄, διαφαυσάσης Κυριακῆς, ἔτους κατὰ τὴν αὐτὴν Ἀντιόχειαν χρηματίζοντος φϛ΄ ἐπὶ τῆς ὑπατείας Πατρικίου. *Fabr.* conf. *Assemann.* l. c. I. de tempore, quo Antiochia terrae motu corruit, aliosque citat VV. DD. p. 210. sqq. vbi quoque ipse adnotat, in cod. Vaticano V. syriaco hoc Isaaci carmen exstare, et p. 220. susius eum cod. recenset. *Harl.*

Magno, presbytero Antiocheno, eius patria, genere ac dignitate scriptisque, copiose agit, monetque, Isaacum presbyt. cum Isaaco *Nineuita* interdum, etiam ab antiquioribus confundi: et p. 210. contra Caueum annum mortis circ. in a. Ch. 460. collocat. Add. ibid. pag. 38. et p. 215. 405. in chronico Edesseno. — *Doctor* autem et *Magnus* a Syris nuncupatur cum, vt ab aliis distinguatur Isaacis, tum, quia multa diuersi generis erudita, et sermone syro nitidissimo composita opera, etiam poëmata, scripsit. *Harl.*

In Gregorii Abulpharaii historia dynastiarum p. 91. [e]) Theodosii iunioris (a. 450. defuncti) temporibus floruisse traditur *Mar Isaac, discipulus Mar Ephraimi, sermonum rhythmicorum auctor:* quae verba de Isaaco Gennadii accipienda haud dubie sunt, et Ephraemus intelligendus celebratissimus ille et insignis sanctitate presbyter Edessenus [f]), qui a. C. 375. [P] obiit: non, vt Tentzelio tom. II. diss. select. p. 145. placuit, Ephraemus Antiochenus patriarcha a. 546. defunctus. Nam Isaacus ille a Gennadio, Leone et Maioriano imperantibus mortuus fuisse traditur, qui a. C. 457. imperare coeperunt. *Fabr.*

[Cum Isaaco, presbytero Antiocheno, a multis confunditur *Isaac Senior*, quem vero ex auctore syro vitae S. Ephraeim, qui huius discipulis illum Isaacum accenset, in cod. Nitriensi V. discernit *Assemann.* in bibl. orient. I. cap. VII. pag. 165. sqq. et contra Suffridum Petri

e) Conf. *Assemann.* l. c. p. 208. vbi et p. 234. etiam memorat, Ioannem Marc. in op. aduersus Nestorianos et Eutychiano ex Ioanne Antioch. quatuor producere testimonia; primum ex sermone eiusdem *de orthodoxa fide*, alterum *de symbolo fidei*, tertium *de curru Ezechielis*, et quartum *de incarnatione Domini*: duo posteriores sermones desunt in codd. syriacis Vaticanis, et adde paullo infra de *Isaaco ex Iudaeis.* — Idem recenset vberrime pag. 214. sqq. Opera S. Isaaci, quae exstant in codd. *Vaticanis* syriacis, maxime in cod. V.

1) *De amore doctrinae:* ad cuius calcem posita est memorabilis amanuensis adnotatio.

2) *Ad monachos sermones* CXI. quos diligenter persequitur Assemann. et multa notatu digna ex illis adfert illustratque. Singulorum autem argumenta atque inscriptiones repetere, haud vacat; saepe tamen in duobus pluribusue sermonibus Isaacum vnam virtutem commendasse patet.

3) (nr. 55. Assem.) *Precationes tres.*

4) et 5. (nr. 58. 59. Assem.) *duo hymni*, sequuntur aliae orationes et paraeneses, et inter hasce

5) (nr. 62. Assem.) *supplicatio*, seu flebile carmen *de Terrae motu.*

6) (nr. 74. Assem.) *Deprecatio:* quod quidem scriptum in cod. Nitrensi XVII. adiudicatur Ephraemo; in cod. vero Vatic. V. Isaaco: verum neutrius esse videtur Assemanno, quum metro pentasyllabo constet, et probabilius *Balaeo Syro*, qui cuncta fere sua opera huiusmodi metro adligasset, tribuendum.

7) (nr. 75. Assem.) *de Adam et Eua* dialogus, s. sermo.

8) (nr. 76. Assem.) *de Abel et Cain*, siue dialogus Cain, Abel et Dei. — Sequuntur plures aliae oratt. et paraeneses.

In cod. *Mosquensi* synod. V. est sec. *Matthaei* Notit. MSS. gr. Mosq. p. 18. nr. 24. ed. in 8. *τοῦ ἁγίου ἰσαάκ· ὁ ἱερώδιος, τὸ ὄρνεον, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ·* in indice refertur ad *Isaacum monachum. Harl.*

f) Isaac. presb. Antiochen. fuisse genere Edessenum, tradit Georg. Elmacinus Hormaidus ap. *Assemann.* in bibl. orient. I. p. 208. ibid. tamen Dionysius, Iacobitarum patriarcha, eum Amidensem facit, non Edessenum. *Harl.*

Petri Leouardiensem, cui in notis ad Gennadium is floruisse videtur circ. an. 450. docet, eum floruisse circa a. 380. add. paullo infra de Isaaco ex Iudaeis. *Harl.*]

Alius *iunior Isaacus* Syrus laudatur a Gregorio magno lib. III. dialogor. cap. 14. vbi ait eum de Syriae partibus ad Spoletanam vrbem venisse, et ad extrema paene Gothorum tempora ibi versatum esse; hoc est, ad medium vsque saeculum sextum; prophetiae quoque spiritu ac miraculis clarum refert, et hanc eius celebrat sententiam: *monachus, qui in terra possessiones quaerit, monachus non est* [g]). Huncce esse auctorem illorum, de quibus dixi, opusculorum, malunt Aubertus Miraeus notis ad Gennadium, *Lambecius* V. p. 74. seq. [h]). Caueus, aliique. Sed non video, quibus argumentis Lambecius euincat, Isaacum hunc Gregorii magni eumdem esse cum *Isaaco episcopo urbis Niniues*, quem verum esse auctorem opusculorum illorum, non permittunt dubitare codices, qui adhuc supersunt, syriaci et graeci eorumdem MSti. Hebed Iesu in catalogo librorum Chaldaeorum pag. 29. *Isaac Niniuita septem composuit tomos de regimine spiritus, de diuinis mysteriis, de iudiciis et politia.* In codice graeco caesareo: Τȣ̃ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ Ἰσαὰκ Σύρȣ καὶ ἀναχωρητȣ̃ τȣ̃ γενομένȣ Ἐπισκόπȣ τῆς φιλοχρίςȣ πόλεως Νινευὶ λόγοι ἀσκητικοὶ, εὑρεθέντες ὑπὸ τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν τȣ̃ Ἀββᾶ Πατρικίȣ καὶ τȣ̃ Ἀββᾶ Ἀβραμίȣ, τῶν Φιλοσόφων [k]) καὶ Ἡσυχαςῶν ἐν τῇ λαύρᾳ τȣ̃ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Σάββα. Occurrunt ibi graece *sermones ascetici septem et octoginta*, ex quibus, Lambecio notante, sermones priores quinquaginta tres sunt, qui velut vnus liber de contemtu mundi latine sub Isaaci Antiocheni presbyteri nomine in bibliothecis patrum vtcunque leguntur: quod elogium Antiocheni presbyteri ex Gennadio additum credibile est ab eo, qui eumdem Isaacum, de quo Gennadius, auctorem esse non dubitat. Primi sermonis in graeco hic est titulus; Τȣ̃ ὁσίȣ πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ τȣ̃ ἀναχωρητȣ̃ καὶ ἀσκητȣ̃ τȣ̃ Σύρȣ λόγος περὶ ἀποταγῆς καὶ μοναχικῆς πολιτείας. Incipit: ψυχὴ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα ἐν τῷ Θεῷ καὶ μόνῳ τὴν ἀνάπαυσιν κέκτηται. Προκατάλαβε λύειν πάντα σύνδεσμον etc. Quadragesimus primus inscribitur: Περὶ ὑπομονῆς τῆς ὑπὲρ τῆς ἀγάπης τȣ̃ Θεȣ̃ καὶ πῶς ἡ ἀντίληψις εὑρίσκεται ἐν αὐτῇ, λόγος μά. Incipit: ὅταν καταφρονήσῃ ἄνθρωπος τȣ́τȣ τȣ̃ κόσμȣ, καὶ σπȣδάσῃ εἰς τὸν φόβον τȣ̃ Θεȣ̃. In bibliotheca Coisliniana [i] p. 312. *Montfauconus* memorat codicem MStum Isaaci Syri anachoretae episcopi Niniues sermonum asceticorum XCII. Initium primi est: ὁ φόβος τȣ̃ Θεȣ̃ ἀρχὴ

g) Sermo Isaaci ipse est in cod. *Taurin.* CCCLI. fol. 201. v. cat. codd. gr. Taur. p. 478. *Harl.*

h) [P. 157. sqq. ed. Kollar. de cod. CCXXXV. nr. 1. et v. quae supra de hoc cod. adscripsi. *Harl.*]

i) In *Assemanni* bibl. O. tom. III. p. 104. vbi Assem. in notis 3. et 4. plura de eo adnotauit. Secundum illum igitur claruit exeunte saeculo sexto. Opera eius e syriaco sermone non modo in arabicum translata sunt; sed etiam in graecum a Patricio et Abrahamio monachis S. Sabae, qui tamen, vt ait Assemann. non integros septem tomos, (tot enim tomos ab Isaaco Niniuita compositos fuisse, scriptum est in catal. libror. syror. Ebediesu,) sed sermones duntaxat XCVIII. interpretati sunt; exstantque MSS. in bibl. Vaticana, ex quibus quinquaginta tres sub titulo, *libri de contemtu mundi*, latine prodierunt; (vt quoque supra e Lambecio ad Isaacum Antiochenum obseruauimus,) Tum adnotat Assem. ex memoratis septem tomis vnum syriace et quatuor libros arabice exstare in MSS. bibl. Vaticanae. *Harl.* De Isaaco Syro, Niniues episcopo, cf. Galland. Prolegg. ad bibl. PP. XII. p. 111. sq.

k) Philosophus pro monacho. Vide Cangii Glossar.

χὴ ἀρετῆς. In marginibus ſcholia ex dictis vel ſcriptis Anaſtaſii, Antiochi, Antonii, Arſenii, Athanaſii, Barſanuphii, Baſilii, Bulgari (Theophylacti) Carionis abbatis, Carpathii, Ioannis Chryſoſtomi, Ioannis Climaci, Copres, Cyrilli, Diadochi, Dorothei, Ephraemi, Heſaiae, Euagrii, Gregorii theologi, Heſychii, Ioannis monachi, Ioſephi, Iſidori, Longini abbatis, Macarii, Marci, Maximi, Nili, Niſtheri abbatis, Petri abbatis, S. Petri Alexandrini, Poemenis, Siſoës abbatis, Symeonis, Thalaſſii, Theodori noni, Zegadini, Zoſimae. Etiam in bibl. Bodleiana inter codices *Baroccianos*, eſt Iſaaci Syri de regimine novitiorum, Incipit: αὕτη ἡ σώφρων. Atque in aliis codicibus Iſaaci Syri capita: ἀγάπησον τὰ πενιχρὰ ἱμάτια ἐν ἐνδύματί σου. atque alia, quorum initium: ὁ κωλύων τὸ στόμα. Alia item: ψυχὴ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα ἐν τῷ Θεῷ μόνῳ. Et de motu angelico ac profectu animae; πρώτη ἔννοια. Homiliae aſceticae XCIX. ex ſyriaco graece redditae a Patricio et Abramio, monachis monaſterii S. Sabae. Vide catalogum MSS. Angliae p. 35. n. 256. et p. 44. n. 295. vbi male illi duo interpretes, quemadmodum et apud Caueum, vocantur Abramius et Iſaacius. In eodem catalogo p. 155. homiliae tres Iſaaci huius ſyriace ſeruari traduntur in codice Thomae Bodleii LXXII. Memorat etiam *Lambecius* IV. pag. 148. [l]) fragmentum *de baptiſmate* ἐκ τῆς μεγάλης ἐπιστολῆς Ἰσαὰκ τοῦ Σύρου. Incipit: ἰδοὺ γὰρ εἰς τὸ βάπτισμα δωρεὰν συγχωρεῖ. *Fabr.* Homilias aſceticas, arabice ſcriptas, et iam olim a Patricio et Abramio graece verſas, *Nicephorus Theotokius*, hieromonachus, edidit et inſcripſit: Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ, Ἐπισκόπου Νινευὶ τοῦ Σύρου, τὰ εὑρεθέντα Ἀσκητικὰ ἐπιμελείᾳ Νικηφόρου, Ἱερομονάχου, πρῶτον τύποις ἐκδοθέντα, Lipſiae, 1770. 8. Vſus eſt editor duobus codicibus. At non idem ordo eſt ſermonum, qui in arabicis apud Aſſemannum ordo, nec omnes omnino inſunt in graeca verſione, qui in libris Vaticanis; plerique tamen reperiuntur. Dicendi genus eſſe dicitur metaphoris oppletum. Plura de iis et de editione leges in Nouis actis eruditor. 1770. Iun. pag. 283. et in *Erneſti* nouiſſ. biblioth. theolog. tom. I. part. 2. pag. 134–145. atque cl. *Morelli* bibl. MS. gr. et lat. tom. I. pag. 81. de cod. Venet. Marc. CXXVII. in quo ſeruantur *Iſaaci Syri* Sermones aſcetici; graece. — Iſaacus Syrus laudatur a poeta quodam, qui iambos compoſuit in ſermones SStor. patrum, et quos publicauit *Amadutius* in anecdotis litterariis, vol. II. p. 23. ſqq. et in vers. 29. ſqq. dicitur noſſe quieto e ſtatu mentem in altum tollere ad feruidas preces fundendas; et in homilia quadam de ſilentio et vita ſolitaria, in cod. *Paris.* bibl. publ. MLXXVI. nr. 1. — De hoc Iſaaco v. *Guil. Caue* l. c. vol. I. pag. 434. a quo tamen duo Iſaacos eſſe mixtos, iam adnotatum eſt; *Oudin.* in comm. de SS. eccl. I. p. 1400. ſqq. ad a. 540. qui non ſolum de eo multus eſt; ſed etiam codd. qui in Vindobonenſi et Anglicis bibliothecis exſtant, et Iſaaci opuſcula comprehendunt, diligenter enumerat; *Saxius* in Onom. litt. I. pag. 507. ſq. ad a. 440. nam hoc circiter ambitu eum inclaruiſſe ſuſpicatur, et, epiſtolam, inquit, certe ad Symeonem Stylitem eum ſcripſiſſe aiunt. Inprimis comparandus eſt *Aſſemannus*, qui in bibl. orient. tom. I. cap. 34. pag. 444–463. copioſe perſequitur vitam ſcriptaque Iſaaci, Niniuitae. Primum particulam excerpſit ex illius vita, quam anonymus in praefat ad Iſaaci Opp. quae arabico quidem ſermone, litteris tamen ſyriacis exſtant in cod. Nitrienſi XX. deſcripſit. Tum inquirit in

[l]) Siue p. 336. ed. Kollar. in cod. CLVII. nr. 7. Ibid. p. 331. ſqq. nr. 21–23. cod. CLVI. ſunt plura Iſaaci capp. aſcetica, graece. *Harl.*

in eiusdem aetatem, et ex Iſaaci epiſtola, ad Simeonem Stylitam iuniorem, cognomento Thaumaſtoritam, mortuum d. 24. Maii a. Chr. 593. (quae epiſtola poſtremum locum occupat in cod. graeco CCCXCI. comprehendente nonaginta Iſaaci ſermones a Patricio et Abrahamio e ſyriaco in graecum conuerſos,) efficit, Iſaacum noſtrum ſexto ſaeculo ad exitum vergente floruiſſe; et contra Lambec. et Caue, hunc Iſaacum cum altero Ephraemi diſcipulo confundantes, oſtendit ex epiſtola, noſtrum Iſaacum ex Meſopotamia non in Italiam, ſed in Aegyptum perrexiſſe et in Scetenſi eremo animam piam efflaſſe. Tum de eiusdem ſcriptis et codd. paucis agit, in quibus exſtant ſermones 98. graece verſi, ab aliisque male tributi Iſaaco Antioch. n. in Vindob. caeſ. ap. Lambec. in bibl. Vatic. codd. CCCXCI. (antea iam memorato,) DCV. DCCCXXXVII. et regio Alexandrino XXIII. in ſpecie vberrime recenſet opera ſ. libros IV. ſermonum ex codicibus ſyriacis, (qui vnum dumtaxat habent librum,) et arabicis, (in quibus ſunt quatuor libri,) atque graecis Vaticanis: idemque, in quibus codd. ſinguli ſermones reperiantur, vbique indicat. Continet vero liber I. ſermones viginti quatuor; lib. II. ſermones 45.; lib. III. ſermones 44.; lib. IV. ſermones 20. atque epiſtolam ad Simeon. Thaumaſtoritam. Denique pag. 461. ſqq. perſequitur cod. in bibl. collegii Maronitarum ſyriacum, inſcriptum: *Liber generalis ad omnes gentes*, ſeu *de cauſſa omnium cauſſarum*, in IX. tractatus diuiſus, cuius auctorem nonnulli fecerunt Iſaacum Nineuitam: ſed dubitat Aſſemann. et ex praefatione auctoris docet, auctorem fuiſſe *Iſaacum*, Edeſſenum epiſcopum, et hunc denique propter turbas, ſede ſua relicta, in proximos Edeſſae montes receſſiſſe, ibique laudatum dictaſſe codicem. — In eodem vol. pag. 563. ſqq. 568. 569. *Iſaaci* ſermones nominantur, qui ſunt in codd. Nitrienſibus in bibl. Vatic. et pag. 607. codd. IV. et V. quos Aſſem. ex oriente aduexit. — Iſaacus paſſim citatur a Syris ſcriptoribus, docente Aſſem. in vol. III. p. 158. 183. 303. (vbi Bar-Hebraeus laudat 214. ſermones Iſaaci,) 306. 310. fin. 315. ibique not. (vbi tamen Iſaacus Edeſſenus circa a. 450. innuitur, et Amidae obiiſſe dicitur.) — Codd. in quibus Iſaaci Nineu. ſermones occurrunt, et qui a Fabricio atque Oudino iam excitati ſunt, addi poſſunt *Moſquenſes* CCXCIII. oratt. cum ſcholiis, CCXCIV. (in quo ſunt ſeptuaginta ſex oratt.) CCXCV. (ſcripta cum prologo de Iſaaci vita;) CCXCVI. excerpta ex quinque oratt. Iſaaci Syri: in cod. CCCLXXVIII. ſeptem illius opuſcula: CCCXCIIX. Iſaaci Syri περὶ λογισμῶν — denique in cod. IV. in 4. nr. 16. et 19. bibl. typographei ſynod. quaedam bis. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Moſq. pag. 190. 191. 192. nr. 3. p. 243. nr. 1. p. 255. nr. 14. et p. 301. — *Taurini* in cod. regio CCCLI. qui diligenter recenſetur, et omnium, quae in eo continentur, ſcriptorum Iſaaci tituli, atque initia ſubiiciuntur in catal. MSS. Taurin. gr. p. 473-480. in eoque cod. eſt fol. 224. Iſaaci epiſtola ad amicum quemdam, et fol. 262. alia ad abbatem Symeonem. — *Florent.* in cod. Laurent. IX. nr. 13. plut. 11. ſermo *de renuntiatione et monaſtica diſciplina.* vid. *Bandin.* catal. bibl. Laurent. I. pag. 504. qui vero hunc Iſaacum non curate diſtinguit ab Iſaaco Antiocheno, et eumdem citari in expoſitione ſacrorum praeceptor. tum ab Ioanne Cantacuzeno contra Palamam, et in collectione capitum aſceticorum, docet ibid. p. 99. 348. et 495. — Ibid. in cod. XI. plut. 3. *Iſaaci* vita et oratt. vndecim, quarum prima de Cleonymi hereditate, teſte *Montfaucon* in Bibl. bibliothecar. MSS. I. pag. 251. *D.* — ibid. eod. teſte pag. 386. *B.* epiſtola ad Simeon. in cod. XIII. plut. 74. — in cod. *Eſcorial.* de aſcetica conuerſatione capp. diuerſa, teſte *Pliero* in Itinerar. per Hiſpan. pag. 178. — *Paris.* in bibl. publ. ſermones aſcetici

modo plures, modo pauciores, in septem codd. (v. indic. ad cat. MSSt. regior. Paris. voc. *Isaac Syrus.* tom. II.) — interrogata et responsa de doctrina morum in cod. MLXXIV. in quo praeterea sunt eiusdem Isaaci de obedientia atque institutis, et sermones viginti octo, et in cod. MLXXIII. nr. 1. (in Adpend. ad cit. tom. catal. p. 615.) de vita monastica opus, in varias homilias diuisum: inc. ἡ ψυχὴ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα. — Ibid. in tom. I. catal. pag. 52. et 58. in codd. syriacis X. et LXXI. sunt *Isaaci Niniuitae* et aliorum precationes variae: et p. 120. in cod. arabico CLXVI. eiusdem de poenitentia: atque pag. 120. in cod. syriaco CLXVIII. *Isaaci Syri* homilia de peccatorum caussis. — *Mediolani* in codd. bibl. Ambrosianae *Isaaci anachoritae* oratt. tres in Sina monte de abrenuntiatione et vita monastica; — it. (sub nomine Isaaci presbyteri Antiocheni) sermones ascetici LXXXIX. et eiusd. interrogationes ac responsiones; — de contemplationis perfectione, v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. I. p. 500. *E.* et pag. 518. *D.* — Idem codd. multos, in quibus adseruantur Isaaci Niniu. sermones ascetici, enumerat, n. *Romae* in bibl. Vatic. p. 9. *E.* vbi Isaacus vocatur *monachus Vrus.* — pag. 13. *A.* et p. 143. *B.* cod. MMMMMMMCDLXXXXVI. — p. 27. *D.* cod. DCXXXVI. olim reginae Sueciae. — p. 134. *A.* inter codd. Claud. Stephani; *liber de contemtu mundi;* — p. 184. *D.* et *E.* inter codd. Ottobon. — pag. 201. *D.* Isaaci *Tyri* sermones. pag. 1313. *D.* in cod. Mazarin. de precatione, ecloga ex Isaaco aliisque. — p. 1320. *A.* in cod. Mazar. CIII. sermones et opuscula Isaaci Nin. ascetica. — pag. 1373. *B.* in cod. S. Victoris *Paris.* Isaac *abbatis* de anima deum amante. — p. 293. *C. Florent.* in cod. Laurent. XV. plut. 27. il libro dell' abate Isaac di Siria della vita monastica. *Harl.*

Isaacius etiam est in Chronico Alex. p. 874., qui aliis Isychius et Hesychius rectius adpellatur, patriarcha Hierosolymitanus, cui Zacharias a. C. 609. successit. Hunc cum Hesychio presbytero Hierosol. a. 433. defuncto, sunt qui confundant, de cuius scriptis dixi vol. VI. pag. 243. sq. *Fabr.* S. pag. 548. sqq. vol. VII. ed. nou. ibique vide, quae in notis adscripsi: add. ib. pag. 552. — In cod. *Vatic.* esse dicitur *Ischii presbyteri opusc.* in *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. p. 134. *A. Harl.*

Isaaci alterius ex Iudaeis libellus latine scriptus *obscurissimae disputationis et impoliti sermonis* (vt vere vocatur a *Gennadio* cap. 26. de script. eccles.) *de S. Trinitatis tribus personis et incarnatione domini*, in lucem protractus est a *Iac. Sirmondo* cum Leporii presb. Capreoli episcopi Carthag. et Victorini Afri lucubrationibus Paris. 1630. 8. recusus tomo primo operum Sirmondi pag. 401. Paris. 1696. fol. [rec. Venet. 1729. fol.] Exstat etiam in tomo tertio bibl. patrum Lugd. [in *Galland.* bibl. PP. tom. VII. pag. 597. sqq. *Isaaci ex Iudaeo Liber fidei,*] et ad calcem codicis canonum veteris ecclesiae romanae ex biblioth. Petri Pithoei editi Paris. 1687. fol. pag. 362-365. vbi inscribitur *Fides Isatis ex Iudaeo.* Sirmondus verisimili coniectura existimauit, Isaacum hunc paullo ante annum Christi 400. vixisse. *Fabr.* Conf. *Du Pin* hist. eccl. vol. III. p. 121. *Caue* hist. litt. SS. eccl. I. ad a. 430. pag. 415. sq. ed. Basil. *Assemann.* in bibl. orient. I. pag. 165. id opus de tribus personis Trinitatis et incarnat. domini potius adscribendum suspicatur *Isaaco seniori*, Ephraemi discipulo, additque, si Isaac, iudaica secta relicta, christianam fidem amplexus fuisset, id vtique Gennadium eiusque abbreuiatorem, Honorium Augustodunensem fuisse in catalogo notaturos. — At *Isaacus Iudaeus de vrinis* est in cod. *Escorial.* v. *Plüer* itiner. per Hispan. p. 178. et *Dublini*

in cod.

in cod. Com. Clarendonii. v. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. part. 2. pag. 15. nr. 138. — et *Isaaci Iudaei*, filii adoptiui Salomonis Arabiae regis, *remedium purgandi capitis et stomachi* in cod. Vindob. caesar. XXV. nr. 7. v. *Lambec.* VI. part. II. p. 269. Koll. Sed de *Isaacis medicis* v. infra, vol. XIII. p. 294. 302. sq. vet. edit.

Isaac. protonobil. *Contostephanus.* v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 104.

Isaacus, episcopus Θύνεως, a. 459. subscripsit concilio CPolitano sub Gennadio patriarcha, in cod. *Vindob.* XLIV. nr. 35. v. *Lambec.* VIII. p. 893.

Isaac metropolita Ephesin. sub finem saeculi XIII. v. *Le Quien* orient. christian. tom. II. p. 689. et cl. *Morell.* bibl. MSS. gr. et lat. I. p. 79.

Isaacus, proedrus Ephesi: ad hunc epistola Gregorii Cyprii, (de quo vide supra, vol. VIII. p. 57. sqq.) in cod. *Vindobon.* LXVII. v. *Lambec.* VIII. p. 1070. — Permultos alios *Isaacos*, episcopos aliisque viuendi generibus claros orientales commemorat *Assemann.* passim in bibl. orient. v. indices ad eius volumina, et aliorum orientt. codd. in bibl. MSS. regg. *Paris.* citatos reperies in cat. MSS. illorum, tom. I. v. ind. ad illum voc. *Isaac.* *Harl.*

[P] Vt illos vero Isaacos tantum hoc loco attingam, qui graece scripserunt, longe iunior fuit, qui iam commemorandus mihi venit, *Isaacus* magnae Armeniae catholicus [m]), *Armenius* ipse et inter Armenios educatus atque eorum opinionibus innutritus [n]), sed postea catholicae promachus ecclesiae, circa medium saeculi duodecimi [o]), scripsit λόγους στηλιτευτικοὺς siue *inuectiuas duas contra Armenios*, idem sentientes cum Eutyche, Dioscoro, Timotheo Aeluro, Petro Fullone, Iuliano Halicarnasseo et Aphthartodocetis. [— Excerpta ex orationibus duabus inuectiuis *Vindobonae* in cod. caesar. CCXIII. nr. 7. v. *Lambec.* V. p. 84. Kollar. — Orationes II. *Paris.* in bibl. publ. codd. DCCCLIV. nr. 34. et CM. nr. 13. — *Isaaci*, patriarchae Armenorum primi, canones de presbyteris, *Paris.* in bibl. publ. codd. Armenis, LVI. et LXXXIV. v. cat. MSS. bibl. reg. vol. I. p. 82. et 87. — atque ibid. p. 91. epistola eiusd. ad Mosem grammaticum, in cod. Armenio LXXXVIII. nr. 5. Pauca de eo prodiderunt *Caue* in Hist. lit. SS. eccl. II. p. 227. ad a. 1150. (at dubitat, num ad hunc

Q 2 annum

m) Catholici dicti metropolitani et archiepiscopi. Vide Cangii Glossar.

n) Isaacus inuectiua 2. pag. 396. ἐγεννήθην γὰρ καὶ ἀνετράφην ἐν μέσῳ τῶν αἱρετικῶν καὶ ἀθέων καὶ διδαχθεὶς ἐν πάσαις ταῖς διδασκαλίαις αὐτῶν, καὶ σφόδρα ὑβριστὴς καὶ ἀντιταττόμενος καὶ λοιδορῶν τὴν τῶν χριστιανῶν καὶ ὀρθοδόξων θρησκείαν.

o) Videtur omnino esse hic Isaacus, de quo *Theorianus*, qui circa a. 1170. scripsit, in dialogo cum catholico Armeniorum Norsese pag. 120. ὁ συλληφθέντων ἐκείνων Ἰσαὰκ ἄνευ· ἀρκεῖ τοῖς μὴ φιλονείκως ἀκούειν τῶν ῥηθέντων περὶ τῶν δύο θελημάτων τοῦ Ἐμμανουήλ. Isaacus ipse Norsesis p. 379. meminit, ut p. 374. Constantini magni baptismum, ait, contigisse ante octingentos annos. *Fabr.* *Theoriani*, legati ab imper. Manuele Comneno a. Chr. 1170. in Armeniam missi, disputatio cum patriarcha Armeniorum, *Vindobon.* in cod. caes. CCLIV. nr. 1. v. *Lambec.* VIII. p. 550. sq. Conf. supra, vol. VII. p. 750. — et infra in hoc vol. (siue sec. vet. edit. vol. X. p. 288.) §. XI. *Harl.*

annum referri possit Isaaci huius aetas,*) et *Oudin.* qui cum Labbeo in chronologia SS. eccl. eius aetatem adligat anno circ. 1130. in comm. de SS. eccl. II. col. 1125. seq. — De *Isaaco*, Armeniae patricio, et Armenorum duce, v. *Assemann.* bibl. orient. tom. III. p. 371. et 373. *Harl.*] — Primus ex bibl. regis christianissimi in lucem protulit et cum latina versione sua et notis vulgauit *Franciscus Combefisius* tom. II. auctarii noui bibl. patrum Paris. 1648. fol. p. 318-415. Latine ex Combefisii versione recusae leguntur in tom. XX. bibliothecae patrum edit. Lugd. [Vtraque Isaaci or. inuect. aduersus Armenios, graece et lat. repetita est in Galland. bibl. PP. tom. XIV. p. 411-456. *Beck.*]

Indiculus scriptorum et haereticorum, qui ab Isaaco contra Armenios memorantur.

Ad paginas editionis Combefisianae.

Dama-

ISAACVS ARGYRVS monachus, anno aetatis circiter sexagesimo r), Graecorum 6881.

r) Pag. 33. ait, se adolescentem ante annos quinquaginta Aeni Thraciae ciuitate versatum esse, cum Iudaei pascha celebrarent XX. Martii, Christiani XXVI. April. πρὸ χρόνων πεντήκοντα νέος ὢν ἔτι τὴν ἡλικίαν ἐγὼ μὲν ἔν τινι τῶν Θρᾳκικῶν πόλεων διατρίβων Αἴνῳ καλουμένῃ etc. *Fabr.* Conf. *Henr.*

6881. q) Christi 1372. composuit *canonem paschalem*, πασχάλιον κανόνα, eumque dicauit *Omnaeotae Andronico*, quem [?] θειότατον ἀνδρῶν adpellat. Hunc canonem, siue methodum paschatos inueniendi ex MSto bibl. Palatinae edidit graece latinamque versionem Petauio non memoratam ac scholia subiunxit M. *Iacobus Christmannus*, Ioannisbergensis, professor Heidelbergensis, typis nitidis Gotthardi Voegelini 1611. 4. Hinc cum noua versione sua *Dionysius Petauius* S. I. in Vranologio edito Paris. 1630. fol. et recuso Amstelodami, (licet titulus Antwerpiam praeferat) 1703. fol. Caput postremum ante Christmannum et Petauium ediderat latine *Iosephus Scaliger* atque illustrauerat ad calcem canonis paschalis Hippolytei p. 25. seq. Lugd. Batau. 1595. 4. et in opere de emendatione temporum libro IV. p. 327. Lugd. Bat. 1598. et Genev. 1629. fol. Laudat Argyrus θαυμάσιον Ptolemaeum ἐν τῇ συντάξεως πραγματείᾳ, praeterea astronomos Persas τοὺς παρὰ Πέρσαις τὸ τῆς ἀστρονομίας μετερχομένους, denique Nicephorum Gregoram, καὶ πρὸ ἡμῶν δ' ὁ σοφώτατος Γρηγορᾶς ἀπέδειξε τὸν περὶ τούτων λόγον. *Fabr.* v. supra, vol. VII. p. 639. nr. 34. et vol. IV. p. 29. not. *fff.* de *Petauii* Vranologio. *Monacii* in codd. Bauar. C. et CV. est *Argyri canon paschalis.* v. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 6. p. 29. seq. et part. 7. p. 14. qui pauca, quae in edd. in fine desiderantur, ex illis codd. suppleuit. — *Florentiae* in cod. Laur. XIII. nr. 2. plut. 28. *canon*, sed in hoc cod. *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. tom. II. p. 25. discrimen aliquod ab ed. Petau. tum in diuisione, tum in titulis capp. et nonnullos quoque defectus animaduertit: idem *canon* ibid. in cod. XVI. nr. 3. atque eod. XXXII. nr. 1. plut. 28. et cod. VIII. nr. 14. plut. 86. v. *Bandin.* l. c. p. 33. et 56. ac tom. III. p. 321. in postremo cod. inter cap. IX. et X. insertum est aliud eiusdem Argyri opusculum: *demonstrationes, quod optimum omnium initium solarium et lunarium cyclorum est Septembris dies XXX. et cur in solaribus in Octobris diem primam translatum est, in lunaribus vero in primam Ianuarii.* — *Paris.* in bibl. publ. exstat *Is. Argyr.* de cyclis, paschatisque inueniendi ratione in codd. MCCCX. nr. 36. — MMDI. nr. 2. — MMDXI. nr. 17. — in cod. MMDIX. nr. 10. opusc. ineditum de lunaribus et solaribus cyclis ad Andronicum imper. inc. ἐπειδὴ τοῖς ἄλλοις. et MMDCXXXVII. nr. 3. folia nonnulla Paschalii. — Excerpta in cod. *Barocc.* V. *Harl.*

Idem Petauius etiam *alteram methodum paschatis inueniendi* cum priore vulgauit graece et latine, quam putat Isaaci Argyri esse, licet in MSto regis Galliae codice nullum auctoris nomen praefixum repererit. Incipit: Ἐπειδή περ, μοναχῶν τιμιώτατε καὶ ἀδελφῶν μοι κατὰ Χριστὸν ποθεινότατε etc. [add. cod. *Venet.* Marc. CCCXXVIII. et catal. cit. pag. 151. *Harl.*]

Aliud ineditum scriptum seruat bibliotheca caesarea, quod ante canonem paschalem Argyrus innuit se compofuisse anno Graecorum 8786. (Christi 1386.), reducendo calculo astrono-

Henr. Wharton et *Robert. Gerium* in Adpendice ad *Caui* histor. litterar. in edit. *Caui* hist. cit. Basil. p. 75. seq. ad a. Chr. 1373. et *Saxii* Onom. lit. part. II. p. 382. qui notat, *Gerh. Io. Vossium* aliquid humani passum videri, quum XI. a Christi natalibus saeculo Isaac. Argyr. vixisse scriberet de scientiis mathematicis cap. XI. §. 15. p. 227. seq. vid. etiam eundem *Vossium* l. c. cap. LIV. §. 21. p. 551. et cap. LXI. §. 13. p. 559. *Harl.*

q) Pag. 5. τῷ ἀπὸ τῆς κοσμογενείας ἔτει μέχρι τοῦ ἐνεστῶτος ἀεὶ ζητεῖ.

astronomicorum canonum Ptolemaei ab annis Aegyptiac s et ab Alexandriae meridiano ad annos romanos et ad meridianum CPoleos. Ἰσαὰκ μοναχȣ̃ τȣ̃ Ἀργυρȣ̃ πραγματεία νέων κανονίων, συνοδικῶν τε καὶ πανσεληνιακῶν, μεταποιηθέντων ἀπὸ τῶν ἐν τῇ συντάξει, καὶ συςάντων πρὸς τε ἔτη Ῥωμαϊκὰ καὶ πρὸς τὸν διὰ Βυζαντίȣ μεσημβρινὸν, ἔτι δὲ καὶ χρονικὴν ἀρχὴν ἐχόντων τὸ ςωος΄ ἔτος ἀπὸ τῆς τȣ̃ κόσμȣ γενέσεως. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐν τῇ συντάξει etc. Vide *Lambecium* VII. p. 229. [siue p. 492. ed. Koll. *Venet.* in cod. Marc. CCCXXIII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 148. bis. — Plura de hoc aliisque opuscc. Isaaci Argyri, illorumque codd. supra, vol. IV. p. 155. adscripsi. — Add. ibid. p. 206. de iis, quae Edw. Bernhard ac p. 663. de iis, quae Holstenius erant edituri. *Harl.*] Nescio, sitne diuersa Isaaci Argyri *tabula astronomica*, quam vidi memorari inter codices MSS. Isaaci Vossii. *Fabr.* In catal. autem bibl. Leidens. p. 341. inter MSSta legati Scaliger. nr. 51. memoratur tantum liber, posthaec a Fabricio ipso memoratus, *Isaaci Argyri methodus melior solarium et lunarium cyclorum:* in pag. vltima notauit aliquid Scaliger; et nr. 52. eiusdem methodus eadem, sed altero tanto plenior et amplius, in cuius etiam prioribus et postremis notauit aliqua idem Scaliger. Sed in catal. MSSt. Angliae etc. II. p. 69. nr. 2240. inter codd. Isaaci Vossii nominatur *Is. Argyri tabula astronomica.* — *Venet.* in cod. Marc. CCCXXVIII. *de methodis circulorum solarium et lunarium:* it. tractatus compositus a. Graecor. 6876. (sic,) Chr. 1368. *de reducendo calculo astronomic.* etc. inc. ἐπεὶ τȣ̀ς ἐν τῇ συντάξει· etc. — in cod. CCCXXXIII. *methodus solarium et lunar. cyclorum;* tum *methodi tres paschatis inueniendi;* nec non *methodi duae de carnisprivio;* ac *methodus de ieiunio apostolorum;* denique *de errore paschatis.* v. cat. MSSt. gr. Marci, p. 151. et 153. p. 155. de cod. CCCXXXVI. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MMCD. nr. 2. eiusd. *tabulae nouae astronomicae*, initio anni ab orbe condito 6876. Christi 1468. confectae: et in cat. MSSt. regior. II. p. 495. adnotatur, huiusce operis esse duas quodammodo partes; in priore adiungi tabulis prolegomena et scholia, partim Isaaci Argyrii propria: partim e Ptolemaeo et aliunde excerpta: partem alteram totam tabulis constare. *Harl.*

Apparatus Astrolabii, MS. *Romae* in bibl. Vaticana, teste Gesnero. *Fabr.* Et teste *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSSt. I. p. 8. *A.* atque in eod. codice eiusdem Argyri *exercitium chronologicum:* in alio cod. ibid. *A.* Argyri *geographia.* — ibid. p. 9. *A. de temporibus* quaedam. — ibid. p. 621. *D.* in codd. *Escorial. opuscula chronographica* et *canones astrologici.* — ibid. II. p. 1199. *B.* in cod. Pelliserii, *Io. Argyri* quaedam. — *Monac.* in cod. Bauar. CV. methodus adparandi instrumentum astrolabii, teste *Hardtio* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 7. p. 16. — nec non *Florentiae* in cod. Laurent. XVI. nr. 10. plut. 28. v. *Bandin.* cat. MSSt. Laur. II. p. 33. — *Venet.* in cod. bibl. Marci CCCXXIII. CCCXXIV. CCCXXVIII. et CCCXXXV. v. catal. codd. gr. Marc. p. 148. 149. et 151. et 154. *Harl.*

De reducendis triangulis non rectis in rectos, MS. in bibl. Coisliniana [P] pag. 220. Incipit: ἡ τῶν γεωμετρȣμένων χωρίων μέτρησις. Habuit quoque *Tho. Galeus*, [in cod. CCXLI. f. nr. 6075. catal. MSS. Angliae.] Et exstant in bibliothecis Galliae, [in cod. MMXIII. nr. 6.] et in Bodleiana inter codices *Baroccianos* LXX. et CXI. *Fabr.* [et ibid. inter codd. *Oliuerii Cromwelli* CXVIII. 4. siue nr. 297. cat. MSS. Angliae *de triangulis et aliis nonnul-*

nonnullis figuris. *Venet.* in codd. bibl. Marcianae CCCXXIII. CCCXXVIII. et CCCXXXII. v. cat. cit. p. 148. 151. et 153. *Harl.*]

De extractione radicis quadraticae quadratorum irrationalium. MS. in eadem Bodleiana inter codices *Savilianos* VI. Apud Simlerum *methodus inueniendi latera quantitatum irrationalium, μὴ ῥητῶν.* MS. in bibl. regis Galliae. *Fabr.* In eadem biblioth. in cod. MMCVII. nr. 6. *Is. Argyri* op. ineditum *de arithmetica:* inc. *πάντα τάδε στοιχεῖα.* — (adde supra, vol. V. p. 648.) ibid. in cod. MMCDXIX. nr. 7. *geometrica* aliquot capp. et in cod. MMCDXXVIII. nr. 9. Singularia quaedam *de componendis* siue *addendis numeris;* pleraque Isaac. Argyrum auctorem habere dicuntur in cat. MSS. reg. Gall. II. p. 501. — ib. in cod. cod. nr. 12. catalogi confectori videtur *Is. Argyrus* auctor *Stereometriae*, s. de solidis metiendis. — ibid. nr. 15. eiusdem scholium ineditum in primam tabularum Ptolemaei geographicarum, et quidem in primam figuram descriptae in plano habitationis. — *Florent.* in cod. Laurent. VIII. nr. 15. plut. 86. *Is. Argyr. de inuentione quadraticorum laterum irrationabilium numerorum quadratorum:* inc. τῶν μὲν ῥητῶν τετραγώνων ἀριθμῶν εὕρεσις· atque *Bandin.* in cat. MSS. gr. Laur. III. p. 321. seq. suspicatur, a Fabricio h. l. innui id opus in cod. Laur. — *Mediolani* in cod. bibl. Ambros. *Is. Argyr. de inuentione quadrangularium laterum*, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 493. *D.* Add. *Isaaci* scholia in *Euclidis* elementorum Geometriae sex priores libros, lat. per *Conrad. Dasypodium.* Argent. 1579. 8. *Harl.*

Methodus Geodaesiae siue agrorum dimensionis graece MS. fuit in bibl. Scorialensi et apud Hurtadum Mendozam. *Fabr.* De cod. *Scorialensi* v. *Plüer.* itinerar. per Hispaniam p. 178. — Graece exstat *Florent.* in cod. Laurent. XIII. nr. 36. plut. 74. inc. Ἡ τῶν γεωμετρουμένων χωρίων μέτρησις. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 109. et *Venet.* in cod. bibl. Marci. CCCXXXVI. v. catal. mem. p. 154. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MMCDVIII. nr. 11. — in cod. *Guil. Pelliserii*, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 1200. *C. Harl.*

De ratione metiendi plana et solida. [maximam partem ex Herone collectum.] Vossius p. 331. de scientiis mathemat. *Fabr.* In cod. *Paris.* bibl. publ. MMCDXXVIII. nr. 12. *Harl.*

De oppositione et coniunctione solis et lunae, et circulis solaribus et lunaribus. Disciplina rationalium solarium. Simler. *Fabr.* *De coniunctionibus solis et lunae, et tabulae Persicae, et de factura astrolabii*, *Venet.* in cod. bibl. Marci. teste *Montfauc.* l. c. p. 468. *E.* nr. 9. *Harl.*

Methodus melior solarium et lunarium cyclorum. MS. in bibl. Leidensi ex legato Iosephi Scaligeri. *Fabr.* v. catal. bibl. Leid. iam cit. p. 341. et supra ad vol. IV. p. 29. not. *fff.* — *Florent.* in cod. Laurent. VIII. nr. 14. plut. 86. de quo cod. v. paullo ante *de canone paschali* adnotata, et *Bandin.* cit. p. 321. qui suspicatur, *Argyri demonstrationes* etc. ibid. citat. idem esse opus, ac *methodus* etc. h. l. a Fabricio memorata. — *Romae* in codd. Vatican. v.

Montfauc. Bibl. biblioth. MSS. p. 8. *A.* et *D.* p. 10. *D.* — in codd. *Laurent.* ibid. p. 294. *D.* p. 295. *C.* 296. *C.* et 406. *B.* *Harl.*

Solutio quaestionis Palamiticae. Τόμος τῆς Παλαμιτικῆς ζητήσεως. Gesner. *Ioannis Cantacuzeni* de lumine in monte Thabor aduersus Isaacum Argyrum memorat *Labbeus* p. 86. bibl. nouae MSS. *Fabr.* *Cantacuzen.* contra If. Argyrum *Parif.* in bibl. publ. codd. MCCXLII. nr. 1. (de quo cod. v. cat. MSS. regg. Parif. II. pag. 263.) et MCCXLVII. nr. 6. — Excerpta ex Cantacuzeni capitibus contra Isaac. Argyr. *Vindob.* in cod. CCLXVI. nr. 10. v. *Lambec.* comm. V. p. 428. *Harl.*

Carmina de duodecim ventis. Fuere apud Hurtadum Mendozam, teste Gesnero in bibl. pag. 467.

Encomium martyris Demetrii. Gesner.

In dictum Ioh. XV. 12. hoc praecipio vobis, ut ametis vos inuicem. id.

De metris poeticis fuit apud Io. Sambucum. Vide et catalogum MSS. Angliae tom. II. p. 246. n. 8558. *Fabr.* Conf. supra ad vol. VI. p. 337. et 344. sub voc. *Isaacus Argyrus.* *Harl.*

[*De facultatibus animae; Venet.* in cod. Marc. DLXXXIX. vid. cat. codd. Marc. p. 309. — *Monac.* in cod. Bauar. XXVII. v. *Hardt.* in Aretini Beytr. a. 1803. part. 4. p. 19. *Harl.*]

Index scriptorum et epistolarum, quae referuntur vel citantur in actis concilii quinti, CPoli a. 553. habiti contra tria capitula r).

Ad paginas tomi tertii concilior. edit. Harduin.

Ex Aegyptiorum epistola synodica contra Origenem. Ἐκ τῆς ἐκτεθείσης ὑπὸ τῶν κατ᾽ Αἴγυπτον καὶ Ἀλεξάνδρειαν ἐπισκόπων συνοδικῆς ἐπιστολῆς κατὰ τῶν Ὠριγένους δογμάτων. pag. 264.

Anasta-

r) Conf. *Schroeckh.* Histor. eccles. christ. germanice scriptam, tom. XVIII. p. 596. sqq. et 601. seq. ac de tribus capitulis, ibid. p. 571. sqq. Idem p. 601. seq. citat *Norisii* diss. hist. de synodo V. oecumenica, in adpendice ad historiam Pelagianam, s. l. 1677. fol. qui contendit, Origenem et Theodorum Mopsuest. tamquam auctores haereseos Pelagianae in ista synodo iure esse damnatos. Norisium quidem *Garnier* in diss. de synodo quinta, in Theodoreti Opp. tom. V. p. 512. seq. ed. Schulzii corrigit; at multa quoque acerbe culpat obscuratque. Idem *Schroeckh.* ibid. p. 603. laudat *Mücke* de tribus capitulis concil. Chalcedon. Lips. 1766. 4. in fine de quinta agitur synodo. add. *Caue* Hist. litter. S. S. eccl. I. pag. 560. sqq. *Harl.* Acta concilii Oecum. V. leguntur in *Mansi* collect. conc. amplist. tom. IX. p. 274. sqq.

Ibae

s) Electus in fchismate contra Bonifatium fecundum.

Ibae Edesseni episc. epistola, quam ad Marim Persam haereticum scripsisse confingitur [t]) 140. 141. de eadem 39. seq. 56. 59. 142. seqq. ad 170. vbi condemnatur, et 194. 200. seq. 215. 217-241. 244. 308. 325. 328.

Ioannis Antiocheni et orientalium episcoporum libri et epistolae ad Theodosium imp. et alios citantur 320.

Ioannes, CPolitanus episcopus, quem Chrysostomum vocant, et Flauianus, eiusdem ciuitatis episcopus, licet violenter exclusi, non tamen pro damnatis habiti. 37. 320. post mortem restituti diptychis. 58. ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ λόγῳ τῶν εἰς κτίσιν citatur 249. 252. ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὴν ἀνάληψιν. 253. ἐκ τῆς πρὸς Θεόδωρον τὸν μοναχὸν πρώτης ἐπιστολῆς. 272. ad Theodorum Mopsuestenum 320. ἐκ τοῦ ὑπομνήματος τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης Ἐπιστολῆς. 272.

Italiae clericorum epistola ad legatos Francorum CPolin ad concilium a. 553. proficiscentes. 47.

[P] Iustiniani imp. epistola ad Eutychium CPol. et alios episcopos, 54. alia 186. ad Ioannem metropolitanum Anazarbenae (Iustinopolitanae) ciuitatis. 123. ad Cosmam Mopsuestiae episcopum. 123. aduersus Origenem liber, graece et latine. 243-282. Epistola ad synodum CPol. de Origene et sectatoribus eius 282. 283. Edictum siue confessio fidei aduersus tria capitula. 288-322. Epistola ad synodum CPol. de Theodoro Mopsuesteno et reliquis. 322-328. omnia graece et latine.

Leonis papae epistolae ad synodum Chalced. et ad Pulcheriam Augustam citantur. 43. Epistola de sancta et orthodoxa fide laudatur. 217. 230. seq. ad Leonem Augustum, et ad Anatolium CPol. 44. ad Flauianum. 163. Eutychem Romae suscepit eique rescripsit, postea errores eius condemnauit. 121. seq. 317.

Menae CPol., Theodori Caesareae Cappadociae, Andreae Ephesini, Theodori Antiochiae Pisidiae et Petri Tarsensis episcoporum professio fidei. 10. 11. [conf. *Schroeckh.* l. c. tom. XVIII. p. 547. etc.]

Mopsuestenae synodi a. 550. celebratae acta. 124-132. quibus Theodorus Mopsuestenus e diptychis exulare, (adde p. 316.) Cyrillus Alex. in illis celebrari cognoscitur.

Nestorius cum Paulo Samosateno et Bonoso damnatus. 39. eius loca quaedam. 169. 170. ad Cyrillum Alex. epistola. 149. Incipit: *Iniurias quidem, quae contra nos sunt.* Locus ex epistola ad Alexandrum Hierapolitanum citatur. 168. et 309. vbi Alexander ille vocatur haereticus.

Origenes, qui et Adamantius. 272. 281. presbyter Alex. 272. post mortem anathematizatus. 122. 198. 280. nemo ordinandus episcopus aut monasteriorum praefectus, nisi Origenem anathematizet vna cum aliis haereticis Sabellio, Ario, Apollinario, Nestorio, Eutyche, Dioscoro, Timotheo Aeluro, Petro Moggo, Anthimo Trapezuntis, Theodosio

t) Ita Vigilius papa in constituto p. 240. adde p. 215. vbi Ibas dicitur epistolam illam a se scriptam negasse.

*) Siue p. 917. ſeq. ed. Kollar. ex cod. Vindob. XLV. nr. 32. p. 915. ſqq. et Kollar. p. 917. in nota obſeruat, canones illos etiam in aliis collectionibus, atque in *Manſii* ampliſſima canon. collect. IX. p. 395. legi. add. *Fabric.* infra, vol. XI. pag. 29. ſqq. ed. vet. *Manſium* l. c. p. 272. 387. ſqq. et *Schroeckh.* hiſt. eccleſ. chriſtian. tom. XVIII. p. 48. ſqq. et, de quaeſtione, num Origenis dogmata in illo concilio ſint damnata, p. 56. ſqq. inprimis *Walch.* in hiſt. haereſium etc. tom. VII. p. 666. ſqq. ac VIII. p. 281-291. *Harl.*

*) Conf. *Schroeckh.* hist. eccl. christian. tom. XVIII. p. 262. sqq. *Harl.*

ſtola exſtat 183. Epiſtola ad Eutychium CPol. 61. alia 214. vtraque graece et lat. Epiſtola ad Iuſtinianum imperatorem et Theodoram Auguſtam, latine 175. addo 1070. *Fabr.* conſ. *Schroeckh.* l. c. tom. XVII. pag. 225. ſqq. tom. XVIII. p. 548. ſqq. 576. ſqq. 595. ſqq. 599. ſqq. 602. *Harl.*

Index ſcriptorum, quae adferuntur vel citantur in conciliis duobus aduerſus MONOTHELITAS w) *habitis, Lateranenſi a. C. 649. Romae ſub Martino papa; et CPolitano ſexto oecumenico a. 680.*

Ad paginas tomi III. concilior. edit. Harduin. Lateranenſe p. 687. et CPolitanum p. 1043. incipit.

Ex

w) De concilio *Lateranenſi* v. *Labbei* concill. tom. VI. pag. 75–388. [*Manſi* coll. ampl. t. X. p. 1185. ſqq.] *Caue* hiſt. lit. SS. eccl. tom. I. p. 603. *Walch.* Hiſt. haereſium etc. tom. IX. p. 222. ſqq. et *Schroeckh.* Hiſt. eccleſ. chriſt. tom. XVIII. p. 595. ſqq. et 601. ſqq. tom. XX. p. 425. ſqq. [*Röſsler* Bibl. der Kirchenv. X. 446.] — De concilio ſ. ſynodo *CPolit.* [*Manſi* tom. XI. p. 207–684. *Röſsler* l. l. X. pag. 475. ſqq.] *Schroeckh.* ibid. pag. 438. ſqq. 445. ſqq. et 448. vbi plures citantur libri de *Honorio.* v. infra voc. *Honorius.* add. infra, vol. XI. p. 469. ſeq. ed. vet. et *Caue* l. c. p. 605. ſqq. qui p. 566–610. de ſaeculo ſeptimo Monotheletico, primum ſcriptores ab a. Chr. 601–699. vbertim perſequitur, dein p. 601–610. concilia illo ſaecula habita ſecundum temporis ordinem recenſet. *Harl.*

Cerinthus

Ioannes

x) Huius bibliothecae iterum mentio p. 1193. 1201. 1205. 1212. 1213. 1296. 1247. 1240. 1253. 1220. 1224. etc.

Sergius

Theodu-

Monotheletarum haereseos, vnam in Christo voluntatem defendentis, promachi.

Anastasius Apocrysarius, notatus a Sophronio Hierosol. in epistola synodica supra p. 186. ed. vet.

Apergius, episcopus Perges, supra pag. 186.

Athanasius Syrus, catholicus Iacobitarum, de quo Theophanes, Zonaras, Cedrenus. Vide Baron. ad a. 629. et Combefisii hist. Monothelitarum pag. 17. seq. supra p. 187.

Constantinus, Apameensis presb. supra p. 188.

[P] *Cyrus*, Alexandrinus episc. ἑνωθεὶς Θεοδώρῳ τῷ Ἐπισκόπῳ Φαράν, vt est apud Theophanem, Cedrenum etc. supra p. 189.

Georgius Cyprius, patriarcha CPol. ab a. 679. ad 683. Monothelitis primum adsensus, qui postea resipuit et ad catholicam doctrinam accessit. Vide *Paulum Diaconum* VI. 14. de gestis Longobardorum, vbi male Gregorius excusum pro Georgio. Sed Georgium recte habet Humbertus cardinalis aduersus Graecos de azymo et fermentato.

Heraclius imp. supra p. 192.

Honorius

Honorius papa; supra p. 197.

Ioannes CPol. patriarcha ab a. 711. ad 715. vide synodicum Pappi c. 136. 137. sed et Iohannis huius epistolam apologeticam ad Constantinum papam romanum, quam graece et latine edidit *Combefisius* tomo II. auctarii noui p. 211. sq. *Fabr.* *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XL. (in quo reperiuntur *canones ecclesiastici diuersorum*,) nr. 53. plut. 5. est *Ioannis* patriarchae CPol. *diiudicatio synodica de rebus, quae ad monasteria pertinent* etc. quam totam gr. euulgauit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. tom. I. p. 76. sq. et p. 79. in eod. cod. nr. 71. testatur, custodiri *ex synodico tomo* eiusdem Ioannis. — Conf. *Caue* hist. liter. SS. eccl. I. p. 619. ad a. 712. ed. Basil. et *Oudin.* comment. de SS. eccl. tom. I. p. 1672. ad a. 710. *Harl.*

Macarius Antiochenus, supra pag. 194. sq.

Macedonius Antiochenus, supra pag. 195.

Paulus CPol. patriarcha ab a. 641. ad 655. supra p. 197. *Fabr.* Conf. *Walch.* hist. haer. tom. IX. p. 88. sqq. et *Schroeckh.* l. c. tom. XX. p. 422. sqq. *Harl.*

Petrus ab a. 656. ad 666. patriarcha CPol. supra p. 198.

Philippicus Bardanes, imp. acta synodi sextae rescindere ausus, vide synodicum Pappi cap. 136. Suidam in Φιλιππικος. Et quae Combefisius ad calcem historiae Monothelitarum edidit, Agathonis diaconi relationem et Ioannis CPol. epistolam ad Constantinum papam Romae.

Polychronius. Photius cod. XIX. et epist. 1. pag. 13. supra p. 198.

Pyrrhus ab a. 639. ad 642. atque iterum 655. quo obiit, patriarcha CPol. de cuius actis disputationis cum S. Maximo dixi volum. VIII. p. 736. Alia eius supra p. 198. Haeresin monothelicam, quam oblato fidei catholicae libello eiurauerat, cum deinde iterum fuisset amplexus, Theodorus papa Rom. depositionem eius manu sua scripsit, stillato in atramentum vino consecrato, siue sanguine dominico, vt praeter Theophanem, (a quo solo id traditum, scribit *Combefisius* p. 49.) narrat auctor synodici c. 131. [v. ad ind. antec. voc. *Pyrrhus*.]

Sergius, CPol. patriarcha ab a. 610. ad 639. Supra p. 199.

Stephanus monachus, Macarii Antiocheni discipulus. Supra p. 200.

Theodorus Alexandriae vicarius, qui Theodorus Aegyptius dicitur in synodico Pappi c. 134. supra p. 201.

Theodorus Pharanites primus, auctor ac dux totius monothelitici certaminis. Supra, p. 281.

[P] *Theodosius*, Caesareae Bithyniae episcopus, cum quo collationem instituit Maximus confessor, quam videre licet in Anastasii collectaneis.

Monothe-

Monotheletarum oppugnatores et de eorum historia consulendi y).

Acta concilii Lateranensis a. 649. et concilii VI. oecumenici a. 680. CPoli in Trullo celebrati, quae exstant in conciliis Binii tom. II. et III. Labbei tom. VI. et Harduini tom. III. Varias lectiones actorum concilii VI. codicis Tiliani edidit *Combefisius* ad calcem historiae Monothelit. pag. 241. sqq. [v. supra de iis ad indic.]

Agathonis diaconi relatio edita gr. lat. ab eodem Combefis. p. 199.

Anastasii bibliothecarii collectanea, a Sirmondo edita tom. I. opusc. Paris. 1620. 8. et recusa in bibliotheca patrum edit. Lugd. tom. XII. pag. 831. et in operibus Sirmondi iunctim editis Paris. 1696. fol. tomo III. atque ex parte ante tomum I. operum S. Maximi, quae vulgauit Combefisius. [v. supra, vol. X. p. 602. sqq.]

Euthymius in panoplia parte 2. tit. XVIII. in editione latina tomo XIX. bibl. patrum edit. Lugd. pag. 191. seq. sed in graeca editione Tergobystena τια. κα. [conf. supra, vol. VIII. p. 328. sqq.]

Eutychius tom. II. annal. p. 64. 323. sqq. 348. sqq. aliique historici Nicephorus CPol. Theophanes, Zonaras, Cedrenus etc.

Germanus de sex synodis oecumenicis apud Steph. le Moyne tom. I. Var. sacr. pag. 77. seq. alius de septem synodis Anonymus, ibid. pag. 105. seq. 121. seq.

Humbertus cardinalis aduersus Graecos de azymo et fermentato apud Baron. tom. XI. Annal. pag. 798. sq. vbi etiam Honorii a synodo VI. cum Macario, Cyro, Sergio, Pyrrho, Paulo, Petro anathematizati meminit.

Ioannes Damascenus de haeresibus c. 83. et 99. et de orthodoxa fide III. 16. et de duabus voluntatibus tom. I. p. 527. seq. et homilia in sabbatum sanctum tom. II. p. 820. Harmenopulus de sectis cap. VIII. etc.

Ioannes eleemosynarius, papa Alex. Vide Combefisii hist. Monothelitarum pag. 26. seq.

Ioannis, papae romani, typus aduersus Monothelitas ad Dauidem et Heraclium, Heraclii imp. filios, missus memoratur in synodico Pappi cap. 130. [conf. *Oudin.* comment. etc. I. col. 1617. *Harl.*]

[P] S. Maximus confessor, de cuius scriptis dixi volum. VIII. pag. 729. sq. [s. vol. IX. pag. 635. sqq. n. ed.]

Nicetas Choniates in thesauro orthodoxae fidei, tomo XV. adhuc inedito.

Paulus diaconus VI. 4. de gestis Longobardor. vbi male *Gregorius* CPolitanus vocatur pro *Georgio*.

Photius

y) Conf. *Walch.* hist. haer. tom. IX. pag. 78. sqq. 662. sq. etc. *Harl.*

Photius in cod. XIX. bibl. et de septem synodis: nec non libello de voluntatibus in Christo gnomicis, cum Anonymi (Turriani ni fallor) diss. aduersus Photium a Steuartio edita. Vide quae dixi volum. IX. p. 520. et 560. [quae initio vol. sequentis legentur.]

Sophronius Hierosol. cuius synodica inserta actis concilii VI. actione XI. Etiam aliam exinde publicasse, aliaque synodo congregata Monotheletas damnasse suspicatur Combefisius p. 32. seq. [v. *Walch.* l. c. IX. p. 523. sqq. et quae ad indic. anteced. sub h. v. adnotata sunt. *Harl.*]

Synodicon Pappi cap. 121. sqq. ad 137.

E recentioribus scriptoribus:

Natalis Alexander in selectis historiae eccles. capitibus saeculo VII. p. 23. sqq. edit. in fol. et in dissertatione V. quae et aduersus Monothelitarum haeresin.

Leo Allatius lib. I. de consensu vtriusque ecclesiae cap. 26. p. 451. sqq.

Gottfr. Arnold. Kirchen und Ketzer Historie etc. tom. I. lib. 7. cap. 4. p. 301. sq. edit. Schaffhausen, 1740. fol.]

Caesar Baronius tomo VII. Annalium, et alii saeculi VII. scriptores ecclesiastici, nec non ad acta concilii sexti *Seuerinus Binius,* et in notitia ecclesiastica *Ioannes Cabassutius* etc.

[*Fridem. Bechmanni*, D. et Prof. theol. Ienens. Haeresiographia, Ienae 1700. 4. p. 133. sqq. conf. *Buddei* Isagoge etc. p. 918. *Harl.*]

Caspar Caluoerius in fissuris Sionis, Lips. 1705. 4. p. 285. sqq.

D. Martinus Chladni diss. de Monothelismo Honorii papae in concilio VI. damnati, aduersus Binium et Cabassutium. Witeb. 1710. 4.

Franciscus Combefisius prolegomenis et notis ad S. Maximi, Monothelitarum mallei, opera: nec non in historia haereseos Monothelitarum, et diss. apologetica pro actis sextae synodi aduersus Albertum Pighium et card. Baronium, nec non de Honorii causa eiusque iustitia. Paris. 1648. fol. in tomo II. auctarii noui bibliothecae patrum. Historiam illam, a sacra congregatione prohibitam, narrant, ob quaedam durius dicta in Baronium, Honorii papae defensorem. Vide *Io. Launoii* epistolas pag. 555. edit. Lond. In eamdem propterea inuehitur *Theophilus Raynaudus*, tom. XII. opp. p. 660.

Lambertus Danaeus ad S. Augustinum de haeresibus supplemento, cap. 93. et alii de haeresibus scriptores, vt *Alphonsus de Castro, Gabriel Prateolus, Bonauentura Maluasia* etc.

[P] *Antonius Dexallier* in historia Monothelitarum, Paris. 1679. 8. quam a Casp. Sagittario tom. II. introductionis ad hist. eccles. p. 691. memoratam haud vidi.

Ioannes Forbesius in instructionibus historico-theologicis libro V.

Dionysius

Dionysius Petauius libro VIII. et IX. dogmatum theol. de sacra Verbi incarnatione.
[*Pfaffius* in Introduct. in histor. theol. litterar. p. 251. not. 39. *Harl.*]

Albertus Pighius, cuius Hierarchiae ecclesiasticae assertionem libris VI. editam habemus, Colon. 1572. fol. diatriba, qua actis sextae synodi auctoritatem conatur detrahere, confutata a Combefisio in dissert. apologetica pro actis sextae synodi, post histor. Monothelit. pag. 66. seqq.

Caspar Sagittarius introductione in historiam ecclesiasticam, tom. I. pag. 1070. seqq.
Wolfgangi Dauidis Schoepfii diss. historica de Monothelitis. Witeberg. 1682. 4.

[*Io. Matthias Schroeckh.* in Christliche Kirchengeschichte, tom. XX. pag. 386-458. qui de tota controuersia, de multis et adseclis et oppugnatoribus, in indice antea memoratis, sollerter agit, et in fine moderate iudicat: pag. 454. sqq. curate disputat de *Maronitis*, quorum in oriente coetum non incongrue Monotheleticam ecclesiam dici, docere instituit *Io. Ern. Gerhardus* in diss. de eccl. Maronitarum Ienae 1668. 4. atque *Maronitas* a quibusdam haberi Monotheletarum foetum, obseruauit *Moshem.* in Institutt. hist. eccl. antiquioris p. 499. idque ostendit *Renaudot* in hist. patriarch. Alexandrin. Iacobit. pag. 149. sq. Add. de Maronitis *Assemann*, qui ipse se in fronte operis profitetur Syrum Maronitam, in Bibl. Orientali Clementino-Vaticana, tom. I. p. 498. vbi de *Ioanne Marone*, patriarcha Antiocheno, circ. a. C. 700. auctore sectae, vbertim agit, et ex Stephani Edonensis, patriarchae Antioch., Vindiciis Maronitarum lib. I. cap. 7. sqq. acta Ioannis Mar. summatim syriace et lat. excerpsit; p. 501. sqq. de eorum origine p. 507. et p. 508. ac pag. 524. Maronitas ab haereseos crimine vindicare adlaborat: it. in tom. II. p. 204. 291. vbi et pag. 298. eos contra Gregorii Bar-Hebraei calumnias, ab haeresi Monothelismi et Monophysismi liberare sustinet, etc. — in tom. IV. p. 433. sq. 789. sqq. 903. sqq. *Harl.*]

D. *Aegidii Strauchii* diss. de Monothelitarum haeresi, Witeb. 1665. 4.
Io. Caspar Suicerus in thesauro ecclesiastico, voce Θέλημα.
Io. Baptistae Tamagnini Veneti [siue potius *Ant. Mich. Fouquieres*, Paris. mon. Benedict.] historia Monothelitarum et Honorii controuersia, scrutiniis octo comprehensa. Opus postumum. Paris. 1678. 8. Iournal des Sauans a. 1678. p. 328. et Giornale de letterati di Roma 1678. p. 133.

[In primis commendanda est diligentia *Walchii*, theologi quondam Gottingens. qui in hist. haeres. saepius laudata, tom. IX. p. 1-166. omnia paene scitu memorabilia de illa secta, de Monothelitis, eorum scriptis fatisque curate collegit, moderate expendit atque iudicauit, et multos libros locaque de illis excitauit. *Harl.*]

[Add. P. *Iac. Chmel* Vindiciae Concilii Oecum. VI. queis aequitas et veritas censurae synod. aduersus Honorium I. ostenditur. Accedit Diss. de ortu et progressi Monothelitarum. Prag. 1777. 8.]

GERMANVS ex Cyzici metropolita z) a. 715. patriarcha CPol. sed quod Leonis Isauri

z) Vide vitam Stephani iunioris in analectis graecis Benedictin. siue tomo IV. monumentor. Cotelerii pag. 404. et Anonymi narrationem de S. Germano, quam graece et latini exhibet *Combefisius*

Isauri imp. edictis contra imagines promulgatis constanter resisteret, a. 730. deiectus *), successorem habuit Anastasium iconomachum, et priuatus a. 740. diem obiit, post mortem ab iconomachis a. 754. sub Constantino Copronymo CPoli congregatis anathemate percussus cum Georgio Cyprio et Ioanne Damasceno aa). [P] A Graecis et Latinis colitur vt ὁμολογητὴς siue Confessor, XII. Maii, vide *Henschenium* in actis sanctor. tom. III. Maii pag. 155. seqq. Scripta eius sunt:

I. *De sex synodis*, περὶ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων, πόσαι εἰσὶ καὶ πότε καὶ διὰ τί συνηθροίσθησαν, *de synodis oecumenicis, quot, quando et quare fuerint congregatae.* Sine

fisius in auctario nouo bibl. patrum p. 1462. seq. vbi patriarchatum CPol. gessisse dicitur annos XIV. et menses VI. *Fabr.* Conf. supra in vol. X. p. 231. — *Vita Germani*, in cod. *Barocc.* CCXL. inc. Οὗτος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν. — *Florentiae* in bibl. Benedictin. b. Mariae. v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. p. 414. *A.* — In epistola Nicaenae synodi ad Alexandrinorum ecclesiam, edita gr. et lat. a *Montfaucon.* in bibl. Coislin. p. 96. sqq. bis n. p. 99. et 100. laudatur *Germanus.* — De *Germano* I. vid. etiam *Pagii* critic. Baron. ad a. 714. II. pag. 255. a. 726. nr. IV. p. 357. a. 730. I. — IV. p. 387. sqq. tom. XII. — *G. Caue* hist. lit. SS. eccl. tom. I. pag. 621. sqq. — *C. Oudin.* comment. de SS. eccl. tom. I. p. 1673. sqq. ad ann. 720. contra Cau. — *Assemanni* Kalendar. eccles. vniuers. tom. VI. p. 341. — *Du Pin* hist. eccl. vol. VI. p. 92. — *Moller.* Homonymoscop. sect. II. cap. 5. §. XXXI. p. 465. sq. — *Le Quien* oriens christ. tom. I. pag. 235. *R. Ceiller* hist. gen. des Aut. eccl. tom. XVIII. p. 62. — *Hamberger.* zuverläss. Nachricht. part. III. pag. 524. sq. — *Saxii* Onom. lit. part. II. p. 83. ad a. 715. — *Walch.* in hist. haeresium etc. german. scripta, tom. X. cap. IV. de controuersia, propter imaginum cultum orta, pluribus locis, pag. 98. sqq. 166. sq. 186. sqq. de Baronii in Annal. a. 726. §. 1-40. etc. narratione de ista controuersia: tum p. 191. sqq. de Ludou. Maimburg. narratione in histoire de l'heresie des iconoclastes p. 35-113. part. III. edit. eiusdem Histoires, Paris. 1686. 4. dein de narrationibus Natalis Alexandri, Frid. Spanhemii, Iac. Basnagii, Ant. Pagii et Moshemii in eius hist. eccl. a Schlegelio versa, part. II. pag. 55. Idem *Walch* p. 191. sqq. plura de Germano collegit, suumque subiunxit iudicium. Porro p. 238. sqq. multa de eo traduntur, interdum examinantur. — *Schroeckh.* hist. eccl. christ. tom. XX. p. 135. sq. de *Germani* sermonibus, (qui interdum Germano II. saec. XIII. adtribuuntur,) in praesentat. adnuntiat. et dormit. S. Mariae, et pag. 526. sqq. de cultu imaginum, ab illo acriter constanterque probato defensoque. — *Theophil. Sigefr. Bayer.* in epist. ad De la Croze in Thesauro epistol. Lacroz. tom. I. pag. 27. animaduertit, *Mar* esse honoris vocabulum, at honorificentius, quam Κῦρ, recentiorum Graecorum titulum; hinc Thomam quemdam, ab Antiocheno patriarcha imperatorem, ab incerto autem Theophanis continuatore fol. 296. Μαρθουμα esse nuncupatum, titulo vtique potentiae argumento a Syris accepto: ex eo *Germanum* patriarch. CPolit. apud Pachymerem vocatum esse Μαρκίττου· sic enim Persas vsos esse hoc vocabulo, prouti fere tituli soleant mutui fieri. *Harl.*

*) [Aut se ipse abdicauit munere. v. *Walch.* hist. haeres. tom. X. p. 240. sqq. *Harl.*]

aa) Γερμανῷ τῷ διγνώμῳ καὶ ξυλολάτρῃ ἀνάθεμα. Refertur in actis synodi Nicaenae secundae actione VI. vbi Germanus defenditur, celebraturque his verbis: Γερμανοῦ τοῦ ἐν ἱεροῖς γράμμασιν ἀνατεθραμμένου, καὶ ὡς Σαμουὴλ ἐκ βρέφους τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένου, καὶ τῶν θεσπεσίων πατέρων ἰσαμίλλου, οὗ ταῖς διαλογαῖς ἐξακολουθεῖν ἀναγκαῖον, διαβεβόηνται τὰ συγγράμματα ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. Καὶ γὰρ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι αὐτοῦ, καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ ἀκοντιζόμεναι κατὰ τῶν ἀπαθέντων τῇ ἐκκλησιαστικῇ παραδόσει. *Fabr.* v. *Mansi* collect. concil. ampliss. tom. XIII. pag. 203-363. *Walch.* hist. haer. tom. X. pag. 309. sq. et pag. 397. sq. coll. tom. IX. p. 448. p. 465. et 471. de Germano, qui aliquamdiu Monotheletarum sectae adhaesit, dein eam deseruit: in tom. X. pag. 398. idem disseruit de *Georgio Cyprio* et memorauit *Mansi* collect. tom. XIII. pag. 357. aliosque VV. DD. *Harl.*

[*Paris.* in bibl. publ. in ind. ad vol. II. catal. in voc. *Michael monachus*, additur, *idem forte cum Michaele Syncello*, eique adhuc tribuuntur *oratio in Isaacium et Dalmatium* in cod. DXLVIII. nr. 30. inc. ἱερὰν πανήγυριν· *in laudem Zachariae* in cod. MCDLIV. nr. 4. — et *Michaelis*, monachi et presbyteri, epiftola ad Tyri archiepifcopum vbi de rebus ad morum doctrinam pertinentibus differitur: fubiuncti funt verfus quidam eiusdem argumenti, in cod. XXXIX. nr. 16.

Michaelis monachi et Syncelli fermo *de cunctis poteftatibus coeleftibus*, in cod. Mofquenfi CCVI. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mofq. pag. 130. nr. 7. in bibl. Bodleiana in cod. *Io. Seldeni* LIII. nr. 13. fiue cat. MSSt. Angliae etc. vol. I. nr. 3383. — et *Mediolani* in bibl. Ambrof. bis. ibid. Mich. monachus *de incarnatione.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 501. *E.* et p. 520. *D. Harl.*]

Alii Michaeles, qui graece fcripferunt.

Michaël *Acominatus* Choniates, Nicetae hiftorici frater maior natu, metropolita *Athenienfis* et rhetor circa a. 1210. cuius hiftoriarum [ℙ] pars MS. in bibl. caefarea: et variae lucubrationes graecae MSS. Oxoniae in bibl. Bodlei. cod. Barocc. CXXXI. vt dixi volum. VI. pag. 402. [t]) vbi de Niceta, fratrisque Michaëlis monodia in illum defunctum, quae latine tantum prodiit ex Petri Morelli verfione atque incipit: *O calamitofum nuncium.* Sed quae graece exftat [*Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXXXIV. et] in iam dicto codice *Baroctiano*, eius hoc eft initium: κωφὸς μὲν ἀνήρ. Oratio in Michaëlem patriarcham, quae eft in eodem codice, atque incipit: ἔστι πȣ, fortaffe fuerit in Michaelem Autorianum, patriarcham CPolitanum defunctum a. 1214. Oratio funebris in Neophytum archimandritam Athenienfem, incipit: εἰ Σολομῶν ἔφη πȣ γνωματεύων. *Fabr.* Verfus iambici de priftina Athenar. dignitate, in cod. *Paris.* bibl. publ. MLXIII. *Harl.*

Michaël

[t]) Siue vol. VII. p. 737. fq. not. oo. vbi plura in noua ed. adfcripfi. Add. bibl. patrum, Colon. Agr. 1618. fol. vol. XII. part. 1. p. 612. — *Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. II. col. 1712. fq. ad a. 1200. vbi is codd. in bibl. *Bodlei.* adferuatos memorat. *Caue* hift. litt. SS. eccl. tom. II. p. 280. ad a. 1204. de eo et de codd. *Saxii* Onom. II. p. 289. *Angeli Mar. Bandini* epift. de Michaele Acominato, eiusque fcriptis Florent. 1767. 8. — fupra, vol. VIII. p. 541. §. VI. infra in cap. feq. pag. 290. ed. vet. de *Euftathio* Theffalon. — Alius *Michael Athenienfis metropolita*, cuius plura opufc. in cod. *Barocc.* CXXXI. exftant, difcernitur, eiusque aetas a. 1170. adfignatur ab *Oudino* l. c. II. pag. 1536. Add. fupra ad vol. VII. antea citat. *Harl.*

Michaël, patriarcha *Alexandrinus*, cuius epiſtola ad Baſilium Macedonem imp. a. 870. data exſtat in actis concilii CPol. illo anno celebrati actione IX. tom. VIII. Labbei pag. 1111. latine, et graece ac lat. p. 1326. (Harduin. tom. V. p. 884. et 1091. Manſi t. XVI.) *Fabr.* Conf. infra vol. XI. p. 539. vet. edit. et de *Michaele* III. archiep. Alexandr. ibid. p. 555. *Harl.*

Michaël *Anchialus*, vide infra, CPolitanus patriarcha.

Michaël, *Antiochenus* patriarcha circa a. 1580. cuius epiſtolae quaedam in Cruſii Turco-Graecia lib. I. et IV. [v. vol. VIII. p. 94. et p. 88.]

Michaël Ἀποςόλης ſiue APOSTOLIVS, Byzantinus, exſul e Graecia in Italiam venit medio ſaeculo decimo quinto: a Beſſarione primum benigne habitus, deinde eius destitutus liberalitate, in Creta inſula libris deſcribendis vitam tolerauit. Vide *Allatium* III. 3. de conſenſu §. 7. pag. 938. *Montfauconi* Palaeographiam graecam p. 82. et *Lambecium* VII. p. 114. m). Pater fuit *Arſenii* patria Cretenſis, Monembaſiae, in ditione tunc Veneta,) epiſcopi, (cuius plura ſcripta n) habemus,) nec non *Ariſtobuli Apoſtolii*, hierodiaconi, cuius.

m) Siue p. 243. ſqq. ed. Kollar. de cod. caeſar. LXIX. in quo plura ſunt ſcripta Michael. Apoſtolii. — *Humphr. Hodium* de Graecis illuſtribus L. Gr. — inſtauratoribus etc. Londin. 1742. 8. p. 78. et ſaepius, vt poſtea adnotabimus ſuis locis; *Boerner.* de doctis Graecis etc. pag. 152-165. — *Caſim. Oudin.* in comm. de SS. eccl. tom. III. pag. 2514. ſqq. ad a. 1450. qui multus eſt de eius ſcriptis horumque codd. msst. — *Robert. Gerium* ad Guil. Caue hiſt. litt. SS. eccl. II. p. 150. ſq. ad a. 1440. *Saxii* Onom. lit. II. p. 438. ad a. 1450. et quae ſcripſi in Introd. in hiſt. L. Gr. tom. II. part. I. p. 551. ſqq. atque in Supplementis ad illam, tom. II. p. 66. *Harl.*

n) Hic eſt *Arſenius*, qui ſcholia graeca in ſeptem tragoedias Euripidis collegit, eaque graece edita Venetiis 1534. 8. [conf. ſupra, vol. II. p. 259. *Harl.*] dicauit Paulo III. pontifici, epiſtola plena querelarum, in qua et Graecos et ſe contemni fremit. Μάχονται Ἀγαρηνοὶ Χριςιανοῖς, ἀμφότεροι δὲ τοῖς ταλαιπώροις Γραικοῖς — — ἡμᾶς δὲ δύςηνοι Μεγαρῆες. — Iam quintum decimum annum Romae meliorem fortunam fruſtra exſpectaſſe ſe apud Leonem X. expoſtulat: Ταῦτα δὲ καὶ τοιαῦτ' ἐν Ῥώμῃ πεντεκαιδέκατον ἔτος οἶμαι τινὶ γονυπετῶν ἐνώπιον Λέοντος τοῦ πανηγιωτάτου παρετραγῴδησα γεραιῶς· ὃς οἴκτῳ τινὶ συσχεθεὶς, προμήθειάν τινα γραφῆναι προςτέταχεν, ἥτις ἐς τόδε μένει νεκρά. Ait, non fore iniquum, ſi in tanto cardinalium numero vnus etiam vel alter Graecus cooptetur, καίτοιγε οὐκ ἀπεοικὸς ἦν ἕνα ἢ δύο τῶν Ἑλλήνων ἐν τοσούτοις παντοδαποῖς ἐγκαταριθμεῖσθαι τῶν Καρδηνάλεων. Anno proximo 1435. hic Arſenius Venetiis e vita diſceſſit. Vide *Lambecium* VII. p. 236. ſeq. [ſiue pag. 505. ſqq. ed. Kollar. de cod. caeſar. CXXVIII. nr. 12. vbi exſtat anonymi cuiusdam *hiſtorica adnotatio de vita et obitu Arſenii*, Monembaſiae in Peloponneſo metropolitae ſ. archiepiſcopi. Atque Lambec. ex illo opuſculo longum excerpſit de Arſenio teſtimonium, quo Arſenium a patriarchae *Pachomii*, cuius diploma *exauguratíonis et excommunicationis Arſenii* integrum illi narrationi inſertum eſt, iniuria et ab *Emmanuelis Malaxi*, Peloponneſii, adcuſatione atque condemnatione vindicare adlaborauit. Idem Lambec. *Martini Cruſii* teſtimonium ex eius adnotatt. in Em. Malaxi hiſtoriam eccleſiaſticam CPolitanam p. 199. in Turco-Graecia adtulit et emendauit. Add. *Lambec.* I. p. 274. ibiq. Kollar. Vita *Arſenii* in cod. Moſquenſi IX. nr. 1. βίος — Ἀρσενίου τοῦ μεγάλου· ἀλλὰ τῶν σπουδαίων ἄρα καὶ φιλαρέτων ἀνδρῶν· μηνὶ ἰουνίῳ ιζ. v. *Matthaei* notit. codd. Moſquenſ. p. 25. ed. in 8. vbi in nota, haec ait, conferri poſſunt cum menologio, quod cum ſynaxario edidi in II. mea euangeliorum editione. v. p. 763. — in cod. CCXXV. nr. 5. adſeruatur Arſenii Monembaſiae epiſtola: ἔναγχος μαθὼν τὴν τοῦ κοινοῦ παιδὸς τελευτήν· v. *Matthaei* l. c. p. 148. — Epiſtola, gr. edita a *Io. Lamio* in Deliciis eruditor.

4. Flo-

ius epigramma graecum legitur in Varini Camertis thesauro siue hortis Adonidis, Venet. a. 1496. editis. Idem *Aristobulus* praefationem graecam praefixit poëmati ludicro, cui titulus *γαλεωμυομαχία* *), et in eo mentionem facit duplicis operis a parente suo Michaële Apostolio ad Casparum Vxamae siue Osmi in Hispania episcopum concinnati, quorum prius, *ἰωνιὰ* siue *violetum*, non violis, sed sententiis et apophthegmatibus virorum sapientum consitum, necdum lucem vidit: alterum *de prouerbiis* vltra bis mille, post epitomen graece vulgatam Basil. 1538. 8. plenius longe editum graece et latine, notisque illustratum a *Petro Pantino* est Lugd. Bat. 1619. 4. o) Galeomyomachiam incerti scriptoris illam, ait Aristobulus, se velut prodromi loco praemittere violario patris sui mox typis exscribendo. *Ἅμα δὲ καὶ οἷόν τινα κήρυκα προεκπέμψαι τῆς μετ' οὐ πολὺ τυπωθησομένης Ἰωνιᾶς. Ἐφ' ἣν πολλὴν σπουδὴν ὁ ἐμὸς πατὴρ κατεβάλλετο. Τὰς γὰρ διατριβὰς ἐν Ῥώμῃ πάλαι ποιούμενος Γασπάρῳ τῷ αἰδεσιμωτάτῳ Ἐπισκόπῳ τοῦ Ὄσμου συναγωγὴν παροιμιῶν συνθῆναι ὑπέσχετο. Ἀρξάμενος δὲ τῶν παροιμιῶν συνυπεμνήσθη καὶ γνωμῶν, ἀποφθεγμάτων τε καὶ ὑποθηκῶν ἀρχαιοτάτων καὶ σοφωτάτων ἀνδρῶν, ἀδελφαὶ γὰρ ἀλλήλαις εἰσι παροιμίαι καὶ γνῶμαι καὶ ἀποφθέγματα.* Ex hac *ἰωνιᾷ* parentis puto esse depromtum volumen ab Arsenio filio, quod graece edidit Romae in 8. Leonique decimo dicauit sub titulo: *ἀποφθέγματα φιλοσόφων καὶ στρατηγῶν ῥητόρων τε καὶ ποιητῶν*, ordine digestum alphabetico illorum, quorum sententiae et apophthegmata referuntur p). Apostolii paroemiae editis duplo auctiores, quae manu eleganti scriptae fuere apud Carolum de Montchal teste *Labbeo* p. 205. Bibl. nouae MSS. non opinor duplo auctiores fuere editione Pantiniana, sed illa Basileensi Epitome.

Ad adsi-

4. Florent. 1740. p. 102. sq. (conf. ibid. praefat. p. XXII.) et p. 105. seq. Antonii eparchi ad Arsenium. *Harl.*] A Latinorum quum staret partibus, a Graecis suis excommunicatus est, vt narrat *Manuel Malaxus* apud *Crusium* lib. 2. Turco-Graeciae p. 146. sqq. *Fabr.* Conf. de *Arsenio Humphr. Hodium* de graecis illustribus pag. 318. sqq. — *Baelii* Lexic. critic. tom. I. voc. *Arsenius* p. 354. ed. Amstel. etc. 1740. (vbi alii quoque *Arsenii* enumerantur;) *Dauid Clement* Bibliotheq. curieuse, histor. et critique tom. II. p. 147. not. 40. — *Freytag.* adparat. litterar. tom. III. p. 561. sqq. vbi raram edit. scholiorum in Euripid. etc. ab Arsenio collectorum, Basil. 1544. mai. 8. recenset, *Boerner* l. iam cit. p. 155. sqq. — *Saxium* in Onom. III. p. 41. ad an. 1512. et p. 585. *Harl.*

*) De hac Galeomyomachia dixi lib. 2. cap. 2. §. 2. [vol. I. p. 557. vbi plura adscripsi. *Harl.*]

o) Confer, quae de his Apostolii prouerbiis dicta lib. 4. cap. 9. §. 9. [vol. V. pag. 110. seq. et quae ibi adnotaui: et quae tum in Introduct. tum in supplement. ll. citt. scripsi. *Harl.*]

p) *Violarium Paris.* in bibl. public. codd. MMMLVIII. et tribus sequentibus, atque in MMMLXXII. prouerbiorum collectio. v. catal. MSSt. regg. II. p. 603. seq. et 605. — De *Arsenii* Apophthegmatibus et *Ἰωνιᾷ* plura Fabricius et ego iam scripsimus supra in vol. I. p. 744. atque ego tam in Introduct. quam in supplementis locis citat. iam laudaui *Villoison* in Anecdot. gr. II. p. 4. et *Matthaei* notit. MSS. Mosqueus. p. 14. ed. in fol. (p. 27. ed. in 8.) de cod. XI. vbi is in nota addit, se quoque libellum Arsenii in manibus habuisse ex bibliotheca Dau. Ruhnkenii; verum cod. Mosquens. esse multo locupletiorem, et dedicationem quoque diuersam, quamquam vtraque Leoni inscribatur,) et alios VV. DD. Add. notam supra ad vol. IX. pag. 757. et cod. MMDCCLXXXII. *Paris.* in adpendic. ad catal. MSSt. regg. II. p. 624. et cod. MMDCCCLIII. nr. 5. p. 561. *Harl.*

Ad adfinem (socerum) suum, super eo, quod ad secundas nuptias transierat, iratum, oratio deliberatiua, MS. *Lambec.* VII. p. 115. [s. p. 247. nr. 3. Kollar.] et in bibl. Bodleiana, codice Barocc. LXXVI. Incipit. ἐν ἄλλοις τῶν ἀναγκαίων. *Fabr.* Exstat quoque *Paris* in bibl. publ. cod. MDCCXLIV. — *Florent.* in cod. Laurent. XXV. nr. 2. plut. 10. v. *Bandin.* cat. MSSt. gr. Laur. I. p. 492. — ac *Monac.* in cod. Bauar. LI. fol. 404. et in cod. cod. fol. 401. superest inedita:

Adloquutio ad Bessarionem etc. incipit: Τ' ἀγαθὰ τῶν ἔργων, θειότατε. v. cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. I. p. 9. et 10. *Harl.*

Oratio funebris in Bessarionem cardinalem, memoratur a *Labbeo* p. 71. habuit etiam Petrus Pantinus et Andreas Schottus. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MDCCXLIV. nr. 4. Eam orat. editurus erat *Allatius* in Συμμίκτων libro VII. vid. infra, vol. XIV. p. 14. nr. 123. *Harl.*

Monodia funeralis in Andream Calergem. id. pag. 109.

Epicedium Galateni, *Epitaphium Calotarae et epistola ad Petrum Calergem* citantur ab *Allatio* de synodo Photiana p. 542.

[P] *Apologia pro Gemisto Plethone aduersus Theodori Gazae* περὶ οὐσίας librum, Platonis philosophiae detrahens, Aristotelicam extollens. MS. in bibl. caesarea et Bodlei. πρὸς τὰς ὑπὲρ Ἀριστοτέλους περὶ οὐσίας μετὰ Πλήθωνος, Θεοδώρου τοῦ Γαζῆ ἀντιλήψεις. Incipit: οἶδα Πλήθωνα. Vide *Lambecium* VII. p. 113. q) Per hoc scriptum, Bessarionis gratia excidisse videtur Apostolius; nam vt Allatius p. 387. diatribae de Georgiis notat, illi non modo respondit Andronicus Callistus, sed etiam ipse Bessario epistola de hac re data temerarios Apostolii conatus repressit, compulitque ad palinodiam: praeclare etiam monuit, οὐ λοιδορίαις τοῦ ἀντιδίκου, ἀλλ' ἀποδείξεσι καὶ λογικαῖς ἀνάγκαις τῷ φίλῳ συνηγορητέον, τὸν τ' ἐχθρὸν ἀμυντέον, *non conuiciis in aduersarium, sed demonstrationibus atque insolubilibus rationibus amico suppetias ferendae sunt, et vindicta de inimico sumenda.* *Bessarionis* ad Apostolium epistolam memorat *Labbeus* pag. 198. et 99. *Fabr.* Codd. in nota iam memoraui. Add. cod.

q) Siue p. 243. seq. nr. 1. Kollar. in cod. LIX. et *Lambecius* inspicere iubet *Marquardi Freheri* tomum II. syntagmatis scriptorum rerum germanic. — *Oratio acclamatoria.* — *Apologia* etc. adseruatur etiam *Matriti* in cod. reg. XXXIV. fol. 149. et fol. 154. est *Bessarionis* breuissima epistola ad Andronicum Callistum, quam sequitur longior Bessarionis ad eumdem; tum fol. 156. *Andronici Callisti* epist. ad Bessarionem, quam excipit *Andronici* liber contra Apostolium: inc. Ἔδει σε Πλήθωνος ἕν τε ἄλλοις αὐτοῦ, κἀν τῷ περὶ οὐσίας Ἀριστοτέλει εὐθύνοντος σιωπᾷν. dein fol. 179. *Bessarionis* epist. ad Michaelem Apostolium. v. *Iriarte* cat. MSS. Matrit. I. p. 136. — *Monac.* in cod. Bauar. LXXVII. Apologia etc. et *Bessarionis* epist. ad Mich. Apostolium. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. 1804. part. IV. p. 44. seq. — Apostolii *Apologia* et *Andronici Callisti* pro Theodoro Gaza aduersus Plethonem apologia, *Florent.* in cod. Laurent. XXXIII. nr. 12. et 13. plut. 58. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. II. p. 483. — *Venetiis* in bibl. Marci *Mich. Apost.* contra Gazam et Andron. Callistus contra Mich. Apostol. teste *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 469. *E.* — Bessar. ep. ad Mich. *Paris.* in cod. MDCCLX. *Harl.*

cod. *Florent.* Laurent. XXXIII. nr. 10. plut. 58. et *Bandin.* catal. codd. gr. Laur. II. pag. 482. et quae adnotaui supra ad vol. III. p. 144. et Bandin. l. c. II. pag. 482. de editione epistolae. *Harl.*

Menexenus, dialogus *de SS. Trinitate.* Vtrum Iudaei et Turcae rectius Vnum, an Christiani Trinum colant Deum. Personae dialogi sunt Menexenus Cydoniates, Diophanes Gortynius, Laonicus Byzantius. Incipit: ποῖ δὴ καὶ πόθεν ὦ φίλε Μενέξενε. MS. *Lambec.* VII. p. 114. *Fabr.* Siue pag. 245. sq. ed. Kollar. Exstat quoque *Florentiae* in cod. Laurent. XXV. nr. 2. plut. 10. v. *Bandini* cat. MSS. Laurent. I. p. 492. *Harl.*

Disceptatio aduersus eos, qui occidentales orientalibus superiores esse contendebant quoad philosophiam, et in declarando modo generationis Christi et processionis Spiritus sancti. MS. in bibl. Bodleiana, cod. *Barocc.* LXXVI. [Conf. *Lambec.* VII. p. 244. *Harl.*]

Προσφώνημα εἰς τὸν αὐτοκράτορα Κωνσταντῖνον τὸν Παλαιολόγον, ἐν τῷ αὐτῷ δὲ καὶ ὁμολογία τῆς αὐτῦ πίστεως ὑποπτευομένης. *Allocutio ad imp. CPol. Constantinum Palaeologum, qua continetur suspectae religionis eius confessio.* MS. *Lambec.* VII. p. 115. r) Incipit: πολλῶν ὄντων, θειότατε βασιλεῦ. In hac processionem Spiritus S. ex solo patre docere, notat *Lambecius*, sed Erasmus Schmidius in notis ad Io. XV, 26. pag. 755. mentionem facit orationis Apostolii scriptae circa a. 1440. qua processionem Spiritus sancti a patre et filio adstruit.

Adloquutio ad Ioannem Argyropulum, magistrum suum, gratulans ipsi de auspiciis muneris publice docendi suscepti CPoli in auditorio Xenodochii: προσφώνημα εἰς τὸν αὐτῦ διδάσκαλον Ἰωάννην τὸν Ἀργυρόπυλον, ὅτε ἤρξατο διδάσκειν ἐν τῷ τῦ ξενῶνος μυσείῳ. Incipit: τοῖς εὐγνώμοσι τῶν ἀνθρώπων. MS. *Lambec.* VII. pag. 116. [s. pag. 248. ed. Koll. *Harl.*]

Epistolae XLV. ad Gemistum Plethonem, Manuelem Chrysoloram, Laonicum Chalcocondylam, Ioannem Argyropulum, Marcum Musurum, Michaelem Marulum, Ioannem Chrysoloram, cardinalem [?] Bessarionem, Petrum Callergem aliosque, itidem MSS. in bibl. caesarea, et iudice *Lambecio* VII. p. 116. s) dignissimae luce, quia historiae illorum

r) Siue p. 247. nr. 4. Kollar. in cod. LXIX. — *Monac.* in cod. Bauar. LI. fol. 406. v. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. 1804. part. 1. p. 10. seq. qui comprobat Lambecii iudicium, Mich. Apostolium in hac adloquutione profiteri, S. Spiritum ex solo patre procedere. *Harl.*

s) S. pag. 249. ed. Kollar. nr. 6. Add. supra, vol. I. pag. 703. — *Monac.* in cod. Bauar. LI. Mich. Apost. ad Bessarionem, et huius epist. ad Mich. Apost. — et in cod. LXXVII. ead. epist. Bessarionis et Mich. Apostol. epist. ad Gemistum Plethonem. v. cl. *Hardt* l. c. part. 1. pag. 11. et part. 4. p. 45. — *Paris.* in cod. MDCCLX. nr. 18. epistolae ad Amirentzem, philosophum, socero iratum, quod amissa priore vxore, alteram duxisset. — *Apostolii* opera, *Mediolani* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. p. 501. E. — Epistola ad Plethonem cum aliis 45. ad alios et plura alia Mich. Apost. opera in codd. *Escorial.* v. plura in Plüeri itiner. per Hisp. p. 182. *Harl.*

illorum temporum illustrandae possunt inseruire. In codice Palatino, qui in Vaticanam bibl. peruenit, exstant *epistolae LXV.*

Versus heroici, elegiaci, iambici in praecipua festa dominicalia et Sanctorum MSS. vid. *Labbeum* p. 235. vbi etiam versus Apostolii in Bessarionem in codice Naudaeano MStos memorat. *Fabr.* In cod. *Mazarin.* CLV. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 1323. *D.* — *Paris.* in cod. MDCCXLIV. nr. 3. *Harl.*

De poëticis tropis et grammaticis figuris. Vide Sylburgii catalogum MSS. bibl. Palatinae p. 109. et *Labbeum* pag. 383. *Fabr.* *Mosquae* in cod. synod. CCLXXIX. nr. 49. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 183. Allatius eum libell. editurus erat in Symmict. libr. VI. v. infra in vol. XIV. p. 9. *Harl.*

Λόγος προσφωνηματικὸς, oratio acclamatoria in laudem Friderici III. imperatoris a. 1457. suasu Aristonymi Byzantii scripta, et ex MS. Palatino cum Barthol. Keckermanni versione edita a *Marq. Frehero*, tom. II. scriptorum de rebus Germ. pag. 33-36. Francof. 1602. fol. curante *Burch. Gotthelf Struuio*, Argentorat. 1717. fol. pag. 47. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MDCCLX. nr. 17. In eod. cod. est nr. 16. Michaelis Apostolii

Oratio paraenetica ad Italos, Gortynae scripta, qua sua in litteras merita praedicat: et nr. 19.

Monodia in mortem Ioannis Palaeologi, imperatoris. Harl.

Versus politici in laudem Batrachomyomachiae Homericae MSS. in bibl. Caroli de Montchal, archiep. Tolosani, teste Labbeo p. 193.

Michael *archimandrita*. Vide Michael monachus.

[Michaelis, *Armenorum* archiepiscopi, variae epistolae. *Romae.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 163. *A.* atque in indic. ad illam biblioth. multorum aliorum Michaëlum, (sed qui graece non scripserunt,) opera varii generis indicantur. De permultis Michael. latinis scriptoribus v. *Fabricii* bibl. med. et infimae aetatis, tom. V. p. 74. sqq. ed. Mansi ac de multis Michaëlibus *Syris* v. *Assemann.* in bibl. orient. tom. II. et III. passim; et loca suppeditabunt indices ad illos tomos. *Harl.*]

Michael, *Atheniensis* metropolita. Vide supra in Acominato.

Michael *Attaliata* circa a. 1070. Ictus inter Graecos celeberrimus, de cuius synopsi ad Michaelem Ducam, edita graece et latine in iure graeco-rom. et de Michaelis Chumni atque Matthaei monachi in eam Scholiis dicendi locus infra libro VI. *Fabr.* ᴠp. infra in vol. XII. p. 469. sq. et p. 489. Sed Suaresium ac Fabricium corrigit D. *Christi. Frid. Pohl.* in nota ad suam edit. *Suaresii* Notit. Basilic. Lips. 1804. 8. pag. 21. sqq. Add. supra, vol. VIII. p. 79. et *Oudin.* comment. de SS. eccles. II. pag. 860. ad a. 1090. qui iam citauit codd. bibl. *Bodlei.* cod. CCLXIV. cod. XVIII. *Th. Roe*, breuiarium legum capp. 44. et nr. 3399. inter

MSS. *Io. Seldeni.* — Pauca de eo scripsit *Caue* in hist. litt. SS. eccles. II. p. 151. ed. Basil. ad a. 1072. et *Saxius* in Onom. lit. II. p. 190. ad a. 1073. et p. 555. qui vtroque loco plures laudat, qui in histor. iuris de eo egerunt. — *Mosquae* in cod. LVI. fol. 38. ἔκθεσις σύντομος νομικῶν κεφαλαίων· inc. μέλλων, ὦ θειότατε βασιλεῦ, κατὰ τὸ ἐπιτεταγμένον. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. II. p. 332. nr. 20. et ille adnotat, apud Leunclauium II. 1. diuersum et copiosius legi. — A Leuncl. edit. valde quoque discrepare MSt. in cod. *Vindobon.* III. docet *Lambec.* VI. part. 1. p. 41. sqq. — *Synopsis iuris* exstat in sex codd. bibl. publ. *Paris.* — *Michael Ataliota*, (cuius nomen etiam hinc inde scribitur *Attaliata*,) qui etiam Anthypatus interdum nuncupatur, *de iure ciuili* secundum *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. *Romae* in cod. Vaticano, (p. 11. *A.* vbi sic designatur opus: „de legalibus, tituli 65. de iustitia legis et de supplicationibus, imperatori oblatis: leges imperatorum.") ibid. (pag. 201. *A.*) in cod. bibl. patrum S. Basilii, *carmen graeco* (sic.) — *Florentiae* (pag. 255. *D.*) in cod. Laurent. iuridica quaedam: (in *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 80. de cod. XL. nr. 81. plut. 5. citatur ποίημα — *opus Michaelis* proconsulis et iudicis Attaliotae: et Bandin. obseruat, in hoc codice titulos non eodem modo diuidi ac pertractari, ac editos a *Leunclauio* in tomo II. iuris graeco-romani pag. 1-79. add. nr. 81. de nouellae epitome ex Mich. Attaliata.) — Ibid. (pag. 397. *B.*) liber manualis legum: (v. *Bandin.* l. c. tom. III. de cod. VI. nr. 4. plut. 80. in indice autem ad catal. illum omissa est mentio nostri Michaelis.) — *Mediolani* in bibl. Ambros. (p. 501. *E.*) — *Taurini* in cod. regio CCXCV: I. v. cat. codd. gr. Taur. p. 390. — *Monac.* in cod. Bauar. CXXXIII. v. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 9. pag. 21. — *Mich. Ataliotae chronicon* ab imperio Mich. Paphlag. vsque ad Michaelis Ducae regnum, in cod. *Escorial.* teste *Plüero* in itinerar. per Hispan. pag. 182. *Harl.*

Michael *Autorianus.* Vide infra in Constantinopolitano.

Michael *Balsamo*, sceuophylax, qui synodo Florentinae interfuit a. 1438. vt dixi volum. IX. p. 184. seq. [vol. X. pag. 373. sq. ed. nou.] vbi etiam de eius Anaphora cleri CPol. ad Ioannem imp. Anaphoram tertiam video citari a *Nicolao Comneno* p. 143. praenot. mystagog. quem vide etiam p. 181. vbi de duabus eius epistolis, Latinis fauentibus.

[Michael *Blastaris*, de adpositione cocti frumenti in officio pro mortuis fragm. in bibl. Bodlei. cod. *Barocc.* LXXVI. *Harl.*]

[Michael ὁ βλαστὸς, ad quem Dionysius Catelianus scripsit epistolam, a *Lamio* in Deliciis erudit. a. 1740. p. 89. gr. editam: add. p. 271. *Harl.*]

[Michaelis *Bryennii* opusc. *de processione Spiritus* S. *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLXVII. nr. 19. *Harl.*]

[Michael *Cabasila*, archidiaconus, et sacellarius magnae eccles. subscripsit condemnationi sectatorum Barlaami Calabri et Gregorii Acindyni, a. Ch. 1351. in cod. *Vindobon.* CCLXVI. nr. 15. v. *Lambec.* comment. vol. V. p. 423. *Harl.*]

Michael

Michael *Cerularius*. Vide infra in Constantinopolitano.

Michael *Choniates*. Vide in Acominato.

Michael *Chumnus*, iuris graeci peritus, et ex nomophylace metropolita Thessalonicensis post medium saeculum decimum tertium. De eius scholiis ad Attaliatam, et de scripto ad ius canonicum de connubiis pertinente, quod exstat libro VIII. iuris graeco-romani, dicetur libro VI. [Opus *de gradibus cognationis*, in codd. *Vindobon*. CCLIII. nr. 5. et XIII. nr. 8. v. *Lambec*. comment. V. pag. 335. sq. et VI. part. 1. p. 103. ed. Kollar. — Mich. nomophylax Chumnus, olim metropolita *Thessalonicensis*, de gradibus cognationis, Paris. in bibl. publ. cod. MCCCLV. nr. 30. et ibid. in cod. MCCCLXXII. nr. 31. quod scriptum ab illo, quod exstat in iure graeco-rom., diuersum esse, notatur in cat. MSS. bibl. reg. Paris. II. p. 310. gr. autem et lat. in *Io. Leunclauii* et *Marquardi Freheri* iure graeco-romano, tom. I. p. 519. Add. *Caue* hist. litt. SS. eccl. II. p. 310. ad a. 1258. *Harl.*] De Georgio Chumno et Nicephoro Chumno infra p. 670. [ed. vet.]

[Michael, *confessor Christi*. Ad eum scribit Theodor. Studita, in cod. *Coislin*. CCLXIX. v. *Montfauc*. bibl. Coisl. p. 313. Idem ibid. p. 103. sqq. ex cod. XXXVI. publicauit gr. ac lat. Decretum editum circa vnionem synodi cum Leone Chalcedonensi et circa sententiam de adoratione SS. imaginum ab Alexio Comneno imper. Illi interfuisse ibi dicuntur Michael *Autorianus*, proëdrus et index hippodromi; Michael *Barys* (Βαρὺς) protocuropalata; Michael *Curopalata* Sceleri; Michael *Ducas* Sebastus et protostator; Michael, episcopus *Laodiceae*; Michael *nobilissimus;* Michael, *nobilissimus* mysticus *eparchus;* Michael *Opheomachus Vestarchus;* Michael, Pompeiopoleos episcopus; Michael *proedrus* et *primicerius Vestiaritarum exteriorum Antiochi;* Michael *Sebastus et logotheta*. — De Michaele *Cortacio* v. infra p. 540. h. vol. vet. edit. *Harl.*]

[P] Michaeles *CPolitani* patriarchae fuere quatuor, de quibus singulis hoc loco dicam ordine temporis, quo vixere. Primus est MICHAEL CERVLARIVS, qui ab a. 1043. ad 1059. [quo anno mortuus est,] sedem CPol. tenuit [t]). In hunc tanquam praecipuum ab a. 1053. schismatis auctorem, Photio etiam deteriorem, inuehuntur post Baronium *Allatius* de consensu II. 9. Stephanus de Altimura siue *Mich. le Quien* in panoplia contra schisma Graecorum p. 214. seq. 284. seq. aliique. Et *Nic. Comnenum* p. 361. praenot. myst. sic audimus, *arrogantiam eius regia ipsa ferre non potuit, tyrannidem ecclesia Byzantina detestata est, e diptychis successores delendum curarunt, donec eum Anchiali Michael clam omnes inscriberet.*

t) *Vindobon*. in cod. caesareo LXIV. nr. 26. est Germani II. patriarchae CPol. et synodi ad Gregorii IX. papae confessionem fidei de processione Spiritus S. responsio atque in margine legitur scholion de aetate *Cerularii* sub imperio Constantini Monomachi a. mundi 6552. f. a. Chr. 1044. vid. *Lambec*. III. p. 511. — Conf. *Pagium* in Crit. Baron. a. 1043. VIII. a. 1053. XI. XII. a. 1058. XI. et aliis annis, *Guil. Caue* hist. litt. S. S. eccl. II. pag. 133. ad a. 1043. vbi de eius infenso erga Latinos ac pontifices romanos animo satisque plura obseruauit, *Laur. Moshem*. institutt. hist. eccl. saec. XI. part. 2. cap. 2. §. 30. et cap. 3. §. 9-11. *Saxium* in Onom. lit. p. 172. ad a. 1043. *Schroeckh*. hist. eccl. XXIV. pag. 210. f. 227. sqq. *Harl.*

De epistola eius ad *Ioannem* Tranensem in Apulia episc. siue ad ipsum papam *Leonem IX.* latine versa ab Humberto, Syluae Candidae episcopo, qua Latinis varia obiectauit, vide Mabillonium praef. ad part. 2. Act. sanctorum ordinis Benedictini Seculi VI. (ab a. 1000. ad 1100.) et Allatium de libris ecclef. Graecor. diss. 2. p. 158. sqq. *Fabr.* *Florent.* in cod. Laurent. XL. nr. 69. plut. 5. est ex epistola Michaelis, patriarchae CPolit. inc. ἐπὶ τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους· et nr. 70. ex alia eiusd. epistola. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 79. qui citat *Leunclau.* ius gr. roman. libr. IV. p. 263. sq. *Harl.* Michael. Cerularii et Leonis Ep. Achrid. ep. ad Ioannem ep. Tranensem in Basnag. Thes. mon. tom. III. P. I. p. 277. sqq.

Epistolae II. ad Petrum Antiochenum (cum Petri aduersus Latinos responsoria pag. 145-162.) Graece et lat. apud *Cotelerium* tom. II. monument. p. 135-145. et 162-168. e quibus prior apud *Baronium* ad a. 1054. latine n. 28. sq. Posterior MS. in bibl. caesarea *Lambec.* III. pag. 160. et simul tertia adhuc inedita, quae incipit: πρὸ καιροῦ τινος ἀναμαθόντες παρὰ τῶν ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης. Primae a Cotelerio editae initium: Τὰ γράμματα τῆς μακαριότητός σου. Secundae: οὐ παύσεταί ποτε τῶν καθ' ἡμῶν ἐπιβουλῶν. *Fabr.* Siue p. 397. ed. Kollar. de cod. LXVII. nr. 60. et nr. 61. est *Petri*, patriarchae Antiocheni, epist. responsoria ad Michaelem, patriarcham CPol. atque Lambec. citat *Baron.* annal. eccles. tom. XI. a. 1043. nr. 4. ib. a. 1054. nr. 28. qui refutasse dicitur Michaelis epistolam tertiam, et nr. 36-43. vbi Petri epistola laudatur; item edit. conciliorum Binianam, tom. III. part. 2. p. 189-207. nec non *Allatium* de ecclesiae occident. et oriental. perpetua consensione, libr. II. cap. 9. — Ibidem in cod. CCXLVII. nr. 22. est *enumeratio caussarum*, propter quas pontifex rom. ex diptychis Graecorum eiectus est, ex *Michaelis Cerularii* et *Petri* aliorumque nonnullorum epistolis: ac nr. 23. *Mich. Cerul.* epistola (I) ad Petrum patriarcham, cum subiuncto opere contra Latinos. v. *Lambec.* V. pag. 264. sqq. Kollar. — *Monac.* in cod. CXIIX. *Mich.* epistola ad Petrum, et huius responsio, sec. cat. gr. codd. Bauar. pag. 50. sq. — *Taurini* in cod. CC. nr. 11. exstat *Petri* epistola, et nr. 14. *Mich. Cerul.* epistola (1) ad illum. v. cat. codd. gr. Taurin. pag. 298. — *Florentiae* in cod. Laurent. XI. nr. 20. et 21. plut. 57. reperiuntur *Mich. Cerul.* epistolae (I. et II.) ac nr. 22. *Petri* responsio. v. cat. codd. gr. Laurent. II. col. 412. sq. — *Venetiis* in cod. DLXXV. eaedem epistolae. v. cat. codd. gr. bibl. Marc. p. 303. — Sec. cat. MSSt. Angliae etc. II. nr. 3781. inter codd. *Abr. Sellerii*, Mich. Cerul. epistolae duae ad Petrum Antioch. — Secund. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. I. pag. 500. *E. Mediolani* in bibl. Ambros. *Mich.* patriarchae CPol. ad *Marcum* (sic) Antiochen. cum responsione: item epistola ad imperatorem. — *Mosquae* in cod. CCCLV. epist. (I) et *Petri* responsio. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. p. 236. nr. 28. et 29. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCLXIII. epist. 1. ad Petrum, vna cum huius responsione, et in cod. MCCLXVIII. nr. 1. epistola ad Petrum. *Harl.*

Edictum synodale siue σημείωμα a. 1054. *de proiectio a legatis romanis in sacra mensa pittacio* siue charta excommunicationis, graece et lat. editum ab *Allatio* de libr. ecclef. Graecorum p. 161-173. Incip. οὐκ ἦν ἄρα, ὡς ἔοικε, κλέος τῷ πονηρῷ τῶν κακῶν. *Fabr.* *Vindobonae* in cod. LXXVII. nr. 62. σημείωσις περὶ τοῦ ῥιφέντος πιττακίου ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας παρὰ τῶν ἀπὸ Ῥώμης πρεσβέων κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου Μιχαήλ. Προκαθημένου Μιχαὴλ — ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμένων etc. f.

etc. s. relatio Mich. Cerularii, quomodo ipse cum sequacibus suis ab aprocrisiariis siue legatis S. romanae et apostolicae sedis CPolitanae in ipsa magna ecclesia S. Sophiae sit excommunicatus. Insertum est exemplar formulae excommunicatoriae, quam legati sedis apostolicae in praesentia totius cleri et populi CPolit. deposuerunt super principale altare ecclesiae S. Sophiae. v. *Lambec.* III. pag. 398. sq. qui illam relationem vocat calumniosam et virulentam: add. eumdem p. 311. *Harl.*

De Missa citatur a *Michaele Nau* in vera effigie ecclesiae romanae graecaeque, pag. 290. MS. memorat *Lambec.* III. p. 160. *Fabr.* Explicatio mysteriorum sacrorum, *Romae* in cod. bibl. Vatic. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 11. *A. Harl.*

Opus contra Latinos, epistolae I. ad Petrum Antiochenum subiunctum, quod incipit; ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητος τοῦ παναγάθου Κυρίου. MS. in bibl. caesarea, teste eodem *Lambec.* V. pag. 125. seq. [p. 265. ed. Kollar.]

Homilia, dicta in prima dominica Quadragesima, festo restitutionis imaginum, circa a. 1044. incip. προφητικαῖς ἑπόμενοι ῥήσεσιν, ἀποστολικαῖς τε παραινέσεσιν εἴκοντες. In hac Michaelis metropolitae et Photii aeterna memoria pag. 99. ac pag. 100. Sisinnii patriarchae CPol. qui a. C. 999. obiit, celebratur, iisque, quae contra Photium scripta vel dicta sunt, [P] anathema imponitur. Haec homilia edita graece et latine e codice Coisliniano ab eruditiss. *Montfaucono* pag. 96-102. Catalogi MSS. graecor. illius bibl. sub titulo: *Epistola synodi Nicaenae ad sanctam Alexandrinorum ecclesiam.* Paris. 1715. fol. Vide memorias Trevoltinas a. 1716. p. 40. seq.

Synodica decreta complura, vt *de nuptiis in septimo gradu non contrahendis* lib. III. iuris graeco-rom. 206-210. fragmenta quatuor epistolarum similis argumenti lib. IV. p. 263. 264. *Contra rebelles abbates*, citat *Nic. Comnenus* p. 340. praenot. mystagog. *Contra Armenios.* id. 24. *De homicidio facto in ecclesia.* id. p. 251. *De episcoporum iudiciis.* pag. 285. *Synodico sexto.* p. 148. *De sacerdotis vxore adulterio polluta*, exstat graece et lat. in *Cotelerii* patribus apostolicis ad S. Hermae lib. I. mandat. 4. et in codice meo apocrypho Nou. test. tom. III. p. 837. *u*). Ad hunc Michaelem patriarcham plura scripta apud *Lambecium* VII. p. 224. seq. [p. 435. nr. 2. p. 479. sq. nr. 3. et 4. Kollar.] Epistola Mich. Pselli MS. in codice Barocc. CXXXI.

MICHAEL Ὀξείτης siue *Osites*, ex praeposito Oxiae patriarcha CPol. ab a. 1143. ad 1146. Eius *synodicum de matrimonio Germanorum* citatur a *Nic. Comneno* pag. 285. Anonymi oratio in Michaelem, Oxiae praepositum, quae incipit: γάμος ἐστι μὲν σωματικὸς,

 MS. in

u) *Florentiae* in cod. Laurent. XL. nr. 84. plut. 5. sententia (ψῆφος) de matrimonio prohibito, et nr. 85. de vxore sacerdotis moecha. v. *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 80. qui citat *Leunclau.* l. c. tom. I. lib. 4. p. 263. monetque, posteriorem sententiam in codice multum ab edita differre. — Vtraque *Paris.* in bibl. publ. codd. MCCCXV. nr. 5. et 10. atque MCCCXIX. nr. 35. ac 36. atque prior adhuc in cod. MCCCLV. nr. 14. *Harl.*

MS. in bibl. Bodlei. cod. CXXXI. Barocc. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MDCX. nr. 4. (in adpend. ad vol. II. codd. Paris. regg. p. 622.) *Mich. Oxitae institutio de ieiunio sexta die seruari solito.* et ibid. sec. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1031. *D. Catechesis. Harl.*

MICHAEL ANCHIALI, ab a. 1169. ad 1177. in opere *pro Missa praesanctificatorum* saepe citatur ab *Allatio* lib. de purgatorio p. 871. 873. 874. 877. qui in eo nihil contra Latinos scriptum contineri monet pag. 665. de consensu vtriusque ecclesiae [v]), vbi aliam eius *epistolam* conuiciis in eccles. rom. plenam commemorat, perinde vt pag. 181. de libris ecclesiasticis Graecorum. *Dialogus cum Emanuele Comneno* imp. contra Latinorum haeresin citatur ab eodem frequentissime, vt pag. 526. seq. 534. 555. seq. 558. 617. etc. *Oratio* Michaelis Anchiali cum altera Eustathii Thessalonicensis *in eumdem imp.* exstat MS. Oxoniae in bibl. Bodleiana cod. *Barocc.* CXXXI. atque incipit: *ἔστω ὁ μὲν ὄρνις ὁ ἀετός.* *Decreta* eius in iure graeco-rom. lib. III. pag. 127-231. graece et latine leguntur haec quinque: 1) vt ne Lectores quidem mundialia officia in se suscipiant: 2) Ne clerici ex aliena dioecesi creentur: 3) De consuetudine non confirmata iudiciali sententia. 4) De nuptiis cum cognata prius desponsata. 5) De nuptiis duorum fratrum cum filia fratris sororisue ex alio suscepta. *Synodicon contra Armenios* citat *Nic. Comnenus* in praenot. mystagogicis pag. 24. 323.

[P] MICHAEL AVTORIANVS, patriarcha CPol. ab a. 1206. ad 1214. cuius scriptum nullum reperi. Alius Michael *Autorianus* proëdrus et iudex hippodromi, qui concilio CPol. sub Manuele Comneno interfuit, apud *Montfauconum* bibl. Coislin. p. 104.

Michael Ducas, ex imperatore metropolita Ephesi a. 1078.

Michael, *eparchus* Corcyraeus, *διδάσκαλος καλός*, qui Venetiis caussas egit circa a. 1580. vide *Crusii* Turco-Graeciam p. 208. [supra in vol. VIII. p. 697.]

Michael *Ephesius*, qui in Aristotelem scripsit, haud diuersus fortasse a Michaele Duca. Vide si placet *Allatium* libro de Psellis, c. 31. 32. *Fabr.* Conf. supra, vol. III. p. 218. 238. *b.* 243. 244. 265. ibique not. *a.* 499. vol. V. p. 658. vol. X. pag. 647. ibique not. *y.* — *Lambec.* VII. p. 213. nr. 1. 2. *Harl.*

Michael ὁ ἐνζυμίτης inter Photianos, Latinis infestos, nominatur a *Petro Arcudio* lib. I. Concordiae ecclesiae de Sacramentis p. 31.

[Michael *Balbus*, imperator graecus ab a. 820. v. *Schroeckh* hist. eccl. christ. tom. XXIII. p. 380. 383. et XXIV. p. 134. et 343.; infra in vol. XI. pag. 490. ed. vet. coll. *Walch.* hist. haeres. tom. X. pag. 83. sq. De hoc aliisque *Michaelibus* imperatt. v. praeter scriptores histor.

v) *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCLVI. nr. 16. exstat *Mich. patriarcha CPol. ad imper. de praesanctificatis panibus, quomodo consecrentur.* — *Monac.* in cod. Bauar. CCLIV. (cat. graec. codd. Bauar. p. 85.) *Mich. patriarch. CPolit.* Sermones in quaedam euangelia dominicalia; et in transfigurationem Domini, et in omnes Sctos. — Cf. *Oudin.* comment. de SS. eccl. II. col. 1531. seq. ad a. 1170. *et Caue* hist. litt. SS. eccl. II. p. 238. ad a. 1167. *Harl.*

histor. *Bachii* et aliorum histor. iurisprudentiae etc. passim, et paullo infra, *Mich. Paphlagon. Harl.*

[Michael *Comnenus*, imperator gr. Eius νεαρὰ ἐπικυρωτικὴ τοῦ τοιούτου συνοδικοῦ σημειώματος, *Mosquae* in cod. LVI. in 4. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. p. 331. nr. 17. Sec. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 867. *E. Paris.* inter codd. regg. Traité entre Michel Duc Comnene, Empereur de Grece et ceux de Gennes, 1261. — Ibid. p. 209. *E. Romae* in castro S. Angeli, Mich. imperatoris Graecorum quatuor sigilla aurea, etc. *Harl.*]

[Michael, *diaconus*, (cognomine *Maniaca* ὁ Μανιάκης) magnae ecclesiae referendarius, Narratio miraculi, facti per imaginem Seruatoris Beryti: Οὐρανοῦ μὲν κόσμος ἀστέρων διαύγεια. *Oxon.* bibl. Bodlei. in cod. *Barocc.* CXCVI. — Subscripsit condemnationi sectatorum Barlaami Calabri et Gregorii Acindyni etc. a. 1351. in cod. *Vindobon.* CCLXVI. nr. 15. apud *Lambec.* V. p. 423. *Harl.*]

[Michaelis *Gabrae* epistolae, quarum catalogus exhibetur in cat. codd. graecor. bibl. *Marci*, Venetiis pag. 232. sqq. de cod. CDXLVI. Has vero ineditas, atque editione minus dignas iudicat *Villoison.* in Anedotis graec. tom. II. p. 77. not. 1. Inscriptae autem sunt epistolae 1) plures Michaëli *Azymae* τῷ δομεστικῷ τῶν ἀνατολικῶν θεμάτων· 2) tres Michaëli *Neocaesaritae;* 3) vna Mich. *Oenaeotae;* 4) vna Mich. *Palaeologo;* 5) duae Mich. *Monomacho*, τῷ τατᾷ τῆς αὐλῆς· 5) plures Michaëli *Glabae;* 6) duae Mich. φιλανθρωπίνῳ· et 7) vna Michaëli *Strategio*, vt reliquorum hominum nomina praetermittam. *Harl.*]

MICHAEL GLYCAS, scriptor *annalium* desinentium in a. 1118. de quibus dixi volum. VI. p. 156. w). Non Siculum patria, sed Byzantinum et circa a. 1150. vixisse, obseruat *Ioannes*,

w) Siue vol. VII. p. 468. seq. nou. edit. et add. *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossianos esse *Mich. Glycae* chronici fragmentum. v. cat. bibl. publ. Leid. p. 391. nr. 9. — ibid. in bibl. publ. p. 334. nr. 2. Chronicon, ex veteri cod. descriptum, quasi paratum ad editionem. — Annales *Augustae Vindel.* in bibl. publ. plut. 5. nr. 26. v. *Reiseri* indic. MSSt. bibl. August. p. 68. — Chronicon *Monac.* in cod. Bauar. CLII. quomodo praemissi versus et ipse titulus differat ab edito a Labbeo in notis ad Glycae chronicon, docet cl. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 10. p. 48. — *Veronae* in bibl. Saibantis, teste *Scip. Maffeio* in Verona illustrata. — *Taurini* in bibl. reg. cod. XCIII. cuius lectiones saepius discrepare ab edit. Veneta 1729. et in eo illas lacunas, in ista edit. occurrentes, eo modo, vt Labbeus ex suis codd. fecerat, esse suppletas, animaduertit confector cat. codd. gr. Taurin. p. 184. — Partem libri III. annalium a Iulio Caesare ad Constantinum M. tamquam librum singularem, at falso *Theodoro Metochitae* adscriptum, primus vulgavit, in latinam linguam transtulit, notasque addidit *Io. Meursius*, Lugd. Bat. Inst. Colster 1618. 8. — rec. in *Meursii* Opp. tom. VII. Florent. 1746. p. 737. Sed in corpore Byzantino pars illa Mich. Glycae est restituta, integra repraesentata notisque illustrata. — De Mich. Glyca, a quo quidem in Annalibus leges, historico praescriptas, non obseruatas esse, multa tamen notatu digna narrata, iudicant eruditi, vniuersim tamen mactant eum laude celebris historici, philosophi ac theologi, conf. *G. I. Vossium* de histor. graec. libr. II. cap. 27. ad saeculum duodecimum, *Caue* in hist. lit. SS. eccl. II. pag. 206. seq. qui eum claruisse scripsit a. 1120. — *Antonin. Mongitor.* in bi-

Ioannes Boiuinus, qui pro Σικελιώτȣ docet, legendum Σικυδιώτȣ siue Σικυδίτȣ, hoc enim illius nomen apud Nicetam: nomen autem Glycae adsumsisse videri tunc demum quum habitum monasticum induit. Vide *Mich. le Quien* tom. I. ad Damascen. p. 633. *Allatium* de consensu vtriusque ecclesiae pag. 702. et *Theophilum Raynaudum* tom. VI. Opp. pag. 119. seq. *Epistolae XCII.* huius Michaelis Glycae MSS. in bibl. regia Paris. Ex his nonnulla adferuntur ab *Allatio* de consensu, vt ad *Esajam* monachum p. 1280. ad *Gregorium* acropolitam pag. 1339. ad Alypium enclistum monachum p. 1137. 1179. 1344. 1350. ad *Nilum* monachum p. 1194. etc. In bibl. caesarea praeter capita quaedam philosophica MSS. exstant etiam *epistolas*

in bibliotheca Sicula, tom. II. p. 75. seq. qui a p. 69. multorum *Michaelum Siculorum* vitam scriptaque persequutus, nostrum quoque perperam in numerum Siculorum scriptorum, incertae tamen patriae, recepit, eius autem aetatem ad annum 1118. retulit, aliorum vero sententias subiunxit, multosque, qui de illo egerunt, laudavit; — *Io. Fabricium* in historia bibl. Fabric. tom. V. p. 262. seq. qui praeterea *Olearium* in bibl. eccles. part. 1. 487. aliosque adpellat; — *Casim. Oudin.* in comment. de SS. eccl. tom. III. qui p. 2522. sqq. longam dissertat. de aetate et scriptis Mich. Glycae contexuit, et in cap. primo subscripsit sententiae *Leon. Allatii*, qui lib. II. de perpetuo consensu ecclesiae occid. et orient. cap. 18. §. 17. fol. 870. ex Glycae epistolis effecisse sibi persuasit, Glycam floruisse circ. an. 1430. et deinceps, atque Oudinus longum ex Allatii libro locum, cui intexta est epistola Glycae, antea inedita, gr. cum versione lat. repetiit, grauiterque inuectus est in Caueum. — In eadem haeresi versabatur *Io. Lamius*, qui tomo deliciarum eruditorum, Florent. 1736. 8. edito longam de Michaele Glyca eiusque scriptis, praesertim epistolis praefixit dissertationem. Ab initio statim scribit, Michaelem cognominatum esse *Glycam*, quod prouti versus, qui in variis codd. eius annalium occurrunt, manifeste ipsi videntur indicare, ex *Glycetarum* esset familia: refellitque Fabricium nostrum, nullo antiquitatis monumento, nulla historiae fide arbitratum, cognomen illud ab eo adscitum, quum monasticum habitum induisset. Tum, eum Siculum natione fuisse, scripserat, (quam tamen opinionem postea in alio tomo mutauit, Boiuinum sequutus,) eumque *Grammaticum* professione fuisse, ex inscriptione epistolae primae in cod. Riccardiano docuit, et pluribus exposuit. Posthaec multis, forsan nimiis, laudibus eius ingenium, litterarum copiam et scribendi genus extulit, existimans, illum in codd. iure adpellatum esse λογιώτατον καὶ σοφώτατον. Dein inquirit in aetatem Glycae, accedit Allatii atque Oudini iudiciis, atque potissimum Glycae epistolis, ab ipso editis, 35. 56. et 41. ad Constantinum Palaeologum, qui ab anno 1445. vel 1448. vsque ad a. 1453. imperauit, aliisque, quae vberius explicuit, argumentis ductus Glycae aetatem demum illis annis adligat. Huius rationibus subscripsit *Hamberger*. in zuverläss. Nachricht. part. IV. p. 729. et Glycam post a. 1445. vixisse, adnotauit. At secus sensit *Walch*. theologus quondam Gottingensis, qui in singulari recitatione de Glycae annis in comment. societ. Gott. vol. V. p. 18. seq. censet, ex epistolis illis, ad quas prouocauit Lamius, haud posse tuta sumi argumenta, et probabilius ex iis epistolis, quae consensum quemdam cum Glycae annalibus prodant, huius aetatem, ad saeculum XII. referendam, definiri: qua de re quia in Introduct. tom. II. part. 1. p. 554. sqq. et in Supplem. ad illam, tom. II. p. 68. fusius disserui, nolo ea, quae ibi dixi, h. l. recoquere. Atque non solum *Saxius* in Onom lit. II. pag. 241. ad a. 1150. retulit Glycae aetatem; sed quoque cl. *Morell.* in bibl. MSt. gr. et lat. tom I. p. 266. seq. ex cod. Veneto bibl. Marc. CCCCII. ad saeculum XIII. referendo, qui continet Glycae annales et habet adnotationem, a. 6798. (aer. vulg. 1290); comprobat Walchii sententiam, et censet docetque, illas tres epistolas Glycae, siquidem auctor is est, adscriptas, aliisque Io. Zonarae et fortasse etiam aliorum immixtas in codd. Parisiensi, Vindobon. Mosquensi, Taurinensi et Naniano, ad alium quemdam Constantinum Palaeologum, antiquiorem, fuisse scriptas: in qua sententia mihi potius adquiescendum videtur. *Harl.*

stolae quinquaginta varii argumenti theologici *εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας γραφῆς*, de quibus *Lambecius* IV. pag. 152. seq. *) argumenta singularum et initia graece exponens. Nomina eorum, ad quos Glycas scribit, haec sunt:

[Alexius

x) Siue p. 543. sqq. ed. Kollar. de cod. CLIX. Praeterea exstant ibidem in cod. CLX. epistolae *quinquaginta sex*, atque sex posteriorum epp. quae desunt in antecedenti codice, inscriptiones atque initia refert *Lambec.* in mem. vol. IV. p. 555. sqq. — in cod. caesar. CCXXXII. Glycae epistolae theologicae *quinquaginta quinque*, atque *Lambec.* V. p. 139. seq. adfert inscriptiones epistolar. 54. ac 55. quae in superioribus desunt codd. — in cod. CCXXXIII. in quo epistolas tam numero, quam ordine differre a memoratis, monet *Lambec.* V. p. 143. seq. denique in cod. caesar. CXI. nr. 2. Glycae epistolae seu disputatt. vndeuiginti. v. *Kollar.* supplem. ad Lambecii comm. part. 1. p. 661. sqq. ibid. in cod. CCCXXXIII. epist. ad Alypium. v. *Lambec.* V. p. 619. nr. 2. — Per hanc occasionem codd. epistolarum quae interdum vberius pertractant capita theologica variasque quaestiones theologicas, et peculiares habent inscriptiones, in aliis bibliothecis adseruatorum, dabo notitiam. — *Augustae Vindel.* in cod. bibl. publ. *explicatio quaestionum dubiarum e litteris sacris*, teste *Reisero* in indice MSS. bibl. August. pag. 23. nr. 15. — *Paris.* in bibl. publ. cod. CLX. *de dubiis S. Scripturae* libri duo, et in cod. MMDCCXLVI. nr. 2. opus, capitibus viginti duobus constans, vbi de rebus ad theologiam pertinentibus differitur. — in sex codd. *epistolae*, et quidem in codd. CCXXVIII. epp. 88. a nr. 14-102. quarum singularum argumenta indicantur in cat. codd. MSS. regg. Paris. vol. II. p. 35. sqq. — in cod. MCCCLXXXIII. nr. 7. dicitur inesse epistola Glycae inedita, ad *Isaiam* monachum, *an certis quibusdam diebus carnes adponi nefas sit*: — in cod. MCCCLXXXIX. nr. 6. epistola ad *Esaiam*, monachum. — in cod. MMMXLV. *Ioanni* quidem *Zonarae* triginta epistolae de rebus ad theologiam pertinentibus adscribuntur, sed confector catal. cit. p. 601. e nominum, quae adposuit, similitudine bene colligit, genuinum illarum auctorem esse Michael. Glycam, in cod. quoque MCCXVIII. vndecim epp. similes, quarum auctor in aliis codd. nominatur Glycas, tribuuntur Io. Zonarae. — denique in cod. MMMC. nr. 5. epistola ad *Andronicum Palaeologum*, cuius nomen in controuersia de Glycae aetate est notandum. — *Taurini* in cod. regio LVII. fol. 238. epistola ad Alypium. — in cod. CXI. epp. triginta sex. — in cod. CXCIII. epp. 92. v. cat. codd. gr. Taurin. pag. 158. 216. inprimis p. 286. sqq. vbi inscriptiones atque initia singularum, in vltimo codice exstantium, epistolarum copiose recensentur. Add. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1398. *B.* — In cod. *Escorial.* collectio variorum doctorum et interpretatio historiae diuinae scripturae, teste *Pliuero* in itinerar. per Hispan. p. 182. — *Romae* in cod. Ottobon. *Quaestiones.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 185. *E.* — ibid. in cod. *Vaticano* bibl. reginae Suec. *oratt. ecclesiast.* item eiusd. Glycae, vti videtur, *epp. de diuersis rebus ecclesiasticis.* v. *Montfauc.* l. c. p. 33. *E.* — *Basileae* in cod. bibl. publ. *capita quae de Adamo et triplici hominis statu ante et post lapsum et post resurrectionem.* ibid. pag. 613. *D.* — *Sermones varii* h. e. epistolae quaedam, in bibl. *Bodlei.* in cod. *Laudi* LXXVII. siue nr. 719. cat. codd. Angliae etc. vol. I. — In eadem bibl. cod. *Laud.* XCI. f. num. 733. cit. cat. opus, quod diuiditur in varia capita. — *Sermones* quoque sunt in cod. quondam Gudiano. v. *Marquardi Gudii* Biblioth. etc. Kilon. 1706. 4. p. 537. — *Mosquae* in cod. XXII. typograph. synodal. *epistolae* XC. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. p. 275. sqq. vbi et ordinem et inscriptiones atque initia singularum epp. diligenter enotauit. — eaedem ibid. in cod. XLVIII. nr. 9. atque *Matthaei* l. c. p. 326. eum cod. cum superiore comparando, diuersum adnotauit ordinem. — ibid. p. 300. nr. 11. de cod. IV. qui continet aliquot Glycae epistolas, quas tamen alibi Io. Zonarae tribui, adnotat Matthaei. — *Florent.* in cod. Riccardianae bibl. epistolae quatuordecim; ex illo quasdam edidit Lamius, vt postea videbimus. Atque is in praefat. ad Delicias erudit. a. 1736.

De

1736. p. 18. sqq. copiose enumerat quosdam codd. in quibus Zonarae adiudicantur epistolae, et nonnullorum virorum doct. sententias de hac quaestione, ac pro Glyca discernit litem; denique p. 23. seq. cod. Riccardian. curatius recenset. Add. eiusd. praefat. ad Delicias etc. a. 1739. pag. XIV. seq. vbi quoque de patria Glycae it quidem in Boiuini sententiam, addit tamen, non repugnare Glycam nostrum origine CPolitanum fuisse, incolatu vero Siculum, praecipue si monachus erat. *Harl.*

Nicephorus Sinaita. τῷ εἰκαιοτάτῳ ἀνθρώπῳ τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυρῷ Νικηφόρῳ τῷ Σιναΐτῃ. 24. 25. 26.
[Nicolaus, monach. in cod. Taur.]
Nilus monachus. 47. 48. 49.
Onufrius monachus. 23. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 42.
Stephanus monachus. 37.

De tropario Theodori Studitae. 34. πῶς ἐκληπτέον τὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου τροπάριον τὸ οὑτωσὶ λέγον· βάθει τῶν κριμάτων σου Χριστὲ πανσόφως προώρισας ἑκάστου τέλους ζωῆς τὸν τόπον καὶ τὸν τρόπον etc. [Nomina eorum, quibus editae litterae sunt missae, in indice illarum notaui. *Harl.*]

Ex his epistolis prima et secunda est, quas nec integras tamen, latine tantum edidit *Iacobus Pontanus* S. I. ad calcem Dioptrae Philippi solitarii, Ingolstad. 1604. 4. vnde in bibliothecis patrum [ex. gr. Paris. tom. XV. p. 794. sqq.] y) recusae sunt, disputationes duas 1. ad Ioannem Sinaitam monachum et stylitam, *Vtrum in peccatum lapsis condescendendum, an prout ratio postulat, increpandi sint.* 2. ad Ioannem, (lege, *Maximum*) Smeniotam, *Vtrum audiendi sint docentes hominem a principio caducum corpus habuisse, et passionibus siue incommodis naturalibus etiam ante transgressionem obnoxium fuisse, cibumque sensibilem in paradiso adhibuisse, et lignum scientiae, ficum extitisse. Fabr. Ioannes Lamius*, editurus epistolarum Glycae collectionem, primum specimen illarum ex cod. Riccardiano, tres epistolas, nr. 10. 13. et 32. gr. ac lat. dedit in adpendice ad commentar. s. libros VI. de recta Christianorum in eo, quod mysterium diuinae Trinitatis adtinet, sententia, (Florentiae, 1734. 4. de quo opere v. noua acta erudit. 1739. m. Iul. nr. 3. p. 400. sqq.) Idem in diss. de Mich. Glyca p. 13. seq. obseruat, Bon. Vulcanium ex cod. quem Georg. Dousa CPoli adtulit, tres epistolas gr. ac lat. publicasse in notis ad Cyrillum contra Anthropomorphitas. Postea ex cod. Riccard. quatuordecim epp. interdum longiores de rebus theologicis, gr. ac lat. cum vberioribus adnotatt. euulgauit in Deliciis eruditorum, et quidem in tomo, qui prodiit Florent. 1736. 8. cui praefixa est laudata dissertat. additusque p. 28. sqq. index auctorum et librorum, tam editorum quam ἀνεκδότων, ex quibus Glycas sua collegit,) 1) ad *Ioann. Sinaitam*, monachum, cum interpretat. *Iac. Pontani;* 2) ad *Maximum Smeniotam*, (siue vti legitur in codd. Vindobon. *Asmeniotam*,) longa disput. s. λόγος, *sermo*, vti reliquae inscribuntur; eod. interprete, qui tamen eum falso adpellauit *Ioannem;* 3. 4) ad eumdem, Lamio interprete; 5) ad *Ioannem Aspiotem*, cum Lamii versione: est perlongus sermo theologicus. Tum in tom. VII. a. 1739. secundam epistolarum s. dissertationum Glycae partem siue alias quinque epistolas pari ratione in lucem edidit, et ab initio comm. de Glyca continuauit: n. 6. 7) ad *Io. Aspiotam*, quibus Lamius subiunxit longam *de carnis resurrectione* disputationem. 8. et 9) ad *Esaiam* monachum. 10) epist. ex Gregorio Nysseno, Cyrillo Alexandrino et Io. Damasceno conflata, cum versione Bon. Vulcanii. Illis *Franciscus Fontani* in nouis eruditorum deliciis, Florent. 1785. 8. addidit gr. et lat. quatuor Glycae *grammatici* disputatt. εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας γραφῆς

y) Et ante annales Glycae in edit. Labbei Paris. 1660. fol.

γραφῆς in diuinas scripturas dubia, f. epistolas, quarum tamen duas lucem iam vidisse, obseruat Fontani; nempe alteram ope *Lamii*, in tomo VIII. operum Meursii p. 261. alteram vero opera *Dominici Becuccii*, qui eam cum *orthodoxis dogmatibus, quae SS. apostoli exposuerunt*, Florent. 1768. vulgauit, quibus vero Fontani notas adiecit. Sunt vero 1) disputatio XIII. ad *Gregorium Acropolitam*, cum versione Lamii. 2) disput. XIV. qua de caussa deus die quarto luminaria (τοὺς φωστῆρας) condiderit. 3) disp. XV. ad *Esaiam* monachum, interprete *Dominicio Becucco*: 4) disput. XVI. ad eumdem. — Add. *Oudin.* l. c. p. 2527. sqq. vbi in cap. 2. copiose adfert atque examinat, quid scribat Car. du Fresne in praef. ad Historiam Io. Zonarae, Paris. 1686. fol. de epistolis MSS. nomine Io. Zonarae et Michaelis Glycae inscriptis; in cap. tertio de epp. editis et earum codd. vbi praecipue Lambecii iudicium locaque repetit; et in cap. quarto de eiusdem epistolis et Glycae msstis homiliis f. sermonibus, cum Lambecii atque Allatii narrationibus ac iudiciis. Denique cel. *C. F. Matthaei* in edit. *Isocratis, Demetrii Cydon.* et *Michael. Glycae aliquot epistolarum* etc. Mosquae, 1776. m. 8. p. 47. sqq. ex cod. Mosquensi edidit graece *Mich. Grammatici Glycae* tres epistolas, 1) ad *Ioan. Tricham*; 2) ad *Charitonem monachum*; 3) ad *Nectarium monachum*. add. not. pag. 168. *Harl.*

Michaelis *grammatici* epigramma graecum in Agathiam rhetorem ac poëtam eiusque parentem Memnonium legitur lib. IV. Anthologiae pag. 514. [et in *Brunckii* Analectis vett. poetarum graec. tom. III. p. 124. in imaginem Agathiae scholastici, atque in *Frid. Iacobs* Anthologia graeca, tom. III. p. 94. coll. tom. XI. f. commentarii vol. III. part. I. pag. 242. adde supra, vol. IV. p. 482. *Harl.*] — Alia eius in Anthologia inedita, quae est apud Vffenbachium Francofurti, ex qua vnum in b. virginem dat *Ioh. Henr. Maius* catalogo MSS. Vffenbach. p. 582.

[Michael ὁ Ἀηνόδης, protopsaltes Cretensis ecclesiae, scripsit cod. Vindobon. XVI. v. *Kollarii* not. ad Lambecii comment. III. p. 70. — Alius quidam Michael a. 1563. exarauit cod. *Vindobon.* CLXXV. v. *Lambec.* IV. pag. 404. Mich. episcopus *Damiatensis* a. C. 1680. scriba codicis euangeliorum membranacei in bibl. Paris. v. Thesaur. epistolic. Lacroz. tom. III. p. 133. vt alios scribas eiusdem nominis omittam. *Harl.*]

[Michael τοῦ Λυγίζου ἐξήγησις κατὰ πλάτος εἰς τὸν Θουκυδίδην κατὰ λέξιν καὶ κατὰ νοῦν, παρὰ τοῦ ἐντίμου κυρίου Γεωργίου τοῦ Βερικίου, *Dublin.* in cod. DCXLIIX. 6. coll. S. Trinitatis, f. nr. 788. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. part. 2. *Harl.*]

[Michael *Mercatus*, familiaris Marsilii Ficini, de quo v. *Lambec.* VII. pag. 33. sqq. qui longum citat locum ex *Baronii* Annal. eccles. tom. V. sub anno Chr. 411. *Harl.*]

Michael Iustinianus, abbas.

• Michael inter Manichaei Sergii a. 6340. (Christi 832.) mortui praecipuos sectatores ac discipulos memoratus a Photio lib. 1. contra Manichaeos p. 373.

[P] Michael, *Methonensis* episcopus, circa a. 1360. qui effecit vt Nilus Palamita Rhodi

Rhodi episcopatu detruderetur, libro aduersus Palamam citatur a Nic. Comneno pag. 226. praenot. mystagog.

Michael *monachus* CPol. qui scripsit *vitam Ignatii patriarchae CPol.*, a. 877. defuncti, editam graece et lat. a Matthaeo Radero S. I. Ingolstad. 1604. 4. et deinde in conciliorum tomis. *) Memorat etiam Allatius *Encomium S. Philippi apostoli*, quod incipit: Πᾶσα μὲν μαρτύρων χειρὶ τελετή. Et *in SS. archangelos ταξιάρχας Michaelem et Gabrielem*, incip. τὸ στόμα μου ἤνοιξα καὶ εἵλκυσα πνεῦμα. Haec postrema homilia in codice Coisliniano ap. *Montfauconum* p. 212. tribuitur Michaeli, syncello magnae ecclesiae CPol. Incertum, diversusne a monacho Michael *archimandrita*, cuius laudatio in Nicolaum Myrensem myroblitum incipit: Ὄρθρος ἡμῖν φαεινότατος. *Fabr.* Sine nomine auctoris in cod. *Vindobon.* XXVIII. nr. 6. v. *Lambec.* VIII. p. 658. qui addit, *Leon. Allatium* in diatriba de Symeonum scriptis p. 103. eam adtribuere *Michaeli archimandritae*, add. Kollarii not. *B.* et supra X. p. 298. Illi Michaeli adscribitur mem. narratio in cod. bibl. publ. *Paris.* MCDLVIII. nr. 6. sed sine nomine auctoris exstat ibid. in cod. MCDLXIII. nr. 7. enimuero auctor catal. MSS. regg. Paris. II. p. 326. eam tribuit *Mich. archimandritae. Harl.*

Michael, *monachus* Studites CPol. qui scripsit vitam Theodori Studitae defuncti a. 826. ex qua Baronius nonnulla latine ad a. 795. et 826. Integram graece et latine vulgauit *Iacobus de la Baune* S. I. in tomo quinto operum Sirmondi, Theodorum Studitam complexo p. 1-88. Paris. 1696. fol. [v. supra ad §. VIII. init. et supra, vol. X. p. 336. et p. 435. *Harl.*]

Michaelis *Moschopuli* Onomasticon, voce *antitypa*, citat *Nic. Comnenus* in praenot. mystagogicis p. 330.

Michael *Oxites*, vide supra in Constantinopolitano.

Michael *Paphlago* imperator ab a. 1034. ad 1041. cuius Nouellam citat Nic. Comnenus pag. 145. praenot. mystagog. Alios Michaeles imperatores vide vol. VI. huius bibl. p. 754. *Fabr.* In noua hac editione omisi indicem imperatorum. v. supra ad vol. VIII. p. 102. Nominati autem in illo sunt a Fabricio, Michael *Rancabe*, a. 811-814. Michael II. *Balbus*, a. 821-829. Michael III. μεθυστής. a. 841-867. Michael IV. *Paphlago*, καταλάκτης, a. 1034-1041. Michael V. *Calaphates*, a. 1041. seq. Michael VI. *Stratioticus*, a. 1056-1058. Michael VII. *Parapinaceus*, a. 1071-1078. Mich. VIII. *Palaeologus senior*, a. 1259-1282. et Michael IX. *Palaeologus iunior*, a. 1321. Michaelum imperatorum plurium *decreta* de cultu imaginum exstant in *Goldasti* imperialibus decretis etc. Francof. 1608. 8. vid. infra, vol. XI. p. 490. ed. vet. et de eorum *constitutionibus* v. infra vol. XII. p. 420. 421. et 424. *Harl.*

*) Conf. paullo ante ad initium §. VIII. not. et ad eamdem paragraphum post nr. 6. supra, vol. X. p. 254. 313. — *Mosquae* in cod. synod. CLXIII. nr. 26. *Mich. monachi et syncelli* martyrium Callisti et sociorum. v. *Matthaei* notit. codd. graec. Mosquens. p. 96. *Harl.*

[Michael *Phocas*, stratopedarcha thematis Thracesiorum et Philadelphiae, a. Chr. 1235. v. *Lambec.* VIII. p. 1091. not. 1. *Harl.*]

[Michael *Plochirus*. Eius Dramation, Musarum et fortunae querimoniam continens, et alia, gr. et lat. per Fed. Morellum, Lutet. 1593. 1598. 8. — in *Mich. Maittaire* Miscell. graecor. aliquot scriptorum carminibus, Lond. 1722. mai. 4. nr. 9. *Harl.*]

Michaeles *Pselli* quinque, de quibus abunde Allatius libro de Psellis, quem habes volumine quinto huius bibliothecae. [v. supra, vol. X. p. 41. sqq.]

[Michaelis *Sacerdotis* versus quidam graeci, in cod. bibl. *Norfolcian.* DXXXI. f. nr. 3430. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. *Harl.*]

Michaelis *Sbiri* e Monembasia et Michaelis *Zygomalae* epistolae graeco sermone vulgari leguntur libro III. Turco-Graeciae Martini Crusii.

[Michael *Soliardus*. v. supra vol. VI. p. 345. *Harl.*]

Michael *Sophianus*, Byzantius, cuius epigramma graecum in templum S. Georgii Venetiis a. 1564. apud Crusium p. 200. Turco-Graec. Idem vertit latine Aristotelem de anima *). De Nicolao Sophiano vide Simlerum.

Michael *Sycidita* cuius σύγγραμμα περὶ θείων μυστηρίων memorat Nicetas Choniates lib. IV. Hist. p. 163. non diuersus a Michaele *Glyca*, de quo supra.

Michael *Synadorum* in Phrygia Salutari episcopus, ad quem exstant Theodori Studitae epistolae, interfuit synodo septimae a. 787. Huius de archangelorum miraculis expositionem siue homiliam memorat [?] Allatius lib. de Simeonibus p. 107. Incipit: πολλαὶ καὶ μεγάλαι τῆς ἀσωμάτου καὶ μεγαλοπρεποῦς ἀρχαγγελικῆς στρ.

Michaelis *Thessalonicensis* circa 1660. magistri rhetorum, praeceptoris euangeliorum et ecclesiae CPol. protecdici confessio, qua, morti vicinus, Bogomilorum haeresi renunciauit, exstat apud *Allatium* de consensu II. 12. §. vlt. p. 791. seq. *Fabr.* Eius confessio, quam morti proximus edidit, circa ea, in quibus errauerat, et ob quae fuerat depositus, *Paris.* in bibl. publ. cod. CCXXVIII. nr. 5. *Harl.*

[Michaelis

*) Mich. *Soph.* in topica Aristotelis, *Mediolan.* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 502. *B.* — Add. *Lambec.* VII. p. 208. et 341. not. 2. — vol. VIII. pag. 636. atque 641. Kollar. *Harl.*

[Michaelis cuiusdam in Plutarchi laudem epigrammata duo iambica, quae graec. cum versione lat. euulgauit *Bandin.* in catal. codd. graec. bibl. Laurent. tom. II. pag. 626. seq. ex cod. Laurent. VI. plut. 69. — Idem *Bandin.* ibid. pag. 113. adnotat, in cod. XXXV. plut. 31. qui continet Aristophanis comoedias III. in fine com. *Plutus* versus quosdam legi in eius argumentum, non magni momenti; in margine autem scriptum esse nomen Μιχαὴλ Ἰωαννικίȣ. *Harl.*]

Michael *Zygomala.* Vide in Michaele Sbiri.

CAPVT

CAPVT XXXVIII. (olim XLII.)

DE THEOPHANE CERAMEO, IOANNE ZONARA, IOANNE TZETZE ET ALIIS QVIBVSDAM SCRIPTORIBVS SAECVLI X. XI. ET XII.

Theophanis Cerameï aetas et scripta. I. *Alii Theophanes.* II. *Ioannis Zonarae aetas et scripta.* III. *De Ioanne Tzetza et eius scriptis.* IV. *Index scriptorum in eius Chiliadibus memoratorum.* V. *Alii scriptores saeculi X. XI. et XII. de quibus nihil hactenus dictum in hoc opere.* VI.

(Cum supplementis G. C. Harles.)

I.

THEOPHANEM CERAMEVM, sunt, qui pro Theophane Georgium, Gregorium, Nicephorum vel Philippum vocent, vel qui cum Georgio seu Gregorio Cerameo et cum Nicephoro Figulo siue Cerameo aut cum Philippo Cerameo siue Ceramita velint eumdem esse: vide *Allatium* de Georgiis p. 414. seq. qui Georgii Cerameï iterum meminit p. 345. Natus est Theophanes hic in Sicilia, Tauromenii vel in vicino oppido Mascalis, et ad aedem S. Andreae ibi puer in patria educatus, vt ipse homilia L. in festo S. Andreae apostoli habita celebrat: factus deinde Tauromenitanus archiepiscopus, quo titulo constanter venit in codicibus MSS. vt Scorsus prooem. 1. §. 4. adnotauit, in quibus etiam σοφώτατος καὶ ῥητορικώτατος adpellatur, *sapientissimus et eloquentissimus;* id. prooem. 2. §. 2. Scripsit non saeculo nono et Photii aetate, vt Scorso persuasum, (quum Theophanes monachus, ad quem scripsit Photius, ab episcopo fuerit omnino diuersus:) neque circa a. 1040. ad quod tempus a *Caueo* [a]) refertur, quo non rex, sed comes postea a. 1063. Siciliae Rogerius vixit; sed regnante

a) In Histor. lit. SS. eccl. tom. II. p. 132. seq. ed. Basil. ad a. 1040. qui adsentitur *Leoni Allatio* de script. Simeon. p. 63. adnotatque, a *Miraco* in Auctar. c. 253. atque ex eo ab *Oleario* in Abaco patrol. p. 450. nostrum cum Theophane confessore, *chronographiae* conditore, pessime confundi. Fusius de eo disputat *Oudin.* in comment. de S. S. eccles. tom. II. p. 1185. ad a. 1140. sqq. et pag. 1320. sqq. Priore loco primum examinat refellitque Scorsi atque Allatii rationes, tum ostendit *Lambecii* inconstantiam in definienda Theophanis aetate; (conf. infra in notitia codd. msst.) Posteriore loco, vbi de aetate Symeonis metaphrastae differit, in cap. quinto iterum inquirit in tempus, quo vixerit Theophanes Cerameus, et praecipue de scriptura et significatione vocabuli

regnante filio illius comitis Rogerio, (Siciliae rege et Apuliae ab a. 1129. ad 1152.) quo tempore magna erat Saracenorum potentia. Hinc Deum subinde precatur, vt regem ab [P] illorum vi tueri velit, *τῷ εὐσεβεῖ ἡμῶν βασιλεῖ σύμμαχος γενȣ̃ κατὰ τῶν ἀθέων τῆς Ἀγὰρ υἱῶν*, *sis pio nostro regi propugnator contra impios Agar filios*, homil. XL. p. 288. et homilia IV. p. 26. *κράτυνον τῇ ἰσχύϊ σȣ τȣ̀ς πιςȣ̀ς ἡμῶν βασιλεῖς, ἐνίσχυσον αὐτȣ̀ς κατὰ τῶν ἀθέων Ἰσμαηλιτῶν τῶν σὴν ἀθετȣ́ντων προσκύνησιν*, *corrobora virtute tua fideles nostros reges, eosque contra impios Ismaëlitas tuam religionem euertentes confirma.* Regis gesta ac pietatem celebrat homilia XXVI. quam in eius praesentia habuit *ἐνώπιον τȣ̃ ῥηγὸς ῥογερίȣ*, ita enim legendum, non *ῥόγȣ*, docet *Allatius* de Simeonibus p. 63. seq. b) Exstant editae illius homiliae in dominicas et festa anni prae multis aliorum recentiorum Graecorum sermonibus dignae lectu, atque ad morem ecclesiarum illius temporis, quem in lectionibus et homiliis sacris tenuerunt, opportunae, et multa euangelistarum loca haud infeliciter illustrantes. Non alius est *Theophanes*, qui in Catena Corderiana ad Lucam citatur, quem Corderius

li *ῥήγȣ* aut *ῥόγȣ* disputat. — *L. Ellies Du-Pin* in bibl. eccl. tom. VII. cap. 17. pag. 196. Theophanem, censet, in fine noni saeculi claruisse; at in tom. VIII. cap. 12. p. 111. eum transtulit ad vndecimum saeculum. Plurium VV. DD. opiniones et iudicia de eius aetate et de ipsius ingenio, scribendi viuendique ratione collegit *Mongitor.* in bibl. Sicula, tom. II. p. 250. sqq. qui etiam citat *Caietanum* in animaduerss. ad tom. I. S. S. Siculorum p. 16. — Add. *Pagium* in Crit. Baron. ad a. 1252. VIII-X. *Io. Moller.* in Homonymoscop. sect. II. cap. 5. §. LXXVII. p. 523. seq. qui plures Theophanes enumerat, eosque, docet, interdum fuisse a viris doctis confusos. *Io. Laur. Moshem.* in Institut. hist. eccl. saec. XI. part. XI. part. 2. cap. 2. §. 30. *Sax.* in Onom. lit. part. II. p. 249. ad a. 1152. atque, his, inquit, temporibus et vixisse et floruisse verisimiliter creditur Theoph. Ceram. — *Christian. Frid. Matthaei* progr. de Theophane Cerameo, Dresdae 1788. 4. in quo V. D. tres codd: Mosquensem, Lipsiensem suumque, eorumque rationem in scribendo auctoris nomine ordineque homiliarum curate describit, et ex cod. Lipsiensi varias lectt. orationis XLV. p. 8-15. Scorsi enotauit. — Eodem praeside M. *Car. Chr. Ernesti Charitii* disp. I. de Theophane Ceram. pars I. de Theophane interprete, et disp. II. respondente *I. C. G. Praedicovio*, adpendix part. I. de studio allegoriarum, praecipuo rectae interpretationis impedimento. Wittebergae 1792. 4. Atque ego in Introduct. etc. tom. II. part. 1. p. 451. seq. de eo egi. — De *Iriarti* narratione ac sententia v. paullo infra in notitia codd. vbi etiam animaduersionem Montfauconii, qui *Gregorium* Cerameum plane alium esse, contendit, a *Theophane* Cerameo, pluribus retuli. *Harl.*

b) Conf. *Oudin.* l. c. et *Lambec.* V. pag. 122. sqq. Kollar. vbi a p. 117. cod. CCXXVIII. recenset, complectentem triginta sex Homilias Theophanis in euangelia dominicalia et festa anniuersaria. Lambec. postquam adnotarat, primam in principium noui anni inscribi — *Γρηγορίȣ τȣ̃ Κεραμέως, Μητροπολίτȣ Ταυρομενίας τῆς Σικελίας, Ὁμιλία* etc. et Scorsi longiorem de duplici auctoris nomine reddiderat, addideratque, in graeco codice quodam caesareo, qui varia *Georgii Calybae* opuscula idiographa continet, citari *Georgium Cerameum*, et, mutata pristina sententia, Theophanis aetatem adligat saeculo duodecimo sub Rogerio, rege Siciliae, qui a. C. 1152. obiit, (teste *Baronio* in annal. eccles. tom. XII. a. 1152. nr. 14.) obseruat, quando in codd. reperitur inscriptio graeco-barbara homiliae XXVI. in festum Palmarum diem *ἐνώπιον τȣ̃ ῥηγὸς Ῥόγȣ*, nomen per compendium scriptum *Ῥόγȣ*, idem esse, atque integrum *Ῥογερίȣ*, et vocabulum *Ῥὴξ* graeco-barbare idem esse ac *Rex.* Denique multus est de rege Rogerio, et suspicatur, orationem illam habitam fuisse a. Chr. 1140. Add. *Kollar.* not. *A.* ad Lambec. IV. pag. 41. sqq. de aetate et nomine Theophanis. *Harl.*

derius male confundit cum Theophane confessore, auctore Chronici, notatus eo nomine a Combefisio in bibl. concionatoria. Similiter in catalogo bibl. Bodleianae in vnum confunduntur Theophanes Cerameus et auctor Chronici et Nicaenus episcopus, cuius est hymnus in Adnunciationem b. virginis. [v. infra ad *Theoph. Graptum.*] Sed iam Theophanis Ceramei homilias editas recenseamus.

1. Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἰνδίκτε, ἤτοι τῦ νέε ἔτες, *de indictione s. anni principio* Calend. Septembris, incipit: *εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ καταξιώσας ἡμᾶς διαδραμεῖν τὴν κυκλικὴν τῦ χρόνε περίοδον* pag. 1. Ediderat graece et lat. *Dionysius Petauius* ad calcem breuiarii historici Nicephori CPolitani, Paris. 1616. 8. p. 258. qui *Gregorium* auctorem vocat et in notis p. 10. hanc et alias plurimas eius homilias a Sirmondo se testatur accepisse. *Qui quia crebro*, inquit, *earum editionem a nobis flagitat, vt ei aliqua parte satisfiat, has velut specimen quoddam praemisimus.* [*Paris.* in bibl. publ. cod. DLXII. nr. 12]

2. Περὶ τῆς παραβολῆς τῶν μυρίων ταλάντων. *De parabola decies mille talentorum*, Matth. XVIII. 24. Incipit: Οἱ παιδοτρίβαι καὶ τῶν νέων διδάσκαλοι p. 7.

3. Κυριακῇ πρὸ τῆς ὑψώσεως τῦ τιμίε καὶ ζωοποιῦ ςαυρῦ. *Dominica die ante festum exaltationis pretiosae et viuificae crucis.* Incipit: Φέρε σήμερον, ὦ θεοφιλέςατον ἄθροισμα. p. 13. Hanc homiliam ediderat *Iacobus Gretserus* cum Francisci Turriani versione in tomo II. de cruce p. 124. Ingolstad. 1600. 4. [v. supra, vol. X. p. 248.]

4. Εἰς τὴν ὕψωσιν τῦ τιμίε καὶ ζωοποιῦ ςαυρῦ. *In exaltationem pretiosae et viuificae crucis.* Incipit: Ὁρῶ σήμερον τῦ μεγάλε τῦδε [?] ναῦ. p. 16. Hanc quoque homiliam cum Turriani versione publicauerat Gretserus tom. II. de cruce pag. 133. Eadem cum superiore legitur latine in bibliothecis patrum recentioribus Paris. Colon. et Lugd.

5. Ἐκ τῦ κατὰ Λεκᾶν, κυριακῇ πρώτῃ, εἰς τὸ, ἑςὼς ὁ Ἰησῦς παρὰ etc. *Ex Lucae V. 2. Dominica prima in illud: Stans Iesus secundum stagnum Genesaret.* Incipit: Ἐπειδήπερ ἀρχὴν εἰλήφει. p. 27. In huius homiliae exordio narrat Theophanes, patres longo vsu instituisse, vt in ecclesia *Ioannis* euangelium legeretur ab festo paschatos vsque ad pentecosten; *Matthaeus* a pentecoste ad anni vsque finem; deinceps a magno *Luca* de magnis mysteriis edocerentur Christiani, diuino praecone *Marco* ieiuniorum tempori relicto. *Fabr.* Conf. cod. *Bauar.* CCX. et cl. *Hardt* in Aretini Beytr. etc. a. 1705. part. 3. p. 268. seq. *Harl.*

6. Περὶ τῦ υἱῦ τῆς χήρας. *De filio viduae.* Luc. VII. Incipit: ἄλλην ὑπόθεσιν ὡρμημένος. p. 31.

7. Περὶ τῆς παραβολῆς τῦ σπόρε. *De parabola sementis.* Luc. VIII. Incipit: οἱ τὰς μακρὰς ἀποδημίας. p. 39.

8. Περὶ τῦ πλεσίε καὶ Λαζάρε. *De diuite et Lazaro.* Luc. XVI. Incipit: πάλιν ἡ τῦ Θεῦ ἐνυπόςατος σοφία. p. 46.

9. Περὶ

9. Περὶ τῦ, ἐλθόντι τῷ Ἰησῦ εἰς τὴν χώραν. In Luc. VIII. 26. seq. *Quum venisset Iesus in regionem Gadarenorum.* Incipit: Ἐπέχει μυ τὴν γλῶσσαν ἡ νόσος τῦ σώματος. pag. 53.

10. Περὶ τῆς θυγατρὸς τῦ ἀρχισυναγώγυ καὶ περὶ τῆς αἱμοῤῥούσης. *De archisynagogi filia et haemorrhoissa.* Luc. VIII. 41. Incipit: διπλῆν ἡμῖν σήμερον. p. 57.

11. Περὶ τῦ ἐρωτήσαντος τὸν Κύριον νομικῦ καὶ περὶ τῦ ἐμπεσόντος εἰς τὰς λῃστάς. *De legisperito interrogante Dominum, et de eo, qui incidit in latrones.* Luc. X. Incipit: ὐ τοσῦτον αὐχμώδης γῆ. pag. 63.

12. Περὶ τῆς ἐχύσης πνεῦμα ἀσθενείας. *De muliere, quae habebat spiritum infirmitatis.* Luc. XIII. 11. Incipit: οἱ κηφῆνες ἀδὲς ἐςι μελισσῶν. p. 69.

13. Περὶ τῆς παραβολῆς τῦ δείπνυ. *De parabola coenae.* Luc. XIV. Incipit: μυςικὸν ἡμῖν δεῖπνον. p. 76.

14. Κυριακῇ πρὸ τῆς Χριςῦ γεννήσεως. *Dominica ante Christi natiuitatem in illud,* Matth. I, 1. *Liber generationis Iesu Christi filii Dauid.* Incipit: τῦ μὲν αἰσθητῦ ἡλίυ. p. 81.

15. Περὶ τῦ ἀρχιτελώνυ Ζακχαίυ. *De Zacchaeo, principe publicanorum.* Luc. XIX. Incipit: τῆς μυςικῆς ἐκείνης καὶ θείας κλίμακος. p. 87.

[P] 16. Περὶ τῦ τελώνυ καὶ Φαρισαίυ. *De publicano et Pharisaeo* Luc. XVIII. 10. sq. Incipit: πάλιν ἡ εὐαγγελικὴ φωνή. p. 92.

17. Περὶ τῦ ἀσώτυ υἱῦ. *De filio prodigo* Luc. XV. Incipit: ἔφθασεν ἡ εὐαγγελικὴ φιλοσοφία. p. 100.

18. Εἰς τὸ, ὅταν ἔλθῃ. In illa verba Matth. XXV. 31. *Cum venerit filius hominis in gloria sua.* Incipit: οἷόν τι πάσχυσιν. p. 111.

19. Εἰς τὸ, ὅταν ἀφῆτε. In illa verba: Matth. VI. 15. *Si dimiseritis hominibus peccata eorum.* Incipit: οἱ ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἄθλοις, p. 119.

20. Τῇ κυριακῇ τῆς ὀρθοδοξίας περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων. *Dominica orthodoxiae* [c]), (prima ieiuniorum, qua memoriam restituti cultus imaginum Graeci celebrant,) *de sanctis imaginibus.* Incipit: λαμπρὰ ἑορτὴ καὶ πανήγυρις ἐπέςη. pag. 125. Hanc homiliam latine dedit *Baronius* ad a. 842. n. 29. ex Francisci Turriani versione, cum qua graece et latine *Iac. Gretserus* tom. II. de cruce p. 1242. edit. in fol. Ingolst. 1616. [conf. *Lambec.* VIII. p. 700. sqq. contra Gretser. et Scorsum.]

Dd 2 21. Περὶ

c) Vide *Cangii* glossar. in Ὀρθοδοξία, *Lambec.* diss. praeliminar. ad acta Sanctor. tom. II. Iunii VIII. p. 456. [p. 700. sqq. Koll.] *Nic. Rayaeum* p. XXII.

21. Περὶ τῦ ἐν Καπερναὺμ παραλυτικῦ. *De paralytico sanato in Capharnaum* Marc. II. 1. seq. Incipit: ἐπειγόμενος τῆς συνήθους διδασκαλίας ἐφάψασθαι. p. 130.

22. Εἰς τὸ, ὅςις θέλει. ἐλέχθη κυριακῇ τῆς ςαυροπροσκυνήσεως. In illa verba Marc. VIII. 34. *Si quis vult venire post me, abneget semet ipsum.* Dicta est dominica adorationis S. crucis, medio ieiuniorum tempore. Incipit: νῦν ἡμῖν ὁ τῆς ἐγκρατείας καιρὸς ἔφθασεν εἰς αὐτὸ τὸ μεσαίτατον. p. 137.

23. Εἰς τὸ, ἄνθρωπός τις. In illud Matth. XVII. 14. *Accesit ad eum homo genibus prouolutus, dicens: Domine miserere filii mei, quia lunaticus est.* Incipit: Ὀτρύνει μὲν ἵππον ἀγέρωχον. p. 144.

24. Εἰς τὸ, ἰδὲ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα. In illud Marc. X. 33. *Ecce ascendimus Hierosolymam, et filius hominis tradetur.* Incipit: Ὁ μὲν τῆς ἐγκρατείας καιρὸς ἤδη προέκοψε. 149.

25. Εἰς τὴν τῦ δικαίου Λαζάρου ἀνάςασιν. *De iusti Lazari resurrectione* Ioh. XI. Incipit: πολλὴν πανδαισίαν ἡμῖν ὁ ἐπιςήθιος Εὐαγγελιςής. p. 158.

26. Εἰς τὴν βαϊοφόρον ἑορτήν· ἐλέχθη δὲ ἐνώπιον τῦ ῥηγὸς Ῥογερίου. *In sollemnitatem Palmarum. Dicta est coram rege Rogerio.* Incipit: Φαιδρὰ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ συνέλευσις p. 183. [de qua plura scripsi in nota prima ad h. caput.]

[P] 27. Εἰς τὸ τίμιον τῦ Ἰησῦ Χριςῦ πάθος. *In pretiosam IESV Christi passionem.* Incipit: Ἴσως μὲν ἐπαχθὴς δόξω πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, p. 188. In hac homilia pag. 207. Theophanes laudat hymnum et καλλίπαιαν Andreae Cretensis.

28–38. Ἑρμηνεία εἰς τὰ ἕνδεκα ἑωθινά. *Interpretatio in vndecim euangelia matutina,* de iis, quae post resurrectionem Christi gesta sunt. Hae XI. homiliae MSS. in codice caesareo, de quo *Lambec.* IV. p. 61. [p. 134. ed. Kollar.]

28. α) In Matth. XXVIII. 16. incipit: πάλαι μὲν ὁ θεόπτης Μωσῆς pag. 213.

29. β) In Marc. XVI. 1. incipit: τέρπει μὲν τὰς ὄψεις ἀνίσχων. p. 219.

30. γ) In Marc. XVI. 9. incipit: οἱ ἀέναως ῥέοντες ποταμοί. p. 224.

31. δ) In Luc. XXIV. 1. incipit: ἐπειδὴ περὶ τῆς ζωοπαρόχου· p. 230.

32. ε) In Luc. XXIV. 12. incipit: ἡ ζωοφόρος τῦ Κυρίου ἀνάςασις. p. 233.

ς) Ὁμιλία ἡ αὐτὴ εἰς τὴν σωτήριον ἀνάληψιν. *Homilia eadem, quae in salutarem adscensionem,* infra n. 39. p. 275.

33. ζ) In Ioh. XX. 1. incipit: Ὅτε τὴν κατὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως. p. 238.

34. η) In Ioh. XX. 11. incipit: ἀντὶ τῦ κορυφαίου τῶν φοιτητῶν. p. 244.

35. θ)

35. θ) In Ioh. XX. 19. incipit: *Ζητητέον τοῖς τῶν ἱερῶν λογίων ἐξεταςαῖς.* p. 247.

36. ι) In Ioh. XXI. 3. seq. incipit: *ἐπὶ τὴν Τιβεριάδος λίμνην.* p. 250.

37. ια) In Ioh. XXI. 14. seq. incipit: *Τοῖς μαθηταῖς ὀφθεὶς ὁ κύριος.* p. 257.

38. *Εἰς τὴν Σαμαρεῖτιδα.* *De Samaritana* Ioh. IV. incipit: *ὡς ἀπροοιμιάςως τῷ Σωτῆρι σήμερον.* p. 262.

39. *Εἰς τὴν σωτήριον ἀνάληψιν.* *In salutarem adscensionem.* Incipit: *λαμπρὰ τῷ ὄντι καὶ περιφανής.* p. 273.

40. *Εἰς τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος.* *In aduentum Sancti Spiritus.* Incipit: *ὁρῶν σήμερον τὸν ἁγιώτατον.* p. 282.

41. *Κυριακῇ τῶν ἁγίων πάντων.* p. 282. *Dominica omnium Sanctorum* in Matth. X. 32. Incipit: *ὁ μὲν καιρὸς πρὸς αὐτὸ τὸ τοῦ ἔαρος ἡμᾶς ἄγει ἀκροτελεύτιον.* p. 288.

[P] 42. *Εἰς τὸ, λύχνος τοῦ σώματός ἐςιν ὁ ὀφθαλμός.* *In illa verba* Matth. VI. 22. *Lucerna corporis est oculus.* Incipit: *καὶ χρεωφειλέτης εὐχάριςος.* p. 296.

43. *Εἰς τὰ ἐπίλοιπα.* *In reliqua eiusdem dicti.* Incipit: *οἱ ἀγύρται καὶ οἱ ἀγελαῖοι πένητες.* p. 303.

44. *Περὶ ἑκατοντάρχου.* *De centurione* Matth. VIII. Incipit: *ἀντιςρατεύει τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις.* p. 308.

45. *Περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος πλουσίου τὸν Ἰησοῦν.* *De diuite interrogante dominum* Matth. XIX. Incipit: *οἷόν τι συμβαίνειν εἴωθε.* p. 313.

Festis Sanctorum diebus.

46. *Περὶ τῆς ἐπιτιμήσεως τῶν ὑδάτων.* *De obiurgatione aquarum.* Matth. VIII. *ἐλέχθη τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Δημητρίου.* *Dicta est in festo magni martyris Demetrii.* (VIII. Octobr.) Incipit: *διττῆς προφάσεως σήμερον.* p. 321.

47. *Εἰς τὴν ἀποςολὴν τῶν δώδεκα μαθητῶν.* *De missione duodecim discipulorum.* Matth. X. *In festo SS. anargyrorum Cosmae et Damiani.* (XVII. Octobr.) Incipit: *συγκαλεῖ μὲν ἡμᾶς, ὦ φιλέορτοι.* pag. 324. *Fabr.* In cod. *Mosquensi* CCLXXIV. (de quo postea,) nr. 16. legitur: — *ἀναγινώσκεται τῇ πρώτῃ τοῦ νοεμβρίου, τῶν ἁγίων ἀναργύρων· συγκαλεῖ μὲν ἡμᾶς σήμερον·* atque *Matthaei* in notitia codd. gr. Mosq. p. 173. in not. *t.* post *ἀναγινώσκεται* malit interponere, *δὲ καὶ*; Bis enim, ait, haec pericopa in ecclesia explicatur, in XII. apostolos et in SS. *Anargyros.* vide secundam euangeliorum editionem meam ad Matth. X. 1. Theophanes hanc homiliam dixit primo Nouembris, in qua lectione omittuntur versus 2. 3. et 4. vt ipse in hac homilia monet p. 326. *b.* Hactenus cel. Matthaei. *Harl.*

48. Εἰς τὴν ἀποστολὴν τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν. *De missione septuaginta discipulorum* Luc. X. 16. ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἀρχιστρατήγου. *Dicta est in festo principis coelestis militiae S. Michaelis* (XXIX. Septemb.) Incipit: οἱ μὲν αἰσθητοὶ λειμῶνες. p. 329.

49. Εἰς τὸ, ἠθέλησεν. *In illa verba* Ioh. I. 43. *Voluit IEsus exire in Galilaeam.* ἀναγινώσκεται ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Φιλίππου. *Legitur in festo S. Philippi* (1. Maii) Incipit: οὐ μόνον περιπολοῦντες σωματικῶς. p. 336.

50. Εἰς τὸ, εἱστήκει ὁ Ἰωάννης. *In illa verba*, (Ioh. I. 35.) *Stabat Ioannes, et ex discipulis eius duo.* Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ἀνδρέου. *Dicta est in festo S. apostoli Andreae.* (XXX. Nou.) Incipit: ἐμοὶ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ διάλεξις. p. 342.

51. Εἰς τοὺς μακαρισμούς. *In beatitudines* Matth. V. ἐλέχθη ἐν τῇ μνήμῃ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νικολάου. *Dicta est in memoria S. patris nostri Nicolai.* (XVI. Dec.) Incipit: ὅτι [d]) πρὸς τὴν ἑαυτοῦ θείαν αὐλὴν ὁ δεσπότης. pag. 346. In hac homilia pag. 350. Gregorii Nysseni homiliae octo in beatitudines laudantur his verbis: τὸ μὲν βάθος τῆς ἱερᾶς ταύτης διδασκαλίας μόνος τῶν πάντων ἐπέγνω κάλλιστά τε καὶ ὑψηλότατα ὁ κατὰ τὸν μέγαν Μωσῆν εἰς τὸν γνόφον τῆς θεολογίας εἰσδὺς ὁ Νυσσαεὺς καὶ μέγας Γρηγόριος ἐν ὁμιλίαις ὀκτὼ τὸ ταύτης κάλλος [P] ἐξηγησάμενος, καὶ ἔξεσαι τῷ βουλομένῳ τὰ τῆς πανσόφου ἐκείνης βίβλου ἀρύσασθαι νάματα καὶ μέθην μεθυσθῆναι τὴν σώφρονα. *Profunditatem huius doctrinae vnus ex omnibus optime altissimeque cognouit, qui instar magni illius Mosis in theologiae caliginem penetrauit Nyssenus ac magnus Gregorius homiliis octo, quicquid in hoc dicto boni pulcrique continetur, explanauit; et licebit, cuicumque libuerit, ex illo libro omni sapientia redundante flumina haurire, et sana ac sobria ebrietate se ingurgitare.*

52. Εἰς τὰ ἅγια νήπια. *In sanctos innocentes* (XXVIII. Dec.) Incipit: ἐπὶ τὴν ἱερὰν Βηθλεὲμ ἄγει σήμερον. p. 353.

53. Εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. *In adnunciationem sanctissimae dei genitricis* (XXV. Mart.) Incipit: σήμερον ἡ Ἐκκλησία δαδουχεῖται μυστικῶς, p. 359.

54. Εἰς τὸ, πάντα μοι παρεδόθη, *in illa verba* Matth. XI. 27. *omnia mihi tradita sunt a patre meo.* Ἐλέχθη δὲ ἐν τῇ πανηγύρει τοῦ ἁγίου Ὀνουφρίου. *Dicta est in panegyri S. Onuphrii* (1. Iun.) Incipit: ἐπεισί μοι θαυμάσαι. p. 365.

55. Εἰς τὸ, ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς. *In illa verba* Matth. XVI. 13. *venit Iesus in partes Caesareae Philippi.* Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου. *Dicta est in festo SS. apostolorum Petri et Pauli.* (XXIX. Iun.) Incipit: συνήδομαί σοι πόλις, καί σοι θεῖε τῶν ἀνακτόρων ναέ. pag. 370. Antequam edita esset, citauit *Turrianus* contra Magdeburgenses pro canonibus apost. II. 6.

56. Εἰς τὸ, ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν. *In illa verba*, Ioh. XV. 12. *haec mando vobis.* Ἐλέχθη

d) Ὅτι in cod. Mosq. cit. nr. 20. *Harl.*

Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Προκοπίου. *Dicta est in festo S. Procopii.* (VIII. Iul.) Incipit: καὶ κιθαρῳδὸς ἀνὴρ πολλάκις. p. 378.

57. Εἰς τὸ, ἐγώ εἰμι ἡ θύρα. *In illa verba:* Ioh. X. 9. *Ego sum ostium.* Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Παγκρατίου. *Dicta est in festo S. Pancratii* Tauromenitani, vt aiunt, episcopi, et Petri apostoli discipuli. (XI. Iul.) Incipit: οὐ κατόπιν, ὡς ὁ λόγος ἥκομεν. p. 385. *Fabr.* Fragmentum homiliae in festo die S. Pancratii typis exprimi fecit *Octauius Caietanus*, ab Augustino Florito, S. I. traductum, in vitis S. S. Siculorum, tom. I. pag. 10. teste Mongitore. *Harl.*

58. Εἰς τὸ, ἰδοὺ ἐγώ· *in illa verba* Matth. X. 16. *Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum.* Ἐλέχθη ἐν ἑορτῇ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Παντελεήμονος. *Dicta est in festo sancti magni martyris Panteleemonis.* (XXVII. Iul.) Incipit: οἱ πρὸς τὴν πάνδημον ταύτην ἀθροισθέντες πανήγυριν. p. 392.

59. Εἰς τὴν σωτήριον μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *In salutarem transfigurationem domini nostri Iesu Christi.* (VI. August.) Incipit: οἷόν τι πάσχειν εἴωθε ποιμήν. p. 398.

60. Εἰς τὸ, εἰσῆλθεν. *In illa verba* Luc. X. 38. *Intrauit Iesus in* [P] *quoddam castellum.* Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. *Dicta est in festo dormitionis sanctissimae virginis Deiparae.* (XV. August.) Incipit: ὡς λίαν μοι λαμπροτέρα. p. 402.

61. Εἰς τὴν ἀποτομὴν τοῦ Προδρόμου. *In decollationem venerabilis praecursoris,* Ioannis baptistae. (XXIX. August.) Incipit: καλῶς ἐφήρμοσεν ἡ τάξις τὴν τοῦ προδρόμου τελείωσιν εἰς αὐτὴν σχεδὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ τὴν περαίωσιν. p. 418.

62. Εἰς τὸν γενόμενον αὐχμόν. *De siccitate, quae eo tempore contigit.* Incipit: Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ. p. 424.

Has Theophanis homilias ex codicibus Panormitano, Vaticano, Escurialensi et Parisiensibus recensitas *Franciscus Scorsus* S. I. cum eleganti versione et eruditis atque copiosis ad calcem voluminis subiunctis notis primus edidit, Lutetiae Paris. 1644. fol. Eaedem exstant in codice Coisliniano, de quo *Montfauconus* pag. 391. Homiliae LVI. in codice caesareo, de quo *Lambecius* IV. p. 17. *). Ineditas adhuc plures eiusdem scriptoris in bibliothecis latere non est dubium, quum *Allatius* p. 415. diatriba de Georgiis testetur, se in Chio insula legisse homilias eius, Scorso haud visas, quinque, quorum titulos et initia ibi, si placet, vide. *Fabr.*

*) Siue p. 35. sqq. ed. Kollar. de cod. caes. CII. nr. 2. vbi v. Kollar. not. p. 41. sqq. Lambec. postquam ordinem homiliarum in hoc cod. seruatum, et singularum inscriptiones initiaque indicarat, monet docetque, auctorem illarum in cod. caesar. CCXXIV. vocari *Gregorium Ceram.* in cod. autem CXL. olim CLXIV. nec *Theophanem*, nec *Gregorium* nuncupari, sed solo cognomine Κεραμεὺς siue *Figulus.* De cod. caesar. CXI. nr. 8. (*Lamb.* IV. p. 134.) in primis CCXXVIII. (*Lambec.* V. pag. 117. sqq.) supra iam plura scripsi. *Harl.*

de. *Fabr.* Atqui in pluribus bibl. exstare Theophanis homilias msstas, in his ineditas, hodie constat. Enimuero in paucis idem ordo seruatur, vti interdum a catalogorum confectoribus, ad quos lectores ablegandum mihi est, demonstratum esse, paucis monebo. En codicum eiusmodi notitiam! *Venetiis* in codd. Naniano LXVI. homil. 35. (sed duae primae desiderantur,) et LXXXIX. homil. 41. quarum seriem et differentiam ab editis docet auctor cat. codd. gr. Nan. p. 118. sqq. et 170. sqq. — *Taurini* in cod. regio CCXII. fol. 37-256. homiliae, at ordine ab editis prorsus diuerso; in eodemque cod. fol. 1. sqq. leguntur sub titulo, ἐκ τῶν ζητημάτων καὶ ἐπιλύσεων Θεοφάνες Κεραμέως καὶ Ἰουστίνου φιλοσόφου· *ex quaestionibus et solutionibus Theophanis Cerامei et Iustini philosophi*, *sexaginta ferme quaestiones* varii argumenti in sacram scripturam, de quibus quoniam nulla facta est mentio aut ab Oudino, aut a Fabricio, aut ab aliis, qui de Theophane disserunt, confector catal. codd. gr. Taurin. p. 311. speciminis loco primam Theophanis quaestionem gr. cum versione lat. in lucem protulit. — Ibid. in cod. CCCXIX. fol. 10. sqq. *Theoph.* homiliae, eaedem, quae editae sunt. v. cat. cit. p. 398. — Ibid. in cod. CCCXX. fol. 4. *Ioannis* (sic) *Ceramei* homilia *in principium indictionis*, et fol. 185 sqq. *Ioannis* (sic) *Ceramei* aliae homiliae quatuordecim; ordinem ab editis diuersum comparando ostendit auctor cat. cit. p. 399. sq. — *Paris.* in bibl. publ. codd. decem sunt interdum singulae, interdum plures homiliae, e. gr. in cod. MCLXXXIII. leguntur 45. homiliae; in cod. MCLXXXIV. sunt 54. homiliae: in cod. MCCVI. 34. homil. in cod. MCCVII. sub nomine *Gregorii Ceramei* 40. homiliae v. indic. ad cat. MSS. regg. Paris. vol. II. — In cod. *Coislin.* bibl. CCI. loca ex Theophane in Nicetae collectione interpretationum etc. teste *Montfaucon.* in bibl. Coislin. p. 251. — et ib. pag. 391. eodem teste in cod. CCLXXVII. leguntur 62. homiliae eodem, quo editae sunt, numero, — Secundum *Montfaucon.* in Bibl. bibliothecar. MSSt. I. pag. 33. *D. Romae* in Vaticano cod. nr. 904. bibl. reginae Sueciae quaedam Ceramei. — p. 231. *B. Neapoli* homiliae in duobus codd. bibl. S. Ioannis de *Carbonara* etc. — p. 483. *B. Venetiis* in bibl. Iustiniani, in duobus codd. — p. 505. *C. Mediolani* in duobus codd. bibl. Ambrosianae; — tom. II. p. 1198. *E.* Theophanis Cer. opera multa in bibl. *Guil. Pelliserii;* — p. 1314. in cod. LXIII. bibl. *Mazarin. Gregorii Ceramei* homiliae etc. vbi notanda est Montfauconii animaduersio, dum, „auctor, inquit, plane alius a Theophane Cerameo, nihil amborum homiliis commune. Ipse est, qui in Augustini Tarraconensis aede, et in regia Scoriali exstare notatur ab Allatio, incipiens a Publicano, quem tamen is male confundit cum *Theophane* Cerameo, errorem sequutus Francisci Scorsi. Sunt homiliae omnes 54. est prima Dominica Publicani et Pharisaei; vltima Dominica Christi progenitorum.“ Hactenus Montfaucon. Atque *Mongitor.* l. c. iam plures excitauit, qui vtrumque discernerent: add. infra ex Villois. epist. — Ibid. p. 1315. *B.* in cod. *Mazarin.* LXVI. 26. qui ita indicatur, Ceramei, metropolitae ciuitatis Rhoti, (al. Rhegii) Calabriae, in Zachaeum, publicanorum principem: est inter homilias Theophanis Ceramei, qui non Calabriae, sed Siciliae episcopus erat.“ — *Mosquae* in cod. synod. CCLXXIV. *Gregorii, Tauromenii archiepiscopi*, homiliae sexaginta, quarum ordinem atque principia recenset *Matthaei* in notit. codd. gr. Mosquens. pag. 172. sqq. idemque p. 175. sq. laudat similem codicem optimae notae, *Lipsiae* in bibl. Paullina adseruatum, atque Theoph. homilias omnino dignas iudicat, quae propter textum sacrum comparentur. — Inprimis notandus est cod. XVI. in bibl. regia *Matriti*, cum propter nomen auctoris, qui

in hoc

in hoc vnico cod. *Philagathus philosophus* nuncupatur, tum propter maiorem homiliarum numerum, quam qui in vllo alio cod. reperitur. Continet enim homilias Theophanis LXXVIII. et habet duodetriginta, quae neque in Scorsi editione, neque inter illas occurrunt, quas Leo Allatius in diatribe de Georgiis tamquam ineditas refert. Quapropter *Iriarte* in cat. codd. gr. Matrit. p. 55-70. copiose non minus, quam diligenter recensuit, et ex cod. suo singularum homiliarum, quarum quoque ordo differt ab editis, inscriptiones, iis quas Scorsus edidit, vberiores plerumque ac locupletiores reddidit, variasque memorabiles hinc inde adspersit animaduersiones, in quibus etiam Scorsi editio modo explicatur atque emendatur, modo suppletur. Titulus autem est: *πόνημα Φιλαγάθου τοῦ φιλοσόφου*, *opus Philagathi philosophi*, quo nomine Theophanem, dum vitam monasticam ageret, vsum fuisse, ex subscriptione homiliae ineditae LXXVII. subiecta, (p. 63. nr. 204.) docet Iriarte. Illa enim homilia inscripta est: *Φιλαγάθου πόνημα τοῦ φιλοσόφου*, et in fine legitur: *Ὁ Φιλάγαθος εὐτελὴς μονότροπος ὡς ἀνάξιος ταῦτα λαλεῖ καὶ γράφει.* Auulsis autem quibusdam foliis, totae deficiunt homiliae sex, quas secundum indicem praefixum consequi oportebat, quae vero editae sunt. Sed nimis aberrarem a recta via, si omnia, quae ab Iriarto adnotata et memoratu digna viderentur, exoerperem. Pauca tamen adhuc adnotare iuuat. Pag. 65. sq. recensuit cod. *Escorialensem;* p. 67. subiecit Theophanis homiliarum catalogum, per alphabeti ordinem digestum, vbique addita nota, qua denotatur, quae homilia vel in Scorsi editione, vel in codd. Matritensi atque Escurialensi exstat, vel ab Allatio visa est. Culpat etiam pag. 69. Fabricium nostrum et Montfaucon, qui in Diario italico duo eiusdem Theophanis homiliarum MSS. codd. *Neapoli*, totidem *Venetiis* a se inspectos enarrauit, quod plerumque singularum titulos, nedum prima verba describere neglexerint. At breuitatis studio ii id fecisse adeoque excusandi esse videntur. Per hanc occasionem adiicere liceat mihi epistolae, in qua *Villoison.* quondam plura, quae ad litteraturam graecam pertinent, pro ea, qua floruit, singulari humanitate non minus quam mira eruditione litterarumque copia, me amice docuit, particulam, in qua ea, quae in Introductione etc. II. part. I. p. 450. sq. scripseram, ita docte supplet emendatque: „Vous pourries aiouter ce passage important de la *Lettera intorno a' pregi dell' antica città di Taormina*, *scritta ad un suo amico dal sig. D. Ignazio Cartella*, *Tauromineſe*, pag. 153. tom. XV. des *Opuscoli di Autori Siciliani*, in Palermo, 1774. 4. Ignace Cartella y parle des Prélats de Tauromeni, qui ont eu le titre d'Archeveque, et entr' autres des deux *Cerameus*, *Grégoire* et *Théophane*," dont nous avons, dit il, les célébres Homelies, publiées en Grec et en Latin par Scorsi, qui les attribue toutes à *Théophane*, tandis qu'on voit évidement en les lisant, que quelques unes d'entr' elles sont de *Grégoire*, et d'autres de *Théophane*, comme le soutient le célébre Pere *François Combefis*, Bibliothecae concionatoriae patrum tom. I. sur le mot de *Théophane Cerameus* pag. 46. et sur celui de *Gregoire Cerameus* p. 14. „Vous indiquez le Catalogue des MSS. grecs de Madrid, de Iean Iriarte, qui p. 84. col. 2. se glorifia en ces termes de la decouverte qu'il croit avoir faite du vrai nom de l'Auteur de ces Homélies, *meum quidem inuentum*, *vt ingenue fatear*, *mirifice sum gratulatus*. *Scriptoris inuenire nomen*, *plus visum est*, *quam scripta*. *Philagathi porro nomine Theophanem*, *dum vitam monasticam ageret*, *vsum fuisse plane constat*. Il se trompe. Les evéques grecs, qui sont toujours tirés du sein des couvents, de même que les Laiques, qui embrassent la vie monastique, changent alors de nom; mais ils ont toujours

 soin

soin d'en prendre un, dont la premiere lettre initiale est la même. C'est une régle sans exception. *Maffei* avoit fait cette observation judicieuse dans la savante *Lettera al P. Abate Bacchine sopra i frammenti greci dati in luce* nel tomo XVI. del *Giornale de Letterati d' Italia, e restampati in Olanda col nome di S. Ireneo*, p. 301. de ses *Rime, e prose, parte raccolte da vari libri, e parte non più stampate*, in Venezia, 1719. in 4. etc. Hactenus Villois. Quis igitur fuit ille *Philagathus?* Auctorne ignotus quarumdam homiliarum, a Theophane diversus, cuius nomen a librario codicis ipso perperam fuerit praefixum? an Theophanes ita quoque propter virtutes interdum fuit cognominatus? Cur vero nominatur philosophus? Nisi in fine homiliae LXXVII. adpositum fuisset: Ὁ Φιλάγαθος — ταῦτα λαλεῖ καὶ γράφει· facile poterat aliquis in suspicionem incidere, id fuisse scribae nomen. Sed mittamus hariolationes.. In cod. *Matritensi* XXXIII. sunt tredecim homiliae Theophanis Cera-mei; quarum ordinem et inscriptiones indicat ac partem esse codicis XVI. censet *Iriarte* l. c. p. 133. sq. — Postquam superiora, ex Villoisonii epistola sumta, scripseram: alio eiusdem longae epistolae loco incidi in quamdam eiusdem Villoisonii notam, in imo margine scriptam: „l'observerai donc malgré l'autorité d'Iriarte, que d'après cet usage constant si Théophane Cerameus s' étoit appellé *Philagathe*, dans son Couvent, il n'auroit pas pu s'empêcher en montant sur le siége de Tauromeni, de prendre un nom, dont la premiére lettre initiale eut commencé, de même, que le sien par un *P*, tel que Pierre, Philippe, Pachome etc. C'est ainsi que Manuel Margunio pret le nom de *Maxime* avec l' Eveché de Cerigo." *Harl.*

Theophanes alii.

Theophanes, *Mitylenaeus, Lesbius*, quem scriptorem rerum suarum Pompeius Magnus in concione militum, ciuitate donauit, teste *Cicerone* pro Archia c. 10. et *Valerio Maximo* VIII. 14. De illo *Vossius* de hist. graecis lib. I. c. 23. qui huius Theophanis Epigrammata graece legi in Anthologia, Gyraldo adsentitur lib. de poëtis graecis p. 69. Apud Iulium Capitolinum in Maximo et Balbino c. 7. hic vocatur Balbus Cornelius Theophanes, fuit enim ab eo L. Cornelius Balbus adoptatus, vt narrat *Cicero* Orat. pro Balbo c. 25. et VII. 6. ad Attic. Confer *Ioannem Tristanum* tom. II. de numis imperatorum pag. 477. seq. *Fabr.* Item *Vellei. Patercul.* II. cap. 18. sect. 3. ad eumque interpretes in ed. Ruhnken. pag. 757. sq. *Ernesti* clau. Ciceron. in ind. historico, voc. *Theophanes;* cel. *G. St. Croix* Examen critique des anciens historiens d'Alexandre-le-Grand. ed. II. Paris. 1804. 4. p. 20. qui in not. 4. iam laudauit *Sevin* recherches sur la vie et les ouvrages de Theophane, Acad. des Inscr. tom. XIV. p. 143. *Harl.*

Theophanes ἐν τῷ περὶ γραφικῆς, *de arte pictoria* laudatus a *Laërtio* in Aristippo, lib. II. sect. 104. [v. supra, vol. IV. p. 250.]

Theophanes, accusator Iulii Bassi, apud Plinium lib. IV. epist. 9.

Theophanes *Byzantius*, cuius Commentarios de rebus Iustiniani imp. et libros decem historiarum ab anno secundo Iustini iunioris ad annum eiusdem duodecimum, (Christi a 567.

a 567. ad 577.) horumque continuationem desideramus. De illis *Photius* bibl. codice LXIV. *Fabr.* Conf. supra ad vol. VII. pag. 459. sq. not. (vbi quoque iam citaui excerpta ex Theophane *Byzantio* in cod. bibl. Leidens.) — pag. 541. §. 7. pag. 543. §. 10. et vol. X. p. 700. *Saxii* Onom. lit. II. p. 58. et p. 539. *Harl.*

[P] Theophanes *monachus*, ad quem eiusdem Photii epistola, vulgata a Scorso in prolegomenis ad Theophanem Cerameum. [Ad eum epist. Theodori Studitae. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 325.]

Theophanes, qui sub Photio docuit, sigillum confessionis posse violari, praemium mendacitatis nactus *Caesarienses infulas*, si credimus *Nicolao Comneno* p. 410. praenotionum mystagogicar. De illo Theophane, Caesariensi episcopo, *Nicetas* in Ignatii patriarchae CPol. vita.

Theophanes, *hegumenus* et presbyter, qui scripsit encomium S. Nicephori patriarchae CPol. sub Michaele Theophili F. Habetur latine apud *Surium* 13. Mart. et in Actis sanctor. tom. II. Martii p. 318. Vossio idem hic videtur cum Theophane Isauro, auctore Chronici. Incertum est, an ex hoc Theophane produxerint locum de Porphyra in palatio CPol. (in qua nati imperatorum liberi Porphyrogennetae dicebantur,) *Franciscus Turrianus* lib. II. de dogmatum characteribus et *Bernhardus Bertramus* in notis ad Reinesium de Palatio Lateranensi eiusque comitiua, Ien. 1679. 4. p. 57. *Fabr.* Theodori Stud. epistola ad *Theophanem hegumenum* inter illius epp. in cod. Coislin. CCLIX. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 317. *Harl.*

Theophanes *physicus*, Heracleopolitanus Aegyptius, cuius meminit Stephanus Byz. in Ἡρακλεόπολις.

Theophanes, *confessor* imaginum a Leone Chazaro male habitus, cuius obitum memorat historia miscella XXIII. 7. ad a. C. 780. [v. supra, vol. X. p. 338.]

Theophanes *Solitarius*, ad quem Theodori Studitae epistolae. [v. *Montfauc.* l. c.]

Theophanes *Isaurus*, Hegumenus τοῦ ἀγροῦ, quem a Theophane Isaacio, Sigriani monasterii abbate, praeter rem, vt opinor, distinguit *Baronius* ad a. 816. n. 1. Confessor imaginum in exsilium coniectus a Leone Armeno et defunctus vno e tribus vltimis illius imperatoris annis, non ante a. C. 818. De eius Chronico (annorum φκή, 524. vt notatur in codice *Coisliniano* p. 205. add. p. 207.) dixi vol. VI. pag. 151. seq. [f]). *Franciscus Turrianus* de

f) Siue p. 459. sqq. vol. VII. nou. edit. vbi in notis *z* et *aa*. plura de hoc Theophane adscripsi. Add. ibid. p. 458. not. *x*. p. 543. §. 10. pag. 680. 725. not. vol. VIII, p. 86. — vol. X. p. 338. seq. de hoc et aliis Theophanibus et pag. 332. — In cod. *Sfortiano*, S. Theophanis vita, et in alio S. Theophanis et filiorum eius Arcadii ac Ioannis vita, teste *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 699. *A.* et *C.* — v. eumdem in bibl. *Coislin.* p. 213. *Lambec.* VII. p. 105. not. 3. ed. Kollar. vbi corrigi-

de iure ordinandi ministros ecclesiae lib. II. cap. 6. pag. 204. citans locum ex hoc Chronico tunc adhuc inedito, Theophanem male vocat Tarasii Syncellum siue Secretarium, quod Georgio competit, cuius Chronicon Theophanes ab a. 285. ad 813. Theophani, de quo copiose *Henschenius* in Actis sanctor. tom. II. continuauit, non ad XII. Martii pag. 213. seq. tradito etiam vitae eius compendio e Menaeis p. 216. tum p. 218. latina versione vitae a Theodoro Studita vel alio coaeuo scriptae, (ex MS. graeco bibl. Venetae S. Marci.) Et alia vita (a Simeone Metaphraste, vt videtur scripta) graece pag. 700. e codice bibl. Sfortianae Rom. et latine p. 224. Scripsit et alia hic Theophanes; [f] nam Genesius in Leone Armenio, quum narrasset fraudem a monacho suasu Theodoti factam imperatori, subiungit, carmine in eumdem inuectum Theophanem confessorem, *ὡς καὶ παρὰ τῦ μακαρίτυ Θεοφάνυς καὶ ὁμολογητῦ ταῦτα δι' ἐμμέτρυ ποιήσεως ἐςηλιτεύετο.* Ad hunc quoque Theophanem Theodori Studitae epistolae. [v. supra, vol. VII. p. 460. not. *aa.* sub fin.]

Georgius Theophanes, quem memorat Vossius de hist. graecis et Reinesius de palatio Lateranensi pag. 83. nullus est; certe non diuersus a Theophane hoc, quem iam dixi, Georgii Syncelli continuatore.

Theophanes *Graptus*, Theodori Grapti frater, de quo dixi volum. IX. p. 196. [f. vol. X. p. 395. sq. n. ed.] Idem Nicaeae *) episcopus creatus, quem cum superiore Theophane Isauro confundunt Graeci in Triodio ad festum orthodoxiae. Eius *Canonem* siue *hymnum*, quem in dominica restitutionis imaginum concinunt, *Baronius* cum versione Fred. Metii edidit ad a. C. 842. n. 28. [g]). Alium in fratrem Theodorum, e Graecorum Menaeis, cum versione sua *Combefisius* in manipulo rerum et originum CPol. 224-230. [v. supra, vol. VIII. p. 84.] Alia vide supra p. 138. [inter melodos Graecorum.] *Sermo in depositionem zonae et vestis sanctissimae Deiparae* MS. in bibl. Coisliniana p. 419. incipit: *Τίς ὁ φαιδρὸς σύλλογος ἦτος, τίς ὁ πανηγυ.*

Theophanes, *monachus* et Presbyter atque Hegumenus monasterii S. Iosephi, qui *vitam eiusdem S. Iosephi Hymnographi* et chartophylacis magnae ecclesiae CPol. scripsit, quam e MS. Colbertino citat Cangius in glossario graeco. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MDXXXIV.

corrigitur locus, *Hamberger.* zuverläss. Nachricht. part. III. p. 551. sqq. — *Schroeckh.* hist. eccl. christ. germanice scriptam, tom. XIX. p. 96. sqq. et *S. Croix* examen critiq. des Histor. d'Alexandre, ed. II. p. 851. bis. — De codd. vide quoque indices ad *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. — Theoph. *Sigrianensis* vita, *Florent.* in cod. Laurent. IV. nr. 41. plut. 4. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 522. ibid. pag. 549. loca Theophanis, (sed cuius? non additur,) in *Arsenii* violar. compositione, incod. XXVI. plut. 4. — *Augustae Vindel.* in bibl. publ. exstat *Theophanes* ad Theotimum contra Baarlamum. v. *Reiser.* indic. MSS. bibl. August. p. 41. nr. 58. Add. *Saxii* onom. lit. II. p. 102. seq. ad an. 813. et quos ille citat. *Harl.*

*) Baron. ad a. C. 842. p. 24.

g) V. ad caput superius §. VII. de *Cosma.* — *Venetiis* in cod. Marc. XIV. v. cel. *Morelli* bibl. MSS. gr. et lat. I. p. 29. — *Vindobon.* in codd. caes. CCXCIX. et CCCIX. v. *Lambec.* V. p. 563. et 574. — *Florent.* in cod. Laurent. XVII. nr. 3. fin. plut. 55. sunt versus iambici decem a Theophilo imperat. inusti in frontibus SS. Theophanis poetae et Theodorae Graptae, quos enulgauit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. II. p. 280. sq. *Harl.*

MDXXXIV. nr. 8. — Alius *Theophanes, monachus* et *rhetor ecclesiae CPolitanae*, cuius consolatio ad Georgium Rhaul propter obitum filii eius, Michaelis, et epistola ad eumdem de amore et liberalitate erga pauperes, supersunt *Vindobon.* in cod. caesar. V. cod. CCXLVI. nr. 16. ac 17. v. *Lambec.* V. pag. 248. qui in indic. ad id vol. pag. 760. adnotat, *Georgium Rhaul* floruisse potissimum circa an. Ch. 1459. 1460. et 1461. teste *Georgio Phranze*, protouestiario, in Chronico suo lib. III. c. 23. 25. et 26. *Harl.*

Theophanes, *Primicerius patriarchalium notariorum*, qui interfuit synodo CPol. sub Alexio Comneno pro virginibus habitae. cuius decretum edidit *Montfauconus* in bibl. Coisliniana p. 105. seqq.

Theophanes, *Nicaenus archiepisc.* circa a. C. 1347. Cuius *Symphoniam Veteris et Noui test.* aduersus Iudaeos scriptam citat Franciscus Turrianus lib. I. de iure ordinandi ministros ecclesiae pag. 116. Ex *Oratione* eius *sexta contra Iudaeos*, loca profert *Allatius* contra Hottingerum p. 187. seq. Vtriusque operis, a Turriano versi latine, quod in collegio S. I. Romae seruatur MS., argumenta recenset *Posseuinus* tom. II. Apparatus Sacri pag. 470. seq. testatur *opus contra Iudaeos* duabus constare partibus, et partem priorem libris quatuor, posteriorem tribus absolui [h]). Idem Posseuinus memorat *epistolas* eius duas, vnum *didascalicam*

h) *Romae* in cod. bibl. Vatic. *Theophanis* metropolitae Nicaeni opera quaedam, et contra Acindynum, teste *Montfauc.* in Bibl. bibliothec. MSSt. p. 12. *E.* — ibid. in cod. *Ottobon. Theoph.* Nicaeni *de sacerdotio. Montfauc.* l. c. p. 185. *A.* nr. 55. — *Paris.* in bibl. publ. homiliae sex aduersus Iudaeos, in cod. DCCLXXVIII. nr. 3. et in cod. MCCXCIII. nr. 3. dicuntur libri *sex* aduersus Iudaeos: in cod. MCCXLIX. opuscula inedita: nempe 1) *Theophan.* Nicaeni disput. qua ostenditur, mundum ab aeterno esse potuisse; 2) epistola *Paulli*, latinae ecclesiae episcopi, ad Ioannem Cantacuzenum, vbi proponuntur nonnullae quaestiones theologicae; 3) *Theophanis* epistola, qua Paullo breuiter respondetur; 4) vberior responsio ad quaestiones Paulli, partibus quinque comprehensa; 5) eiusdem epistola ad Nicaenos clericos; 6) eiusdem epistola ad gregem sibi commissam; 7) eiusdem apologia religionis christianae aduersus Mahometanum quemdam, libros quinque complectens. — *Taurini* in cod. reg. CCCXVI. fol. 21. Theophanis demonstratio ex notionibus quibusdam eorum, quae necessaria existimantur, quod res ex se gigni potuerunt, atque subuersio et refutatio huius, et cuiuscumque fallaciae ex argumentorum necessitate deductae; an est id opuscul. quod etiam in cod. Paris. citato nr. 1. exstat; sequitur enim in cod. Taur. fol. 40. Paulli epistola, quaestiones quasdam dogmaticas continens ad Ioann. Cantacuzenum, propter diuinum et angelicum habitum, Ioasaph dictum; et fol. 41. epistola per compendium manifestans, quam opinionem habeat apud nos ecclesia de propositis a Paullo quaestionibus, scripta a Theophane, Nicaeno episcopo, tamquam ex persona imperatoris. v. catal. codd. gr. Taurin. pag. 396. — In ead. bibl. secundum *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 1402. *C.* exstare dicuntur *Theophanis* metropol. *Nysseni opuscula aurea pro Florentino concilio.* Fides vero sit penes auctorem. — *Venet.* in cod. bibl. Marc. DVI. Theoph. Nic. sermo dogmaticus. v. cat. codd. gr. Marc. p. 271. — *Oxon.* in cod. Barocc. CXCIII. Theoph. episcopi Nicaeni de lumine viso ab apostolis in monte Thabor, libri quinque; eiusdem vt videtur, epistola de S. Trinitate; eiusd. contra Latinos libri tres; eiusdem liber de b. Virgine et mysterio incarnationis, denique *Io. Cantacuzeni* epistolae sex de S. Trinitate, et de lumine in monte Thabor ad *Paullum*, archiepiscopum, et *Paulli* duae epp. ad Cantacuzenum imperatorem. v. cat. MSSt. Angliae vol. I. p. 26. — *Vindobon.* in cod. bibl. publ. LXVIII. nr. 8. ex Theophanis, metropolitae Nicaeni, libro quarto contra

litam ad sacerdotes et alios clericos de sacerdotio et qualem esse oporteat [P] sacerdotem: nec non alteram ad Nicaenos, qui Acindynistarum non minus quam Iudaeorum suadet fugere consuetudinem, *quod Christiano contemnenda sint praesentia omnia, tam iucunda quam molesta.* Has editurum se promisit *Consaluus* siue *Gundisaluus Maria Ponce de Leon*, Hispalensis, notis ad Physiologum S. Epiphanii c. tom. II. p. 194. ediditque [i]) Romae 1590. 8 ex bibl. Vaticana graece latine cum notis et variis lectionibus. Eiusdem Theophanis *Hymnum in adnuntiationem Deiparae* vulgatum habemus Venetiis ab Aldo vna cum Prudentio, Prospero, Ioanne Damasceno, Cosma et Marco Hydruntino episcopo, sine anni nota, et recusum in bibliothecis patrum in supplemento Bigneano Paris. 1579. et in tomo VIII. a. 1589. et 1654. et Coloniae 1618. tomo VIII.

[Secundum cat. codd. regg. bibl. publ. *Paris.* vol. II. pag. 277. in cod. MCCXCII. esse dicuntur nr. 24. *Theophanis*, *Μηδείας metropolitae*, tractatus ineditus, quo ostenditur, *animam non ab humano semine oriri, sed a deo ipso infundi:* inc. τῆς ψυχῆς· et nr. 31. eiusdem epistolae ad varios. *Harl.*]

[Ibidem in cod. MCDLVIII. nr. 18. *Theophanii*, (in indice scribitur *Theophanis*,) Caesareensis archiepiscopi, homilia in Menam, Hermogenem et Eugraphium, martyres: inc. *μαρτυρικῶν διηγημάτων*. In cod. *Coislin.* CCXCVI. fol. 67. legitur *Theophanii monachi* de consummatione saeculi: init. *ἐπὶ μὲν τῇ πρώτῃ συντηρήσει*. v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. p. 413. *Harl.*]

[Theophanes *Heracleopolita.* v. supra, vol. II. p. 720. fin. *Harl.*]

Theophanes, *oeconomus Calliupoleos.* v. supra, vol. VIII. p. 94. *Harl.*]

[Theophanes *medicus.* Eius synopsis compendiaria totius medicae artis etc. vid. supra in vol. VIII. p. 9. bis, et vol. X. pag. 745. — *Theophanes* physicus, scriptor *tragoediarum*, *Romae* in cod. *Vatican.* bibl. v. *Montfaucon.* Bibl. bibliothecar. MSSt. pag. 150. *B. Harl.*]

[*Theophanes*, Antiochiae patriarcha constitutus a. 681. de quo vid. *I. S. Assemannus* in bibl. iur. can. III. p. 23. sq. IV. p. 595. sqq. *Beck.*]

Theophanes *hieromonachus*, qui Theodosii Zygomalae spiritualem se parentem appellat, in Crusii Turco-Graecia p. 332.

II. IOANNES ZONARAS, CPolitanus, sub Alexio Comneno magnus Drungarius siue praefectus vigilum et primus a secretis [k]), deinde *καθ' ἑαυτὸν ἑλόμενος ζῆν* et monasticam

tra Iudaeos s. excerpta *Mathusalae* monachi de processione Spiritus S. ex solo patre. v. *Lambec.* VII. p. 240. — *Mosquae* in cod. LIX. in 4. *B.* typographei synodalis, *Theoph.* (qui modo episcopus, modo metropolita Nic. nominatur,) orat. in b. Mariam. et quatuor oratt. contra Latinos. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. in 8. pag. 333. — In catal. codd. *Escorialensium* in *Plüeri* itinerar. per Hispan. p. 192. *Theophanis* archiep. *Bulgariae*, aduersus Iudaeos. — *Augustae Vindel.* in cod. bibl. publicae *Theophanis* oratio contra Iudaeos; eiusdem orat. *de notitia humana*. *Harl.*

i) Vide *Nic. Antonii* bibl. Hispan. tom. I. p. 426.

k) In iure Graeco-Rom. p. 351. Ἰωάννε τῶ Ζωναρᾶ, τῶ γεγονότος μεγάλε δρεγγαρίε τῆς βίγλης καὶ πρωτοασηκρῆτις.

cam vitam amplexus [l]), sub Ioanne Comneno variis ingenii monumentis operam et animum impendit. A Theodoro Balsamone [m]), qui post eum ecclesiasticis canonibus interpretandis animum adpulit, vocatur *ὑπερφυέστατος ἐκεῖνος Ζωναρᾶς excellentissimus ille Zonaras*, qui *σοφῶς καὶ ὑπερδεξίως καὶ ὡς οὐκ ἄν τις κρειττόνως sapienter et aptissime, atque ita vt nemo melius* in interpretandis illis fuerit versatus. Laudatur etiam a *Matthaeo Blastare* et Anonymo apud *Allatium* II. 10. 6. de consensu p. 643. quorum loca iam produxit *Beueregius* prolegom. ad pandectas canonum p. XVI. *Nobilem aeque historicum ac pessimum Photianum* adpellat *Nic. Comnenus* Papadopoli pag. 4. praenotionum mystagogicarum. *Fabr.* Hoc loco subiungere placet, quae *Fabricius* infra in vol. XI. p. 46. vet. ed. suppleuerat. „Tantum, ait, addam, quod in *Petri Opmeeri* Chronographia p. 648. reperi, Zonaram hunc obiisse in monte Atho, annos natum LXXXVIII. menses VII. in monasterio S. Eliae et sepulcro eius inscripta haec verba: *εἰς τὸ παρὸν μνημεῖον ὁ σοφὸς Ζωναρᾶς κεῖται.*" add. supra vol. IV. p. 162. vol. V. p. 241. seq. vol. VII. p. 22. vol. X. p. 375. — *Io. Zonarae vita*, *Paris.* in codd. Mazarin. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 1308. *B.* — De Zonara, inprimis eius Annalibus iam supra in vol. VII. p. 465. sqq. vberius disputatum est, vbi ego non solum plures VV. DD. de eo qui egerunt, (quibus addes *Hamberger.* in zuverläſſigen Nachricht. tom. IV. p. 84. sqq. cel. *St. Croix* in Exam. critique des Historiens d'Alexandre, ed. II. pag. 159. seq. vbi sagaciter iudicat de Zonarae Annalibus, eiusque *vita Alexandri M.* et *Schroeckh.* in Historia eccles. christiana etc. tom. XXIV. p. 460. seq. ac tom. XXVII. p. 6.) et codd. Annalium iam memoraui; sed etiam notae *ll.* loco suo commodiori ea inserui atque auxi, quae Fabric. in vet. ed. h. l. olim scripserat. Add. cod. *Taurin.* V. et CCXX. et cat. codd. gr. Taurin. p. 69. et 310. *Harl.*

1. Praecipuum Zonarae opus sunt *Annales* siue *χρονικὸν* in partes [?] duas [n]) et libros XVIII. diuisum, qos ab orbe condito ad mortem Alexii Comneni, siue ad a. C. 1118. deduxit.

2. *Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴ καὶ τῶν τοπικῶν ἤτοι μερικῶν καὶ λοιπῶν ἁγίων πατέρων. Expositio sacrorum diuinorumque canonum, tam sanctorum venerandorum apostolorum, quam sacrarum oecumenicarum synodorum, sed et localium siue particularium, reliquorumque SS. patrum.* In canones apostolicos latine vertit ediditque Zonarae commentaria *Ioannes Quintinus*, Haeduus, iuris canonici professor, Paris. 1558. et in canones conciliorum patrumque *Antonius Salmatia*, Collegii Ambrosiani doctor theologus, Mediolan. 1613. Deinde

l) Inscriptiones scholiorum in canones: ἐξήγησις - - πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ, τῷ γεγονότι μεγάλῳ etc.

m) Balsamo schol. in epist. S. Athanasii ad Amunem tom. II. Beuereg. pag. 37. De Balsamone dictum tom. IX. huius bibl. p. 185. seq. [ed. vet. vol. X. p. 373. sqq. nou. add. de eo *Assemann*, bibl. iur. ciu. et can. orient. I. p. 39. II. p. 585. 666. *Beck.*]

n) Wolfius distinctionem in partes tres, ex suo ingenio contra auctoris mentem commentus est. Genuinam in partes duas et libros XVIII. diuisionem Cangius e MSS. codicibus restituit, de cuius editione vide, si placet, acta eruditor. a. 1687. p. 663. et Hist. des Ouvrages des Savans, Octobr. p. 139. [conf. *Freytag* adpar. litterar. tom. I. p. 318. seqq. *Harl.*]

Deinde graece et latine cum Quintini et Salmantiae versione prodierunt Paris. 1618. fol. vna cum constitutionibus apostolicis et gestis concilii CPol. sub Menna a. 536. habiti. [cf. *Maittaire* annal. typogr. III. part. 2. p. 873. seq. ibique not. de codd. *Harl.*] Sed in hac editione [P] desiderantur, quae Zonaras in epistolas patrum canonicas composuit. Illa igitur demum graece cum Salmatiae versione lucem viderunt Paris. 1621. fol. ad calcem Gregorii thaumaturgi, Macarii Alex. et Basilii Seleuciensis. Denique vniuersa haec Zonarae commentaria, graecis ad codices Amerbachianum, Bodleianum duosque Parisienses castigatis, latinisque versionibus prioribus passim emendatis, vtraque lingua leguntur in pandectis canonum *Guil. Beueregii*, Oxon. 1672. fol. °) vna cum commentariis *Theodori Balsamonis*, qui Zonaram saepissime sequitur, aliquando etiam emendat, nec non Alexii Aristeni, quem post Zonaram scripsisse, ante Balsamonem, sub Manuele Conmeno, idem Beueregius obseruat, licet Zonara etiam antiquiorem faciat *Allatius* de consensu p. 419. Ex vetustissimo cardinalis Bramatii iunioris codice nonnulla, Maximo Planudae etiam lecta, quae in editis Zonarae commentariis desunt, adfert *Nic. Comnenus* p. 4. seq. praenotionum mystagog. *Fabr.* *Oudin.* in comm. de S. eccl. II. p. 985. seq. paucos memorat codd. in quibus exstat illa *expositio*, at multo plures supersunt eiusmodi codd. quorum, mihi quidem ex catalogis cognitorum, breuem faciam mentionem. — *Monaci* in codd. Bauar XLV. et XLVI. quos fusius recenset cl. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 5. pag. 41. sq. et 43. add. *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSSt. p. 588. *D.* et p. 589. *D.* in cod. Bauar. CXIII. Cabasilae et Zonarae quaedam. — *Vindobonae* in cod. caesar. XLVIII. nr. 16. et cod. XLIX. nr. 2. atque cod. LI. nr. 34. vid. *Lambec.* VIII. pag. 966. 968. vbi secundum cod. in primis laudat, et pag. 999. sq. add. eumdem et Kollar. de loco quodam Zonarae in vol. III. p. 45. sq. — Ibidem in cod. XLIV. canones 85. apostolici vna cum *Io. Zonarae* et *Theodori Balsamonis* comment. v. *Kollarii* supplement. I. ad Lambec. p. 302. sqq. — *Paris.* in octo codd. bibl. publ. canonum interpretatio. v. ind. ad vol. II. cat. MSS. regg. — In cod. *Coislin.* XXXIX. *Balsamonis* et *Zonarae* canones. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 113. sq. conf. eumdem in Bibl. biblioth. MSSt. p. 1059. *B.* et *D.* in duobus codd. *Coislin.* et p. 1051. *D. E.* de cod. XXXIX. — in cod. *Escorial. expositio* in epistolas canonicas etc. et in Photium, v. *Plüer.* itinerar. per Hispan. p. 178. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. DLXXV. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 301. — ibid. in cod. *Naniano* CCXXVII. v. cat. codd. gr. Nan. p. 418. — *Florentiae* in bibl. Mediceae Laurent. cod. II. plut. 5. collect. canonum cum expositione *Zonarae*, Balsamonis et anonymi, in cod. XI. plut. 5. *Zonarae* collectio et expositio canonum etc. quos codd. fusius recenset atque cum editis comparat *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. tom. I. pag. 1. sqq. et p. 70. sqq. — *Leidae* inter codd. Vossian. *Zonarae* quaedam de synodis: v. cat. bibl. Leidens. pag. 402. nr. 12. — *Oxon.* in cod. Barocc. CLVII. *expositio* etc. et in cod. CXCIV. *Zonarae et Balsamonis* in canones apostolorum. — ib. in cod. *Guil. Laudi* LXXXIII. f. nr. 725. cat. MSSt. Angliae etc. vol. I. *Zonarae* canones antiqui festiuales cum hymnis patrum. — In *Montfaucon.* Bibl. bibliothecar. MSS. multi, (praeter eos, quorum iam superius mentio facta est,) codd. *expositionis* etc., in aliis variis bibliothecis adseruati, enumerantur; e. gr. pag. 28. *A. Romae* in cod. reg. Sueciae, nr. 639. et pag. 500. *C. Mediolani* in bibl. Ambros. expositio in SS. canones;

o) V. infra vol. XI. p. 54. ed. vet. *Harl.*

nes; de loco animarum post mortem; comment. in canones musicos Damasceni; epitome historiarum, (de Romanis,) bis. — p. 622. *E.* in cod. *Escorial.* Photii Nomocanon. cum expositione *Io. Zonarae* et *Theodori Balsamonis.* — pag. 959. *D. Paris.* in cod. Colbertino MMCCCXIII. expositio. — pag. 1319. *A.* nr. 10. in cod. *Mazarin.* synopsis ac tituli canonum. — p. 1402. *C.* in cod. *Taurin.* comment. in canones. — *Mosquae* in cod. synod. XXXIV. collectio canonum cum interpretat. *Io. Zonarae*, vt putat cl. *Matthaei* in not. codd. gr. Mosquens. p. 48. ed. in 8. at p. 58. ed. in fol. vbi is cod. copiosius recensetur. *Harl.*

3. Λόγος πρὸς τοὺς τὴν φυσικὴν τῆς γονῆς ἐκροὴν μίασμα ἡγουμένους. *Oratio ad eos, qui naturalem seminis effluxum, immunditiem existimant.* Graece et lat. in Leunclau. et Freheri iure graeco-romano tom. I. lib. V. p. 351. Prodierat etiam antea in iure orientali *Enimundi Bonefidii* apud H. Steph. 1573. 8. libro tertio graece p. 216. et latine p. 247. *Fabr. Florentiae* in cod. Laurent. II. nr. 76. plut. 5. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. p. 8. — *Vindobon.* in cod. caesar. LI. nr. 8. v. *Lambec.* VIII. p. 985. *Harl.*

4. Ἐκ προσώπου τῶν ἀρχιερέων περὶ τοῦ μὴ δεῖν δύο δισεξαδέλφους τὴν αὐτὴν ἀγαγέσθαι πρὸς γάμον. Ex persona Pontificum, *quod non debeant duo sobrini eamdem in matrimonium accipere.* Graece et latine in *Cotelerii* monumentis ecclesf. graecae tom. II. pag. 483-492. Paris. 1681. 4. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCXIX. nr. 31. *Harl.*

5. *Prooemium in tetrasticha Gregorii Nazianzeni*, graece prodiisse Venetiis a. 1563. tradit Caueus, in quod scriptum necdum incidi. At Zonarae expositio MS. *in Nazianzeni tetrasticha* memoratur in *Alex. Baruoëtii* catalogo codicum graecorum bibl. Scorialensis apud *Labbeum* p. 177. bibl. nouae MSS. Vide et *Lambecium* IV. p. 17. *Fabr.* Siue pag. 34. sqq. ed. Kollar. de cod. Vindob. CII. in quo continentur anonymi cuiusdam auctoris paraphrases triginta tres in totidem Gregorii Nazianz. carmina: quas Lambec. adtribuendas esse suspicatus est vel *Nicetae*, cui *Dauidis philosophi* nomen est, vel potius *Io. Zonarae;* at *Kollar.* in not. *A.* et dissensit, et refutauit *Oudin.* v. quoque *Bandin.* cat. codd. Laurent. I. pag. 257. Sed plura in hanc rem scripsi supra ad vol. VIII. pag. 433. Addere tamen iuuat, in cod. *Bernensi*, chartaceo quidem saeculi XV. liquido etiam praescriptum legi nomen auctoris: *Io. Zonarae, monachi, in tetrasticha LIX. siue sententias spirituales Gregorii theologi* (i. e. Nazianzeni) *commentarius.* v. *I. R. Sinner.* catalog. codd. MSSt. bibliothecae Bernensis etc. Bernae 1760. 8. p. 270. *Harl.*

6. Ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων κανόνων τῶν τοῦ Δαμασκηνοῦ, *Expositio canticorum anastasimorum Ioannis Damasceni*, MS. in bibl. caesarea. *Lambec.* III. pag. 39. [siue p. 103. ed. Kollar. de cod. XXV. add. vol. V. pag. 574. sq. in cod. CCCIX. et pag. 577. sq. in codd. CCCXII. CCCXIII. et CCCXIV. *Harl.*] — et in Coisliniana bibl. p. 273. seq. [conf. supra ad vol. IX. p. 743. not. *l.* et supra in hoc vol. inter *melodos graecos*, voc. *Ioannes Zonaras.* Add. cod. *Vossian.* in bibl. Leidens. *Io. Damasc.* canones anastasimi s. cantica cum prolegomenis et commentariis *Cyri Theodori* et *Io. Zonarae*, quae agunt de incarnatione, passione et resurrectione domini, latine: v. cat. bibl. Leidens. p. 396. nr. 27. — *Oxon.* in cod. Ba-

rocc. CXXIX. *Zonarae* expositio canonum Damasceni; idem de *psalmis gradualibus*, et *cur Spiritus S. vocetur* ἑνοειδὴς αἰτία, *uniformis caussa.* — Eadem duo diuersa opusc. sunt in cod. *Bauar.* LVIII. v. *Hardt* in Aretini Beyträgen a. 1804. part. 1. pag. 35. sq. In cod. *Escorial. Zonarae* expos. canonum Damasceni ad resurrectionem pertinentium. v. *Plüer.* itiner. per Hispan. p. 178. — *Romae* in cod. Vaticano DCCCLXVII. bibl. reg. Sueciae, Damasceni canones anastasimi cum prolegomenis et commentariis archiepiscopi Thessalonic. ac *Theodori Prodromi* vel *Io. Zonarae*, secund. *Montfauc.* Bibl. biblioth. pag. 32. A. — ibid. pag. 34. D. in cod. CMXXXVIII. eiusdem bibl. *Zonarae expositio* canonum. etc. *Harl.*] Apud *Allatium* in Symmictis pag. 453. memoratur Ioannis Zonarae *in octateuchum Io. Damasceni expositio pulcherrima:* lege, *in octoechum. Iacobus Gretserus* libro quarto de Cruce vulgauit explicationem quorumdam ecclesiasticorum vocabulorum ex MSS. commentariis Zonarae in anastasimos Damasceni canones.

[P] 7. *Lexicon* spissum foliis CCCCXVIII. in fol. MS. in bibl. caesarea. Vide *Nesselium* parte IV. pag. 24. 89. 155. *Ioseph. Scaliger* epistola 48. ad Isaacum Casaubonum: *Ego quoque videor mihi non inutiliter posse Zonarae Lexicon tractare, quod est in libris soceri tui* (H. Stephani) *si per te et affinem tuum Paulum Stephanum eius vsus breuis mihi contingat. Fabr.* Conf. supra ad vol. VI. p. 634. et cel. *Morelli* bibl. MStam gr. et lat. tom. I. pag. 86. sqq. de huius Lexici auctore, quem esse Zonaram docet, et de aliis codicibus, in quibus interdum nomen auctoris desideratur, vti in cod. Marciano CXL. quem late eruditeque recenset, laudatque *Io. Alberti*, sub nomine Gratiani de Scto Bauone, in Miscellan. obss. Batauis tom. IX. p. 149. *Valcken.* in Ammon. p. 72. *Ruhnken.* ad Timaei Lexic. Platon. p. 90. ed. secundae, etc. *Harl.*

8. *Epistolas* Zonarae *theologicas*, rarum sibi carumque opus, quod ex oriente secum adtulerat, seruare se et editurum scripsit *Theodorus Dousa* in limine notarum ad historiam Georgii Acropolitae, vulgatam Lugd. Bat. 1614. 8. A Dousa acceperat *Bonau. Vulcanius*, qui in notis ad Cyrillum Alex. contra anthropomorphitas Lugd. Bat. 1605. 4. graece et latine edidit epistolam XIII. *de homine ad imaginem Dei creato*, et epistolam XXXII. *de sacrae eucharistiae ratione non curiose nimis rimanda*, et partem Epistolae X. *quare temporibus nouissimis incarnari verbum voluerit.* Ex his decimam et decimam tertiam eamdem exstare video in codice epistolarum quinquaginta, quae sub *Michaëlis Glycae* nomine exstant MStae in bibl. caesarea, et recensentur a *Lambecio* IV. pag. 152. seq. p) sed tricesimam secundam, quae incipit, οἴδαμεν ἄν, ἀγαπητὲ, inter illas non reperio. Est autem

p) Siue p. 543. sqq. ed. Kollar. in cod. caesar. CLIX. nr. 2. add. supra, vol. I. p. 703. et in cap. anteced. h. volum. de *Mich. Glyca.* — *Mosquae* in cod. XVIII. sub nomine *Zonarae* supersunt XLVII. epistolae, quae quidem conueniunt cum epistolis, quae exstant ibid. in cod. XXII. at *Michaëli Glycae* adscribuntur, ex quibus epistolae 1-16. et 58.-88. leguntur in cod. XVIII. teste *Matthaei* in notit. codd. gr. Mosquens. ed. in 8. pag. 312. coll. pag. 273. sqq. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXVIII. nr. 5. Anonymi ep. ad Nectarium, monachum, qui ipsum interrogauerat, vtrum Christi corpus in eucharistia corruptibile sit, an incorruptibile; quam in aliis codd. *Zonarae* tribui, animaduertit confector catal. MSSt. Paris. regg. in vol. II. p. 256. — in eodem cod. nr. 6. adscribuntur *Zonarae* epistolae vndecim, quarum auctorem ferri in nonnullis codd. *Michaelem*

tem eadem, quam inter Zonarae epistolas ineditas Casaubonus testatur se legisse (XVI. 49. in Baron.) hoc titulo: εἰ φθαρτή ἐστιν ἡ ἁγία τοῦ Χριστοῦ μετάληψις, εἴτε καὶ ἄφθαρτος. *Allatius* quidem passim Glycam siue Zonaram in epistolis laudat, vt de libris ecclesiasticis Graecor. pag. 127. 130. 139. 254. 325. 326. 327. Zonarae epistolam XV. ex aduersariis Casauboni ad Baronium ineditis laudat *Seldenus* II. 7. 2. de synedriis p. 179. Excerptum ex Ioannis Zonarae epistola περὶ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου *de obdormitione sanctissimae dei genitricis*, MS. *Lambec.* IV. pag. 149. seq. [s. p. 338. ed. Koll. in cod. CLVII. nr. 16.] Incipit: ὅτι καὶ δίκαιοι πολλάκις ἡνίκα τῶνδε μεθίστανται, ὀπτασίας ἀγίων τεθέανται καὶ θείων ὕμνων ἐν οὐρανοῖς αὐτήκοοι γίνονται.

9. Κανὼν εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, *In sanctissimam Deiparam canon siue hymnus*, cuius acrostichis: ὕστατος ἦχος ὕστατον πλέκει μέλος. *Postremus tonus postremum adornat melos*, aduersus haereses Arii, Sabellii, Macedonii, Apollinaris, Nestorii, Marcionis, Eunomii, Eutychis, Manetis, Origenis, Euagrii, Nouati, Encratitarum, Messalianorum, Aëtii, Pauli Samosatensis, Sergii, Pyrrhi, Apellis, Leonis Isauri, qui imaginum cultum prohibuit, Bogomilorum, Italorumque, processionem Spiritus S. ex patre et filio docentium. Graece [P] et latine primus vulgauit *Cotelerius* tom. III. monumentor. p. 465-472. Paris. 1686. 4. Latine, sed extrema parte, quae Italos siue romanam ecclesiam respicit, truncum dederat *Gilbertus Genebrardus*, ex cuius versione legitur in bibliotheca patrum Paris. vol. VI. col. 132. 1589. Coloniensi a. 1618. p. 1191. tom. XII. part. I. et in Parisiensi a. 1654. tom. XII. pag. 358. et in Lugd. a. 1672. tom. XXIII. pag. 633. De MSto codice caesareo vide *Lambecium* V. pag. 161. [Siue p. 339. ed. Kollar. in cod. CCLIII. nr. 13. — *Paris.* in bibl. publ. cod. Radulphi teste *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSS. pag. 772. *E. Harl.*] Ad hunc a Genebrardo versum truncatumque canonem respexisse videtur *Iacobus Pontanus* S. I. praefat. ad Ioannem Cantacuzenum: *Zonaram fuisse schismaticum, testari possunt eius poëmata aculeatissima de processione S. Spiritus, et alia aduersus Latinos composita, quae Genebrardus dum conuerteret, se criminationes illas omisisse narrat.* Certe nulla alia vsquam Zonarae a Genebrardo versa comparent.

10. *Homiliae*, quales MStas euoluit Allatius, memoratque in libro de Simeonum scriptis.

lem Glycam, idem confector adnotat. — ibid. in cod. MMMXLV. *Zonarae* quidem XXXII. epistolae adseruntur; sed idem confector etc. ibid. p. 601. ex similitudine nominum eorum, ad quos citatos ab illo, scriptae sunt epp. colligit, genuinum illarum epistolar. auctorem esse *Mich. Glycam.* — *Leidae* in bibl. publ. *Zonarae* epistola ad Cyrum Esaiam, si ad imaginem dei mens nostra facta est, gr. et lat. item epistola 32. graec. ac lat. — ibid. epistolae XIII. gr. manu Bonauent. Vulcanii descriptae: — ibid. epistolae IX. quae agunt de Adamo, qualis fuerit ab initio gloriae et splendoris; et epistolae X. de aduentus Christi tempore, latina versio a Bonau. Vulcanio. vid. cat. bibl. Leidens. p. 344. nr. 5. et 15. ac p. 345. nr. 39. — In cod. *Mazarin.* LXXXVII. 14. *Zonarae* epistola Alypio monacho incluso, aliaeque eius de diuersis rebus ecclesiasticis; et in cod. CXXIV. nr. 3. epistola Isaiae monacho, quod fiat animabus, corpore exutis, quoque abeant; et de translatione SS. deiparae. vid. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1319. *B.* et p. 1322. *D. Harl.*

α) *In Christi praesentationem in templo.* Incipit: πάλιν τοῖς εὐσεβέσι πανήγυρις. [v. supra, vol. X. p. 241.]

β) *In crucis venerationem.* Incipit: ἤρετο μέ τις πρόβλημα. [v. supra, vol. X. pag. 246.]

γ) *In laudem Siluestri I. episcopi rom.* Incipit: οἱ μὲν σεπτοὶ καὶ θεόπται Ἀπόστολοι. Latine exstat apud Lipomannum et Surium 31. Dec. sub nomine Simeonis Metaphrastae. [v. supra, vol. X. p. 322.]

δ) *In laudem Sophronii, episcopi Hierosol.* Incipit: οἱ τοῖς θείοις καὶ μακαρίοις πατράσι. [v. supra, vol. X. p. 326.]

[Interpretationes graecae aliquot D. *Basilii M.* epistolarum, in cod. *B. Basileens.* v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSSt. pag. 615. *A. Harl.*]

[Ad Manuel. Comnenum *quinquaginta quaestiones, cum earum solutione,* (nisi haec pars sit epistolarum,) in cod. *Vossiano*, secundum catal. MSS. Angliae etc. vol. II. pag. 61. nr. 2246. *Harl.*]

[*Io. Zonarae* et *Nicephori*, patricii, *cantica*, in liturgia Graecorum vsurpari solita, Paris. in bibl. publ. cod. MCCCX. nr. 8. *Harl.*]

II. *Paraphrasin MS. in Logicam Aristotelis* memorat Gesnerus in bibl.

III. IOANNES TZETZES q) grammaticus CPoli, *Isaacii* Tzetzae, (sub cuius nomine r) commentarium in Lycophronis Cassandram edidit,) frater, aetatem suam prodit

q) *Zezen* vocant Politianus, Parrhasius, Crinitus, Gyraldus: Volaterranus *Zezium*, Theodorus Gaza et Aldus *Caecum*. Vide Nic. Gerbelii praef. ad Chiliades.

r) Confer, si placet, quae ex Tzetzae Chil. IX. hist. 206. et epistola ad Basilium Acridenum notauit *Potterus* prolegom. ad editionem Lycophronis a. 1702. relata a me libro III., huius bibliothecae cap. 16. §. 3. *Fabr.* Siue in vol. III. p. 752. seq. nou. edit. et p. 758. de quibusdam codd. comment. in Lycophronem sub nomine *Ioannis Tzetzae*: de quo *Ioanne* praeterea consuli possunt *G. I. Vossius* de historic. graecis libr. II. cap. XXVII. p. 232. — *G. Caue* in historia lit. SS. EE. tom. II. p. 233. ad a. Chr. 1160. — *Oudin.* in comment. de SS. eccl. II. col. 1467. sqq. vbi, quoniam Ioan. Tzetzes in Hesiodum Chiliad. XI. historia CLXXXV. p. 218. se viuere, dicit, annis centum post Mich. Psellum, qui Pulicis encomium scripsit, inde colligit, Ioann. Tzetzem vixisse circa a. 1160. vel etiam 1180. et plures codd. enumerat. Idem locum ex eius comm. in Hesiodi E. καὶ Ἡ. de insulis Britannicis excitat illustratque, et ex eo efficit, vtrumque Tzetzam, tam Ioannem quam Isaacum, scripsisse, *Elysios campos seu Paradisum* haberi in insulis Britannicis, quas ob hanc caussam *fortunatas insulas* adpellari velint. — *I. G. de Chauffepié* nouv. Diction. histor. et critique, h. v. tom. IV. p. 555. seq. qui, si opusc. in cod. *Paris.* bibl. public. MMDCXLIV. nr. 8. *monodia de imperatore occiso*, versibus politicis,) pertinet, vti suspicatur, ad mortem Andronici Comneni, interfecti a. 1185. inde colligit, Io. Tzetzem circ. annos nonaginta et forsan plures in viuis fuisse, quum iam intra ann.

dit ipse, quando centum se post Michaelem Psellum annis s) scripsisse significat, et allegorias suas Homericas obtulit *Irenae* Augustae, Manuelis Comneni imper. coniugi, quae illi a. C. 1143. nupta, obiit a. 1158. t) Patrem *Michaelem* [?] Tzetzem habuit, matrem *Eudociam* u), auum paternum *Ioannem* Tzetzem, genere Byzantium, litterarum quidem rudem, sed eruditorum amantem et opulentum v). Auus eius maternus, genere Graecus, auia materna Abasgis siue Ibera. Quum adoleuisset, Michael pater domi suae salubribus praeceptis filium erudiit w), inter alia monuit, vt prae sapientiae studio contemneret opes, nihili faceret potentiam, minimeque auidus esset τῆς πρωτοεδρίας, nec alios honoribus praecurrere cuperet. Quindecim natus annos x) praeceptoribus traditur, a quibus non tantum artium illum orbem et ἐγκυκλοπαιδείαν, sed etiam hebraeam, syramque linguam edidicit: vnde et loco quodam Syrum se et Ismaëlitam adpellat y). Excultus liberalibus disciplinis, et lectione adsidua poetarum, oratorum, historicorum omnis aeui, geometrarum etiam et philosophorum cuiusque generis subactus, eruditionem sibi comparauit, neutiquam vulgarem ac multiuariam, vt ex scriptis eius licet cognoscere. Sed ex iisdem etiam acerbus reprehensor ac contemtor aliorum, et vanus nimium ac saepe ridiculus ostentator sui adparet. Vt Chiliad. I. v. 275.

> Οἶδας δὲ, πάντως ἀκριβῶς z) πᾶς πᾶσαν οἶδα βίβλον
> Ἐκ στήθους τε καὶ στόματος οὕτως ἑτοίμως λέγειν.
> Οὐδὲ γὰρ μνημονέστερον τοῦ Τζέτζου Θεὸς ἄλλον
> Ἄνδρα τῶν πρίν τε καὶ τῶν νῦν ἐξέφηνεν ἐν βίῳ.
> Ὅθεν τὸ δῶρον εἰληφὼς εὐχαριστῶ τῷ δόντι
> Κἂν τρίβω βίον πενιχρὸν σειρᾶς ὢν γένους πρώτου.

ann. 1143. et 1158. allegoricam interpretat. Homeri composuisset. Huc forsan pertinet *Monodia in Andronicum* imper. inc. Ἀπολλλωστ μεχρὶ μὲν, sine nomine auctoris, in cod. *Barocc.* CXXXI. Atque *Hamberger*. in Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern, part. IV. pag. 278. sqq. de Io. Tzetza, hunc, scribit, adhuc vixisse ann. 1185. *Saxius* autem in Onom. lit. II. p. 242. sq. ad a. 1150. „quum, ait, *Io. Tzetzes* ad *Bertham* s. *Irenem*, Manuelis Comneni imper. vxorem Augustam, quae ipsi a. 1145. nupta, a. 1158. e viuis excessisse dicitur, *Allegorias Homericas* miserit, (conf. *Pagium* in Crit. Baron. a. 1180. III.) eius nominis claritas non multo serius hoc annorum circuitu poni debuit, quantumuis *Pagius* in Crit. Baron. ad a. 561. VII. p. 202. tom. X. Tzetzen sub finem saeculi duodecimi vixisse censuerit. *Chiliades* enim circa 1170. scripsisse, et vitam eum vltra a. 1180. vel 1185. produxisse, verisimiliter sumi possit.“ Add. si placet, quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. part. I. pag. 510. sqq. et in Supplementis ad illam part. II. p. 56. atque 355. sqq. *Harl.* Tzetzae Comment. in Lycophr. nuper e codd. emendauit et auxit et cum Lycophr. edidit *Leopold. Sebastiani*, Rom. 1803. 4. *Beck.*]

s) Tzetzes Chiliad. XI. v. 719.

t) Vide *Cangii* Historiam Byz. familiarum Augustarum p. 186.

u) *Tzetzes* Chil. V. vers. 611. seq.
v) Id. v. 615. seq.
w) Id. Chiliad. III. 157. seq. IV. 566. seq.

x) Chil. IV. 570.

y) Id. Chiliad. VI. v. 282.

z) Grauius acerbiusque de eo iudicat *Olaus Borrich* dissert. de poët. graecis pag. 28. nr. 67. *Harl.*

Scis autem, quomodo exacte omnino omnem noui librum
Ex memoria atque ore sic promte dicere;
Neque enim memorantiorem, quam Tzetzam, Deus alium
Virum eorum, qui olim fuere, et nunc sunt, produxit in vita.
Vnde donum quum sumserim, gratias ago danti,
Quamuis dego vitam pauperem, ex catena qui sum generis primi, (aurei)

Chiliad. III. v. 160.

Οὕτω παιδεύει με πατὴρ ὡς τὸν υἱὸν ὁ Κάτων,
Εἰ δέ τις καὶ τὸν Κάτωνα χρήζει μανθάνειν, οἷος,
Ἐμὲ βλεπέτω Κάτωνος ἔμψυχον ζωγραφίαν,
Καὶ Παλαμήδους τοῦ σοφοῦ παιδὸς τοῦ Ναυπλίου etc.

[P] *Sic erudiit me pater, quemadmodum filium Cato.*
Si quis autem et Catonem vult discere, qualis fuerit,
Me respiciat, Catonis animatam picturam
Et Palamedis sapientis, filii Nauplii.

Chiliad. I. 545.

Τέως τὸν Τζέτζην ἀψευδεῖν ἐν τοῖς τοιούτοις νόει,
Ὡς ἀκριβέστερον εἰπεῖν ἱστορικῶν ἁπάντων,
Καὶ πάντων μνημονέστερον τῶν ὄντων ἐν τῷ βίῳ.

Tamen Tzetzem non mentiri in talibus existima,
Sed exactius dicere omnibus historicis,
Et omnibus memorem magis, quotquot sunt in vita.

Chiliad. X. v. 681.

Ὁλόκληρον βιβλίον γὰρ ἑκάστην ἱστορίαν
Ὁ Τζέτζης οἶδεν ἀκριβῶς, οὐ στίχον, ἔτι δύο.

Integros libros per singulas historias
Tzetzes nouit exacte, non modo vnum versum vel duos.

Subinde gloriatur, se ex memoria scribere VI. 407. 475. VIII. 182. IX. 752. X. 340. 364. XII. 13. iubetque facere periculum, vt, quaecunque aliquis velit scire, ex memoria dicere

dicere ipsum iubeat. XII. 118. *καὶ ὅσα ἄλλα ἕτερα ἐθέλοι τις μανθάνειν, εἰ ἀπὸ σήθους οἴδαμεν λέγειν πειράσθω.* Ait, se commentari properantem *κατ' ἀστραπὴν εἰς τάχος, fulguris instar celeriter*, XII. 119. *ταχυγραφῶν.* VIII. 269. et 526. *καὶ νόει τὸ ὀξύτατον τῆς Τζέτζου διανοίας, et vide celerrimam ingenii Tzetzae vim; λέγων γὰρ ἕν τι, μύρια παρατρέχει, adferre vnum aliquid, et infinita alia scientem omittere ac praetervehi.* XII. 6. *Τζετζικὸν τρόπον, modum scribendi Tzetzicum*, et *Τζετζικὰς ἐρεύνας, Tzetzicas inquisitiones*, ponit pro adcuratissimis, *ἐν αἷσπερ ἡ ἀλήθεια ἐκ χάους ἀνατρέχει, quarum ope veritas ex caligine et chao in lucem redit.* XII. 75. seq. 126. Contemni se passim queritur, et indignatur, alios praeferri sibi, se vero haberi pro rudi et indocto, vt XII. 97.

— — *ὥσπερ ὁ Τζέτζης λέγει,*
Ὁ ἀμαθὴς, ὁ ἀδαὴς, ὁ ἄπορος ἐν λόγοις
Ὁ ἐξελέγχειν μηδαμῶς δυνάμενος ἀνθρώπους.
— — *vt Tzetzes ait,*
Rudis ille, indoctus, imperitus in disceptationibus,
Arguere [conuincere] *nequaquam valens homines.*

[*] XI. 219. 255. 363.

Τζέτζης δὲ ἀρητόρευτος ὁ ἀμαθὴς ἐπάρχῳ
Tzetzes rhetoricae imperitus, indoctus Camateri *eparchi iudicio.*

Ex tam iniquo de studiis suis iudicio ominatur fore, vt CPolis tradatur barbaris et barbara tota euadat. XII. 993. seq.

Ἀνθ' ὧν πόλις ἄνασσα τῶν πολισμάτων
Οἰκτρῶς σε δισσᾶ καὶ τριπλᾶ κατασένω.
Δέδοικα γὰρ, δέδοικα, μή πως βαρβάροις
Δοθῇς ἁλωτὴ καὶ γενήσῃ βαρβάρα,
Ὄνος νεμηθῇ σοι καὶ χοῖρος τότε
Τοὺς, οὓς ἐτίμας, οὐ κάτοιδα τῷ τρόπῳ.
Propterea te vrbs regina vrbium
Flebiliter ter quaterque lugeo.
Timeo enim, timeo ne forte barbaris
Tradaris captiua et euadas barbara,
Asinusque tunc depascat te et porcus,
Quos honorasti, nescio quomodo.

Principum

Principum suae aetatis auaritiam adcusat Chiliad. V. 941. deteriores eos arguens esse Phalaride, qui erga Stesichorum benignus ac liberalis fuit: se vero ex sola librorum transscriptione vitam tolerare profitetur:

Οἱ χρηστοήθεις δ' ἄρχοντες νῦν ἀμφοτέρου μέρους
Μὴ μόνον προῖκα μηδαμῶς μηδὲν ἡμῖν διδόντες
Σεμνοῖς δ' ἀνθρώποις δωρεὰς ἀεὶ διδόντες πόσας;
Ὡς Ἅρπυιαι τὸ πρότερον ἐκ γέροντος Φινέως
Καὶ βρῶσιν ἀφαρπάζουσιν στόματος ἡμετέρου,
Προῖκα τὰς συγγραφὰς ἡμῶν λαμβάνειν ἐξαιτοῦντες,
Ἐξ ὧν ἡμεῖς τρεφόμεθα πολλῶν μεταγραφέντων.
Ὡς Ἐρυσίχθων γὰρ ἐγὼ ταῖς θυγατράσι ταύταις
Ταῖς παντευμόρφοις τρέφομαι, πλὴν οὐχὶ πορνευούσαις,
Ἀπόρνοις δὲ καὶ καθαραῖς αἷς τρέφομαι καὶ μόναις
Ἄλλοθεν οὐ δεχόμενος οὐδ' ἀφ' ἑρμηνευμάτων.

Belle autem morati principes nunc vtriusque partis,
Non solum gratis nihil vmquam nobis largiuntur,
Bellulis autem hominibus quot quaeso adsidue dant illi dona?
Velut harpyiae quondam a sene Phineo
Et cibum rapiunt ex ore nostro.
[P] *Gratis scripta nostra accipere expetentes,*
Ex quibus nos alimur, dum multa transscribimus.
Velut Erysichthon enim ego filiabus his
Formosis alor, non sane fornicantibus,
Sed castis et puris, quibus solis nutrior
Aliunde non recipiens, neque ab interpretationibus.

Sine mercede scriptorem esse poenitet Chiliad. IX. 369.

Εἰ λίτρας κλεπταββᾶσι δὲ καὶ τζουριχοαγίοις
Ἐπὶ ἑνὶ δὲ μήλῳ τε δωρεῖσθε καὶ τῇ ῥόᾳ,
Ἀνθρώποις συγγραφεῦσι δὲ μεταφρασταῖς βιβλίων
Λέγεται, μεταφράσαι μὲν μῆκος τοσαύτης βίβλου,
Καὶ τότε δοίητε αὐτοῖς, ὅπερ ὑμῖν δοκήσει.

Μὴ

Μὴ ἄην, εἴπω, συγγραφεὺς, μηδὲ ἐμός τις φίλος,
Εἰ πόνοις τόσοις μὲν οὐδὲν ὁ συγγραφεὺς λαμβάνει.

Si magna dona falsis abbatibus et sanctulis hypocritis
Pro vno pomo datis et malo punico,
Homines autem historicos atque metaphrastas librorum
Iubetis interpretari prolixa volumina,
Et deinde datis iis, quod vobis videtur.
Ne sim ita inquam ego scriptor, neque ex amicis meis aliquis
Si pro laboribus tantis nihil auctor accipit.

Tamen identidem ingerit, se esse abstinentissimum, atque, vt XI. 23. seq. ait, ἀδωρότατον, atque a sola Augusta praemia accipere XI. 48. Nimirum ab Augusta Irene pro singulis quaternionibus allegoriarum, quas ei obtulit, Homericarum, capientibus centenos versus, ait, initio se accepisse duodecim aureos, quod deinde praemium aucto quaternionum numero, imminutum fuit ab iis, qui dispensandis imperatoriis pecuniis praefecti erant, ac denegatum, vt queritur IX. 282. seq.

Πρῶτον μὲν τετραδίσκια τῶν σμικροτάτων γράφων
Ἑνὸς ἑκάστου ἀπ' αὐτῶν μὴ πλέον τι χωροῦντος
Ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα στίχων σὺν διηκάδι (leg. δωδεκάδι)
Τῷ καθ' ἑνὶ ἐλάμβανον δώδεκα τῶν χρυσίνων.
Χρυσίνων νομισμάτων δὲ πλὴν ἐκ λευκοῦ χρυσίου [aa]).
Ἐπεὶ πυκνοῦν δὲ μηνυθεὶς τὰς χάρτας πρὸς ὀλίγον
Τῷ ἐπὶ διοικήσεων τελοῦντι τῆς Αὐγούστης,
Λαβὼν δέ τι τετράδιον μέγιστον ἐγεγράφειν
[P] Τρισαγισμοῖς ἐν στιχισμοῖς τετράδια ὡς δέκα,
Ὁ δὲ καὶ τὸ δεκάπλασμα ἴσον ἁπλῷ ἐδόκει.
Καὶ μᾶλλον δὲ καὶ ἔλαττον εἶτε καὶ ὡς οὐδέν τι,
Λαβὼν γὰρ ταῦτά μοι, οὐδὲν ἐκεῖνος ἀπεστάλκει.
Γράφε δὲ, γράφε, συνεχῶς ἐμήνυε, καὶ μόνον.
Καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν σχῇς δωρεὰς ὁποίας.
Πρὸς τὸ αὐτοῦ κληρόψυχον (leg. σκληρόψυχον) ἔγραψα τὰ γραφέντα.

Aliquando

aa) Ex argento, *gülden in silber.*

Aliquando iactat se συγγραφέα πόσων, *quot librorum scriptorem.* Chil. V. verſ. 580. et Chiliad. XI. v. 261.

Ὁ λογιστὴς τῶν παλαιῶν bb), οὗ δι' ἰάμβων βίβλος,
Τῶν λογισμῶν, γραμματικῶν, ῥητόρων, φιλοσόφων,
Τῶν μετρικῶν ἱστορικῶν, μηχανικῶν, τῶν ἄλλων.

Ille cenſor antiquorum, cuius eſt iamborum liber,
Rationalium, grammaticorum, rhetorum, philoſophorum,
Metricorum, hiſtoricorum, mechanicorum, aliorum.

Idem XI. 987. τοιαῦτα γράψας καὶ τοσαῦτα βιβλία. *Tales qui ſcripſi et tot libros.*

Iamborum libri ſaepius facit mentionem, vt Chiliad. XII. v. 719. ὡς καὶ αὐτὸς μὲν γέγραφα χρονογραφῶν ἰάμβοις. *Vt ipſe alicubi ſcripſi chronographiam componens iambis.* et XII. v. 255.

Καὶ μετρικῶς συνέγραψα τῇ κόσμου ἱστορίᾳ
Ἰάμβῳ μέτρῳ τεχνικῷ, κἂν ἀτελῆ καὶ ταύτην
Ἀφῆκα, βλέπων σύμπαντας τὸ τεχνικὸν μισοῦντας
Τὰ βάρβαρα δὲ στέργοντας. ὦ συμφορᾶς ἐσχάτης.

Et metrice ſcripſi in mundi hiſtoria
Iambo metro artificioſo, quamuis imperfectam et hanc
Reliqui, videns, omnes artem odiſſe
Barbaraque amare. O calamitatem extremam!

Specimen iamborum Tzetzae habes Chil. XI. Hiſt. 896. Iamborum in templum CPol. III. hiſt. 66.

2. De *libro* λογισμῶν Chiliad. XI. 361.

Καὶ πᾶσαν τέχνην λογικὴν ἁπλῶς μετερχομένους,
Ὧν βίβλος ὅλη γέγραπται τῶν λογισμῶν τῷ Τζέτζῃ.

Et omnem artem logicam ſimpliciter perſequentes,
De quibus liber integer ratiocinationum ſcriptus eſt a Tzetza.

[vid. paullo poſt ad nr. 5. Tychſen. notit. *Harl.*]

3. *Allego-*

bb) Ad calcem Chiliadum pag. 266. Τζέτζης λογιστὴς τῶν παλαιῶν καὶ νέων, *Tzetza cenſor antiquorum et recentium.*

[[?]] 3. *Allegorias Homericas* ad Irenem Augustam memorat Chiliad. V. vers. 7.

Ἐγὼ δὲ ἀλληγόρησα τῇ βίβλῳ τῆς Αὐγούστης.

et v. 776.

Τὸ δ᾽ ἀλληγορικώτερον περὶ κοσμογενείας
Τοῦτο προεῖπεν Ὅμηρος οὐρανοδρόμοις λόγοις
Αὐτὸς δὲ ὑπεφήτευσα γράφων ἀλληγορίας.

et Chiliad. IX. v. 282. seq.

Ἀνθ᾽ οὗ γράφων ἐξήγησιν Ὁμήρου τῇ Αὐγούστῃ
Ἔχουσαν καὶ μετάφρασιν ἡμαξευμένοις cc) στίχοις etc.

Et Chiliad. XIII. 625.

Τῇ τῆς Αὐγούστης βίβλῳ γὰρ τἄλλῳ μοι προεγράφη.

Scriptum hoc opus versibus politicis, idem superest adhuc manu exaratum variis in bibliothecis. Titulus est: ὑπόθεσις τοῦ Ὁμήρου ἀλληγορηθεῖσα παρὰ Ἰωάννου Γραμματικοῦ τοῦ Τζέτζου, τῇ κραταιοτάτῃ Βασιλίσσῃ καὶ Ὁμηρικωτάτῃ Κυρίᾳ Εἰρήνῃ τῇ ἐξ Ἀλαμανῶν dd). Initium operis:

Ἐπεὶ φαιδρὰ πανσέληνε σελήνη σελασφόρε,
Οὐκ ἐκ ῥοῶν Ὠκεανοῦ φαίνουσα λελουμένη
Ἀλλ᾽ ἐκ πορφύρας τῆς κλεινῆς etc. *Fabr.*

[Metaphrasis allegorica Iliad. Homeri, versibus politicis, cum praefat. ad Irenem etc. *Oxon.* in cod. Barocc. XXIV. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MMDCXLIV. nr. 9. coniecta sunt scholia ad marginem: — MMDCCV. et MMDCCVII. nr. 3. — Vid. supra ad vol. I. pag. 403. et quae paullo post adscripsi. *Io. Toup* in Emendatt. in Suidam et Hesychium, vol. II. Oxon. 1790. 8. p. 579. seq. culpat errorem et locum quemdam *allegoricae interpretationis,* tunc nondum editae; et Tzetzen nominat *futilissimum tenebrionem. Harl.*]

Habuit *Ludolphus Neocorus,* h. e. *Küster.* descriptum e codice Barocciano et collatum cum MSto regio Paris. atque nonnulla ex eo producit in notis ad Suidam tom. II. p. 683. Idem opus est *Pro Homerica, Homerica et Post Homerica,* de quo *Huetius* in epistola ad Graevium tom. II. dissertationum et epistolarum editarum a Io. Maria Marco Tilladeto Hag. 1714. 12. p. 244. *Est mihi Tzetzae cuiusdam poema de rebus Troicis sic inscriptum:* Ἰωάννου γραμματικοῦ

cc) Ἡμαξευμένοι στίχοι, sunt versus politici.

dd) Irene, Manuelis Comneni coniux, fuit filia Berengarii, comitis Sulsbacensis in regno Teutonicorum tunc potentissimi, vt ex Guil. Tyrio notauit *Cangius* p. 187. *Fabr.* v. *Kollar.* in Supplem. iam ante laudatum. *Harl.*

ματικῶ τῶ Τζέτζȣ τὰ πρὸ Ὁμήρȣ καὶ τὰ Ὁμήρȣ καὶ μεθ᾽ Ὅμηρον ἐν συντόμῳ καλῶς ἐκδοθέντα. Adiecta sunt scholia non contemnenda. Haec edere olim habebam in animo, sed aliis studiis ex transuerso obiectis abreptus sum. Eiusdem operis Tzetzae edendi spem fecit *Hermannus Tryllitschius* ee), de quo plura dixi lib. 2. cap. 3. §. 14. [vol. I. pag. 403. seq.] vbi etiam mentionem feci allegoriarum mythologicarum physicarum et moralium, quas acceptas a Iano Rutgersio sub Tzetzae nomine edidit graece et latine *Federicus Morellus*, Paris. 1618. 8. *Fabr.* Conf. de hac edit. catal. bibl. *Leidensis* p. 141. nr. 45. et *Maittaire* annal. typogr. tom. III. part. 2. p. 868. Attamen *La-Porte-du Theil* in censura etc. infra ad finem huius paragraphi laudata, adfirmat, carmen, quod edidit Morellus sub titulo *Allegoriarum mythologicarum*, nihil habere commune cum Allegoriis Homeric. neque ex iis esse excerptum. — *Augustae Vindel.* est in cod. gr. *Io. Tzetzae, grammatici, rerum ante Homeri tempora gestarum aliquod fragmentum*, et in alio eiusdem *Historia.* v. *Reiseri* indic. MSS. bibl. August. p. 79. et 80. Hic multa fuissent addenda; sed quoniam cum in Introduct. l. c. p. 511. sqq. tum inprimis supra ad vol. I. p. 403. sqq. plura, quae dicenda essent, iam adtuli; omnia pauceis comprehendam. Ex cod. Augustano, (ex quo cod. Dresdensis, aut forsan vterque ex cod. bibl. regiae Londinensis descripti videntur;) *τῶ Τζέτζȣ τὰ πρὸ Ὁμήρȣ, τὰ Ὁμήρȣ καὶ τὰ μεθ᾽ Ὅμηρον ἐν συντόμῳ ἐκδοθέντα, Ioannis Tzetzae carmina Iliaca nunc primum e cod. Augustano edidit Gottlob Benedict. Schirach.* Halae 1770. 8. Schirachii praemissa epistola ad Klotzium praeter alia lectu vtilia complectitur historiam litterariam Tzetzae: de qua edit. vid. Noua Acta erudit. mens. Martii 1770. p. 128. sqq. et Klotz. in Actis litterar. vol. VI. part. 3. nr. 10. p. 366. sqq. — Lacunosam tamen et mancam esse hanc editionem, docuit cel. *Tychsen* in: Bibliothek der alten Litteratur und Kunst, part. 4. inedit. 1. inprimis pag. 10. sqq. vbi *Ioannis Tzetzae carminum Iliacorum initium* e cod. Vindobonensi primus edidit, subiectis notis criticis, et in Praemonendis historiam Tzetzae eiusque scriptorum egregie illustrauit; idemque correxit Fabricium nostrum, ab eoque hoc loco de Tzetza, quaedam esse confusa et perperam dicta, saltem non satis perspicue tradita, monuit. Missis iis, quae ad vol. I. p. 404. sqq. ex his Praemonendis iam adtuli, hic tantum scriptorum Tzetzianorum, quorum plurima in variis bibliothecis ipse tractauit, et multos in quibus inedita adseruantur codices laudauit, notitiam ad supplendam emendandamque Fabricii nostri notitiam paucis repetam, et quaedam adiiciam. Illo igitur auctore duceque, *edita* sunt 1) Chiliades; 2) carmen iambicum, de filiorum educatione; 3) scholia in Hesiodum; 4) scholia in Lycophronem; 5) breue carmen, quod sub titulo: Allegoriae mythologicae, physicae et morales edidit *Fr. Morell.* Paris. 1616. 8. *Inedita* sunt, saltem non integra, (de quibus singulis copiosius disputat cel. *Tychsen:*)

1) *Scholia in Oppiani Halieutica,* in cod. Escorial. sub nota I. Σ. 17. [v. etiam *Plüer.* itinerar. per Hispan. p. 177. et in cod. bibl. regis Angliae, teste *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 632. *C.*]

2) *Expositio Isagoges, seu libri de V. vocibus Porphyrii*, versibus politicis, in cod. *Vindobon.* VII. nr. 2. v. *Lambec.* VII. p. 140. Kollar.

3) *Epi-*

ee) Vide Diarium Lipsiense cui titulus: Neuer Bücher-Saal a. 1716. parte LVIII. p. 735.

3) *Epitome rhetoricorum Hermogenis*, versibus politicis, ibid. nr. 3. [secundum cat. MSS. Angliae etc. vol. II. nr. 2181. in cod. *Vossiano* LXX. inesse dicuntur: *Hermogenis opera rhetorica* et *Io. Tzetzis rhetorica contra Hermogenem;* atque ibid. nr. 3347. in cod. gr. *Norfolkiano*, *Hermogenes de inuentione, cum scholiis Tzetzis.* Conf. supra, vol. VI. p. 69. seq. et 72.]

4) Ἐξήγησις siue *Metaphrasis Homerica:* est idem opus, quod *commentarii in Homerum* titulo laudat Fabric. nostro loco. [*Paraphrasis Homeri;* inc. ἐπεὶ Φαιδρά, in cod. Barocc. CXXXI. et in cod. CXCIV. *expositio historiarum* et vocum quarumdam: ἐπιφυλλὶς, σμικρότατον βοτρύδιον ὑπάρχει· add. *Iriarte* l. c. p. 277. nr. 341. et *Plüer*. itiner. p. 177. — Expositio Iliad. *Romae* in cod. Vaticano. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 6. *C.* tum pag. 620. *A.* atque 621. *C.* et p. 624. *E.* de codd. *Escorial.*

5) Λογισμῶν βίβλος, quem laudat Chil. XI. 361. porro *de vrinis*, cod. *Barocc.* LXXXVIII. [et *Paris*. bibl. publ. cod. MMCCCXX. nr. 3. item *Leidae* inter codd. Vossian. v. catal. bibl. Leid. p. 395. nr. 1. vbi dicitur, Τζέτζε λογισμῶν τῶν παλαιῶν καὶ νέων, in versibus contra Hermogenem. Is idem esse videtur cod. quem paullo ante ad nr. 3. ex cat. MSS. Angliae etc. citaui.] — *de Belisario* cod. reg. *Paris*. MMMXXV. add. fin. huius capitis.

6) *Allegoriae Homericae.* [add. cod. *Vindobon.* CXXII., in quo nr. 2. legitur ὑπόθεσις τῆς Ὁμήρε Ἰλιάδος ἀλληγορηθεῖσα etc. (v. supra, vol. I. p. 404. ibique not. *bb.*) quem cod. vberius recensuit *Kollarius* in Supplementis, col. 696. sqq. monuit, opus non esse integrum, sed desinere in argumento XVI. Homeri rhapsodiae, docuitque in epigraphe quidem legi Εἰρήνῃ τῇ ἐξ ἀλανῶν· sed legendum esse ἀλαμανῶν. Idem adnotat, in ead. bibl. exstare aliud integrum et praestantius exemplum. A *Nesselio* in catal. codd. Vindob. part. IV. duo laudantur codd. caesar. qui continent *Tzetzae* allegorias in Homerum, n. pag. 72. cod. CXVIII. et p. 82. cod. CXLII. sed non obseruatur, quodnam sit plenius, cuius recensionem promiserat Kollarius in continuatione supplementorum, in poetarum classe.]

7) *Iliaca* siue carmen de rebus Troianis, versibus hexametris, [vid. supra ad vol. I. pag. 405. seq. In hisce Tzetzianis recensendis substitit diligentia cl. Tychsenii, qui reliqua, quae Fabric. h. l. iam commemorat, omisit. Posthaec cl. *Frider. Iacobs*, cui Tychsen suas permisit chartas, *Ioannis Tzetzae Antehomerica, Homerica, et Posthomerica e codd. edidit et commentario,* amplo eruditoque, *instruxit*, Lips. 1793. mai. 8. Primum de Tzetza, eiusque carmine, ingenio, doctrina et fontibus riuulisque, ex quibus iste hausit, de codd. atque Schirachii edit. perite acuteque iudicauit. Comparanda tamen est *F. I. G. La-Porte-du-Theil* censura illius editionis in *Millin* Magasin encycl. a. VI. nr. 21. p. 27. sqq. Ab eo quatuordecim inedita nominantur. Excerpta ex illa censura leguntur in cel. *Christ. Dan. Beckii* commentariis societatis philolog. Lipsiensis, vol. II. Lips. et Plauiae 1802. 8. pag. 286. seq. — Fragmentum Antehomericorum a v. 147. vsque ad v. 295. pag. 23-43. ed. Iacobs esse illud carmen, quod *Morellius*, cui auctor ignotus fuit, edidit et inscripsit: *Iliacum carmen epici poetae graeci, cuius nomen ignoratur, ingenium proditur hoc eleganti fragmento, nunc primum*

mum prodit cum scholiis ex vett. MSS. membranis bibliothecae V. C. Isaaci Casauboni Fed. Morellus. — Latinis heroicis expressit et notis illustrauit. Paris. ap. Feder. Morellum, sine anni nota, in 4. me docuit *Villoison* in litteris, e quibus plura de hoc opusculo perraro excerpta dedi in Supplementis etc. part. II. p. 355. sqq. vbi quoque *Villois.* memorat cod. Antehomericorum in bibl. quondam Vaticano, nunc in bibl. publ. Paris. illatum. — In codd. bibl. regis Angliae *Io. Tzetzas* de bello Troiano; eiusdem Antehomerica, Homerica et Posthomerica, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 632. *D.* et *B. Harl.*

4. Diuersa ab his est ἐξήγησις siue *Commentarius* Tzetzae *in Homerum*, cuius partem seruat codex insignis MStus bibl. Lipsiensis Paulinae, [[] nimirum prolegomena longiuscula, per duodecim folia, ex quibus nonnulla de patria et genere Homeri adtuli lib. II. cap. 1. §. 8. [in vol. I. pag. 330.] et partem priorem commentarii ipsius in librum primum Iliados, vsque ad versum 102. Vide Acta Eruditorum a. 1719. p. 307. vbi notitia adcuratior codicis illius MSti traditur, in quo Moschopuliana etiam quaedam in Homerum et, quod inprimis iucundum debet esse antiquitatis et graecae linguae studiosis, scholia illa antiqua in totos libros sedecim priores Iliados; qualia in Iliad. IX. vulgauit *Conradus Horneius* [ff]), et quibus comparata scholia vulgata plerumque sordere videntur, vt notatum in iisdem Actis eruditor. a. 1712. p. 316.

5. *In Hesiodum*, Chiliad. VI. v. 842. ἀλληγορήσας δ' ἔγραψα πρὶν ἡσιόδῳ ταῦτα. De his Tzetzae in Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέρας, scutum Herculis et in Theogoniam editis pridem commentariis dixi lib. II. c. 8. §. 10. 13. 16. et 20. [gg]) quamquam in Theogoniam quae habemus

ff) De illis dixi lib. 2. c. 3. §. 12. [vol. I. pag. 395. seq. ed. nou. add. cl. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. II. p. 45. seq. atque ibid. part. III. p. 3. *Harl.*]

gg) Supra in vol. I. p. 575. seq. p. 582. §. XIII. p. 588. seq. ibique v. not. *ss.* p. 591. p. 595. inter codd. Hesiodi, pag. 602. seq. de edit. Heinsiana. Add. quae scripsi in Supplementis, part. II. p. 56. Subiiciam memoriam codd. quorumdam, quorum supra ad vol. I. ll. citat. nondum inieceram mentionem. *Oxon.* in cod. Barocc. LX. Hesiodi O. et D. cum scholiis *Tzetzae.* — in cod. *Th. Gale* CXXIX. siue nr. 5963. cat. MSS. Angliae etc. *Io. Tzetzis* comment. in Hesiodum, collatus cum aliis MSStis. — *Venetiis* in bibl. Marc. codd. CDLXIV. et CDLXXX. *Hesiodi* scutum Herculis, cum scholiis et technologia *Io. Pediasimi*, atque O. et D. subsequuntur expositiones *Man. Moschopuli*, *Io. Protospatharii*, *Io. Tzetzae* et *Procli Diadochi*, et alia. v. cat. codd. gr. Marc. p. 246. et 252. — *Taurini* in cod. bibl. publ. CXII. *Tzetzae* commentarii in Hesiodi O. et D. commentariis insertus est Hesiodi textus, et supra textum sunt aliae expositiones. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 216. — *Florentiae* in cod. bibl. Laurent. XXIV. nr. 4. ex *Io. Tzetzae* enarratione (ἐξ ἐξηγήσεως) excerptum *de differentia poetarum* et *vita Hesiodi*; ibid. nr. 5. in Hes. Theogoniam scholia quaedam particularia antiqua: v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. II. p. 95. qui primum repetit Heinsii iudicium de auctore horum scholiorum; tum addit: „Enimuero in Theogoniam exstant commentarii graeci duplices, quorum vnus inscribitur τοῦ Ἰωάννου διακόνου τοῦ Γαλήνου εἰς τὴν Ἡσιόδου θεογονίαν ἀλληγορίαι· alter vero, vt ex nostro cod. patet, Σχόλια εἰς τὴν Ἡσιόδου θεογονίαν παλαιά, quorum auctorem Didymum existimasse videtur *Natalis Comes* libr. VI. cap. 18. Mythologiae p. 633. *Ioan. Alexander Brassicanus* a. 1530. praefat. ad Saluianum testatus est, se habere Io. Philoponi, cognomento grammatici, commentarios in Hesiodum, non alios intelligens, quam quos sub *Io. Galeni* nomine habemus, vel commentarios

habemus, non solius Tzetzae esse, sed ex Tzetza et antiquioribus excerpta, putat *Dan. Heinsius* ad Hesiodum p. 225. Confer *Lambecium* VII. p. 233. [pag. 501. seq. Kollar. et supra ad vol. I. p. 589. in nota.] quo iudice Ioannes Galenus diaconus, cui commentarius in Theogoniam tribuitur, idem est cum Ioanne Pediasimo. [vid. supra ad vol. I. p. 582. 588. seq.]

6. *Paroemias* suas memorat Chiliad. VIII. 933. 935. 943.

7. *Encomium in mortem.* Chiliad. XI. 749.

Καὶ Τζέτζης Ἀλκιδάμαντι ἐπίσης Ἐλαΐτῃ
Καὶ ἔγραψε καὶ γράφει δὲ καὶ λέγει καθεκάστην
Ἐγκώμια εἰς θάνατον μυρία ὑπὲρ πάντας.

8. *Epistolas CVII.* MStae in codice regis christianissimi DCCCCII. et MCCCL. et MMDLXV. teste *Labbeo* p. 100. 110. bibl. nouae MSS. et Kustero ad Suidam tom. II. pag. 473. [hh]) Ex his prima ad Ioannem Lachanam grammaticum τοῦ Ζαβαρείου [ii]) exstat in Tzetzae Chiliade IV. vers. 467-780. Eadem citatur III. 2. 31. 38. 400. 893. 988. IV. 200. 313. 389. 394. Caeterae post Chiliad. V. vers. 201. memorantur quidem et V. 188. seq. IX. 357. 967. XIII. 43. 55. sed in editis desiderantur. Vicesimam primam ad patriarchicum notarium *Basilium Acridenum* dedi supra lib. III. cap. 16. §. 3. ex qua Ioannem, non Isaacium, Tzetzem auctorem esse commentarii ad Lycophronem notarunt post Küsterum excellentes viri ingenio atque doctrina, *Potterus* in secunda Lycophronis editione, atque *Rich. Bentleius* ad Horatium p. 45. [add. supra vol. I. p. 703.] Exstant et *epistolae* Tzetzae *quatuor* subiunctae eius *Chiliadibus:* prima ad *metropolitam* Πατρῶν, *Patrarum* Achaiae: [P] secunda *ad episcopum*

rios in ἔργα καὶ ἡμέρας, sed qui *Tzetzae* sunt, non Philoponi:" add. supra, vol. X. p. 649. — *Matriti* in cod. regio VIII. fol. 1. *Isaaci* (sic in hoc cod. nominatur,) *Tzetzae* explanatio in Georgica Hesiodi et de vita Hesiodi, breue exordium, et aliorum de Hesiodo opuscula, v. *Iriarte* cat. codd. gr. Matrit. pag. 24. ibid. in cod. CIII. *Io. Tzetzae* expositio O. et D. Hesiodi: continuo sequuntur versus iambici et dorici ad Proclum, qui prius Hesiodum explanauit: quos versus, ineditos, *Iriarte* l. c. p. 407. seq. adposuit. Tum sequitur expositionis prooemium, quod illius, quod Io. Tzetzae nomine inscriptum occurrit in Vict. Trincauelli ed. Hesiodi, dissimillimum, ac magnitudine fere triplum esse, ait Iriarte. in eod. cod. fol. 9. Hesiodi O. et D. cum scholiis, quae Procli, Moschopuli, *Tzetzae* esse dicuntur. — *Geneuae* in cod. bibl. publ. *Isaaci Tzetzae* scholia in Hesiodum. v. *I. Senebier* catalogue — des MSSts, conservés dans la Bibl. — de Geneue. Geneuae 1779. 8. p. 49. — *Leidae* inter codd. Vossian. *Tzetzae* expositio Hesiodi O. et D. vid. cat. bibl. Leid. p. 397. nr. 52. — Eadem in cod. *Bauar.* CLVIII. in quo prooemium ab initio magis integrum et fusius est, quam in edit. Veneta 1537. 4. teste *Hardtio* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 11. p. 20. *Harl.*

hh) In catal. MSS. bibl. *Paris.* vol. II. duo tantum codd. epistolarum adducuntur, n. codd. MMDCXLIV. nr. 4. p. 533. et MMDCCL. nr. 4. p. 548. addita obseruatione, maximam illarum partem nondum esse editam. *Harl.*

ii) Collegium quoddam, cuius meminit iterum IV. 559. καὶ τῷ πρωτονωβελισσιμῷ σε τάξει τῷ Ζαβαρείου, *et adiunctum te esse ordini Zabarei.*

pum quemdam, tertia *ad grammaticum*, quarta ad *Nicephorum Seruilium*, myſticum [kk]), cui tamquam oculo ſenatus blanditur. *Fabr.* Supra in vol. III. p. 753. edidit Fabricius Tzetzae epiſt. ex cod. Pariſinae bibl. In Muſei Oxonienſ. litterarii conſpectu et ſpeciminibus, Oxon. 1792. mai. 8. inter Specimina p. 47. ſqq. primum publicata eſt epiſtola ad Epiphanium diaconum, „quae, vt inquit editor, eamdem rationem habet cum viginti et tribus hiſtoriis chiliadum priorum. 'Abſolutis hiſtoriis CXLI. quae primam epiſtolam enarrant, prima illa edita, quae in noſtro cod. ab hac altera excipitur, quam tandem in lucem produximus." Tum p. 49. ſeq. idem editor ita pergit: „Continuo in eodem MSS. ſequuntur hiſtoriarum dictorumque enarrationes, quae in epiſtola innuuntur. Abſolutis vero enarrationibus, hic epilogus, qui plerumque ineditus eſt, ſubiicitur," atque l. cit. verſus eduntur. Atqui in cod. *Barocc.* CXCIV. ſunt 1) *Tzetzis Chiliades*, farrago hiſtoriar. CXL. verſibus; 2) eiusdem *epiſtolae* duae; 3) eiusd. *expoſitio* hiſtoriarum et vocum quarumdam; 4) idem *de diverſis poetarum generibus;* inc. ποιητικῶν μέλλουσιν ἄρχεσθαι λόγων· 5) idem *de metris:* τὸν περὶ μέτρων ἀκριβῶς βουλόμενον· 6) *Homerus allegorizatus* ad imper. Irenem. — *Florentiae* in cod. Laurent. XXXII. nr. 3. Tzetzae epiſtola verſibus politicis varias continens hiſtorias, quae exſtat in eius Chiliad. IV. v. 467-780. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. II. pag. 384. *Harl.*

9. *Gratiarum actio ad patriarcham*, *Lamentatio de imperatore occiſo* [v. ad initium huius §.] et alia plura carminibus ſcripta politicis MSS. In iisdem codicibus regiis. *Fabr.* *Vindobonae* in cod. CXXIV. nr. 1. *Io. Tzetzae* varia *opuſcula et epigrammata*, verſibus politicis ſcripta, a Chiliadum hiſtoriis diuerſa atque inedita. Leſſus inter haec *Kollario*, qui in Supplementis 1. p. 704. ſqq. illum cod. vbertim recenſet, haud diuerſus eſſe videtur a *lamentatione de imperatore occiſo:* nr. 2. verſus XXXIV. de *Chatzice* quodam; nr. 3. *Naenia ad Auguſtam vel reginam;* nr. 4. Tzetzae *de animalium proprietatibus* opuſculum, verſibus politicis ſcriptum, atque Kollar. animalium indicem, ſiue ea, quae auctor tractat, alphabetica ſerie expoſuit: 5) eiusdem *carmina varia*, maximam partem epigrammata, cum ſacra, tum profana ad patronos praeſertim, opis quaerendae gratia conſcripta; atque Kollarius nomina eorum, de quibus aut ad quos ſcripta ſunt, alphabeti ſerie ſubiecit. Vtrum vero illa omnia Ioanni Tzetzae tribui debeant, Kollar. copioſe inquirit, de aetate quorumdam adlatorum carminum, comparando ea cum Tzetzae aetate, diſputat, et tandem declarat, ea omnia carmina eſſe Tzetzae, veriſimillimum ſibi videri, ideoque hunc multo recentiorem fuiſſe, quam a Fabricio memoriae proditum ſit. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MMDCCL. *Tzetzae* 1) *chiliades*, cum carmine iambico, ad illud opus pertinente; 2) carmen iambicum *de liberis educandis*, cum ſcholiis marginalibus; 3) alii verſus, partim heroici, partem iambici. — *Iſaaci* Tzetzae prolegomena in poetas, in cod. *Mazarin.* CXXXVI. teſte *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 1323. *A.* — Selecta ex Tzetza, *Romae* in bibl. Vatican. v. *Montfauc.* l. c. p. 34. nr. 935. *Harl.*

10. Com-

[kk]) De Myſtici dignitate in aula CPol. vide Cangii vtrumque Gloſſarium, et Goari notas ad Cedreni paginam 599.

10. Complura carmina *de differentiis poetarum*, *iambi technici de comoedia et tragoedia*, *de metris omnibus*, *quae in versibus reperiuntur*. *Hypotheses* in Culitzen et Gregorium *grammaticum regium*. MSS. in iisdem codicibus regiis, teste *Labbeo* pag. 134. *Fabr*. Conf. supra, vol. VI. p. 302. p. 352. et 371. — Secundum cat. MSS. bibl. publ. *Paris*. vol. II. in cod. MMCDIII. nr. 3. versus iambici *de variis poeseos et poematum generibus*. — in cod. MMDCXLIV. nr. 6. *de comoedia et comicis*, versibus politicis; nr. 7. *de variis metrorum generibus*, eiusmodi versibus: — in cod. MMDCLXXVI. et MMDCLXXVII. *de metris*; — in cod. MMDCCCLXXXI. *de variis metrorum generibus*, versibus politicis; epilogi tamen et prooemium carmine heroico; — idem in cod. MMCMLXXII. nr. 6. — in cod. *Barocc*. CXXXI. sub fin. *de metris*. — *Mediolani* in cod. bibl. Ambros. *Io. Tzetz. ars metrica*; carmine heroico; *de pedum paritate*; nota *in epigrammata*; in quosdam libros *Homeri*; comm. *in Lycophron*. v. *Montfauc*. Bibl. biblioth. MSS. p. 500. *B*. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CDLXXXIII. *de omni versuum genere*, et *de metris Pindaricis*. — In volumine quodam MSS. *Vossian*. Leidae est secundum catal. bibl. Leidens. p. 400. nr. 1. fragmentum, quod praefert aliquid doricum, de variis rebus, vt περὶ ἀγαθῶ καὶ κακῶ etc. et ambigitur, an sit *Tzetzae*; notaturque in margine, esse excusum in Diogenis Laertii fine. — *Romae* in cod. Vaticano de versibus politicis et heroicis; v. *Montfaucon*. l. c. p. 8. *C*. —. In cod. *Matrit*. VIII. supra ad nr. 5. laudato, sunt *Isaaci* (huic adscribuntur ea, quae in illo cod. occurrunt,) *Tzetzae* de poetarum *diuisione*, ex eius prolegomenis scholior. in Lycophronem; et *de septem poetis*, breue excerptum. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XIV. nr. 2. plut. 69. carmina quaedam; 1) iambicum, in quo indignatur Tzetzes, in locum poëseos metris adstrictae, politicorum versuum inualuisse vsum; 2) iambicum *de filiorum educatione*; 3) heroicum; et 4) iambicum: de quibus v. *Bandin*. cat. codd. gr. Laur. II. pag. 638. — Alios codd. iam antea ad num. 8. et 9. etc. commemoraui. — De Tzetzae comment. in Oppian. v. supra vol. V. p. 593. in nota *o*. *Harl*.

11. Superest, vt dicam de opere Tzetzae celeberrimo, *Chiliadibus*: licet in Chiliades versuum non auctor ipse, sed, qui graece illud cum *Pauli Lacisii* Veronensis versione, ad calcem Lycophronis, graecis Tzetzae commentariis illustrati, Basil. 1516. fol. [ll]) ex Io. Oporini

ll) Vel potius, 1546, v. supra in vol. III. pag. 754. cat. bibl. Leidens. pag. 258. et *Maittaire* A. T. tom. III. part. 1. p. 392. — *Baillet* in Iugem. des Sçav. tom. III. part. 2. ed. Menagii Amstel. 1725. 4. p. 304. seq. Gerbelium perperam nominat commentatorem Tzetzae. Chiliades et alia carmina Tzetzae in *Iac. Lectii* corpore poetarum graecorum, tomo III. p. 275. sqq. v. supra, vol. VIII. p. 635. fin. — Superest id opus in pluribus codd. e gr. *Florentiae* in cod. Laurent. XIV. nr. 1. plut. 69. in tres tabulas diuisum; de quo cod. et Tzetzae opere v. *Bandin*. l. c. II. p. 636. seq. — in cod. *Escorial*. teste *Pliero* in itinerar. per Hispan. p. 178. — *Paris*. in bibl. publ. codd. MCXCI. nr. 17. capp. 29. — MMDCXLIV. nr. 3. et 5. partes II. cum scholiis marginal. — alios v. ad nr. 9. et 10. modo citatos. — *Oxon*. in cod. Barocc. CXXV. et v. paullo ante ad nr. 8. — *Vindobon*. in cod. caes. XXVII. nr. 2. fragmenta. v. *Lambec*. VII. p. 139. Koll. — variae historiae, ibid. in cod. CXII. apud *Nesselium* in cat. bibl. Vindob. part. V. p. 158. — In cod. *August. Vindel*. CXX. in *Montfauc*. Bibl. biblioth. MSS. p. 194. *E*. — In cod. bibl. *Guil. Pellicerii* Io. Tzetzae historiae et varia opp. teste *Montfauc*. in bibl. l. c. p. 1199. *E*. *Harl*.

Oporini officina edidit, Nicolaus Gerbilius diuisit. Varia doctrina refertum et versibus scriptum politicis mmm) Tzetza ipso auctore inscribitur βίβλος ἱστορική, ἡ βίβλος ἄλφα Τζετζικῶν ποιημάτων. Totum autem versatur in eo, vt velut commentarii instar sit in epistolas a Tzetza scriptas, atque vberius enarret, quaecumque in epistolis ipsius memorantur res, ad veterem historiam vel fabulas vel etiam philosophiam pertinentes. Dicitur pag. 259. totum esse versuum 12759. ὧν στίχων πολιτικῶν τὸ ποσὸν μυριὰς μία καὶ δισχίλιοι ἑπτακόσιοι πεντήκοντα ἐννέα· sed tantum exstant versus 12675. itaque exciderunt 84. Historiae debent esse, vt p. 82. monetur, sexcentae et sexaginta. Sed exstant tantum sexcentae, et sexaginta illae perierunt iam ipsius fortassis Tzetzae aetate surreptae, de quibus Chiliad. V. vers. 200.

> Ἃς δέ τινες σύλησαν ἀνακτορείων ἀπὸ δόμων
> Τῶν δὲ τόποι κενεοὶ, ταύτας, γράφε δ', εἴ ποτ' ἐφεύρῃς.

> *Quas autem quidam surripuerant regiis ab aedibus,*
> *Harum loci vacui, eas scribe sicubi inueneris.*

Historiae digestae per πίνακας siue tabulas tres, ita vt primus πίναξ historiis CXLI. constans desinat in Chiliad. IV. versu 466. In illis enarrantur, quorum fecit Tzetza mentionem in prima epistola ad Ioannem Lachanam, (quae tota IV. 467-780. subiungitur,) vsque ad vers. 715. Ceteras enim historias a militibus surreptas esse notatur p. 110. ante VI. 600. αἱ δὲ λοιπαὶ μετ' αὐτὴν (de Niobe historiam) ἠφανίσθησαν τοῖς στρατιώταις. Secundus πίναξ, quem τὸν πάνυ σμικρότατον adpellat XIII. 149. absoluitur historiis XXIII. a Chiliad. IV. 781. ad V. 192. Tertius πίναξ historias habet CCCCXCVI. et ad finem vsque operis porrigitur. Emendandus vero error interpretis VII. 184. vbi male tabula quadragesima octaua memoratur. En tibi Tzetzae verba:

> Περὶ τοῦ Κυρηναίου μὲν εἰρήκειμεν σιλφίου
> Ἑκατοστῇ δεκάτῃ μὲν ταῖς πρώτην ἱστορίαις,
> Τῷ νῦν πάλιν τῷ πίνακι τεσσαρακοστογδόῳ.

De

mmm) Versus politici velut vulgaris per πόλιν, ciuitatem, vsus, (vt πολιτικὴ pro *scorto*,) Eustathio δημοτικοί, Tzetzae καταημαξευμένοι, Graecis dicuntur versus non versus, siue versus prosae simillimi, nec quantitatem syllabarum obseruantes, sed tantum numerum et accentus, quindecim enim syllabis constant, in quarum nona nouum incipit vocabulum, decima quarta autem accentu gaudet. Vide *Cangii* glossarium vtrumque, *Henninium* de lingua graeca non pronuncianda secundum accentus p. 43. seq. *Vignolium Marvillium* tom. II. Misc. pag. 334. *Allatium* de Simeonum scriptis p. 166. *Martini Crusii* grammaticam graecam p. 378. et Turco-Graeciam p. 193. Qui vero laudatur ex bibliotheca Monchaliana Ioannis Tzetzae liber de versibus politicis, nescio, an sit liber scriptus versibus politicis.

De Cyrenaeo silphio diximus
Centesima decima priorum historiarum (primi πίνακος)
Praesentis autem (tertii πίνακος) *historia duodequinquagesima.*

Sic passim solet πίνακας huius operis et ἱστορίας earumque numerum ipse laudare Tzetzes, vt XI, 97.

Ἔχεις τὴν ἱστορίαν δὲ πίνακι τῷ παρόντι
Ἑκατοστὴν ἐννάτην τε σὺν ἐννενηκοντάδι.

Etiam πρώτας et δευτέρας ἱστορίας, vt X. 479. 554. 676. etc.

12. Chiliadibus subiicitur Carmen Iambicum *de filiorum educatione*, cum praemisso illius argumento. Incipit: σύμπας πατὴρ ἄκυε τῶν Τζέτζε λόγων. Aliaque breuia carmina minora iambica duo et vnum versibus heroicis. Horum primo indignatur in locum poeseos metris adstrictae, politicorum versuum vsum inualuisse. Incipit: μέσης μέτρα φέρουσα τῆς ἀγυρτίδος. Alterum iambicum incipit: ὦ τὰς βεβήλους καὶ πεφυρμένας φύσεις. Heroici initium: Τζέτζε ἐπιτορίας ἀδαήμονος ἥδε γε βίβλος. *Fabr.* Illorum mentio iam in antecedentibus a me facta est ad nr. 10. Addantur: *Io. Tzetzae de particulis encliticis Florent.* in cod. Laurent. VII. nr. 29. plut. 55. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. II. p. 263. — *In virginem Christi martyrem Luciam breuissimus commentar. Io. Tzetzae*, cum scholiis margin. — eiusd. *versiculi in S. Luciam;* et eiusd. *martyrium S. Luciae*, in cod. *Laurent.* X. nr. 2. 3. 4. plut. 5. v. *Bandin.* l. c. tom. I. p. 23.

In expeditos Ptolemaei canones: opus nondum editum, *Paris.* in bibl. publ. cod. MMCLXII. nr. 2.

De verbis subiunctiuum habentibus vel non habentibus: ibid. in cod. MMDCXIV. nr. 10.

De Belisario, versus politici, ibid. in cod. MMMXXV. nr. 5. adde supra ad sect. 3. nr. 5. notit. Tychsen. *Harl.*

[P] *IV. Index Scriptorum in Chiliadibus Tzetzae laudatorum.*

Numeri maiores Chiliadem, minores versum denotant.

Callima-

'Εγγλωτ-

Hesiodus

Persa-

Python

Themi-

nn) *Leo Stypiotes* patriarcha CPol. ab ad a. 1134. a. 1143.

[?] VI. CONSTANTINVS HARMENOPVLVS ad medium duodecimum saeculum refertur a multis, et nominatim a *Caueo* oo) et a *Petro Baelio* (Reponse aux questions d'un Prouincial tom. I. chap. 53. p. 482.) quare hoc etiam capite illi locum dare volui. Verius tamen est, medio saeculo decimo quarto demum illum floruisse, vt ex iam dicendis patebit. Natus est circa a. 1320. CPoli pp) patre Curopalata, matre Muzalona Io. Cantacuzeni imp. consobrina. Ad XVI. annum aetatis liberalibus graecorum disciplinis a *Philastrio* monacho studita institutus, post auditum *Leonem* monachum qq) ad annum vsque vicesimum latinis litteris nauauit operam sub *Aspasio* monacho Calabro, quem ad id pater Constantini magna mercede ex Italia conduxerat. Hinc ad iurisprudentiam se contulit doctore *Simone Attaliata*, pronepote Michaëlis illius, cui Iuris Compendium Graeci debent. Eo magistro velocissimi ingenii iuuenis ad eam sapientiae famam peruenit, vt duodetricesimo aetatis anno *Antecessoris* nomen meruerit, quod non nisi senibus principes graeci et legum stipendia emeritis plurima concedebant. Tricesimo aetatis anno *Iudex Dromi*, quod ciuilium dicastarum supremum tribunal fuit, renunciatus, et inter consiliarios adscitus principis rr), quos inter primum locum obtinuit minimus omnium aetate, tanta cum integritatis et sapientiae gloria id muneris exsecutus est, vt, Cantacuzeno e solio, quod occupauerat, deturbato ss), nullam fortunae aut dignitatis mutationem sit passus, quin imo, patre defuncto, auctus honoribus, *Sebastus et Curopalata* ad Caesarem tt) propius accedere iussus sit. Opibus, dignitatibus, opulentoque Bryenniae coniugis matrimonio felix ad legum interpretationem se contulit, tanta vbique et grauitate et eruditione, quantam nobis vbique ingerunt eius in *Digestum* uu) *ac codicem* luculentissimi *commentarii*, *explanationes Nouellarum*, *Prochiron iuris vtriusque*, aliaque, quae [?] passim latinis ICtis ad auctoritatem praesentissimam euocantur, quaeque tanti graecis habita sunt, quanti olim priscis latinis effata Scaeuolae, Pauli, Caii, Vlpiani, aliorumque huiusmodi, quorum in iure summa auctoritas. *Sapientissimum* adpellatum a Michaele Balsamone vv), *peritissimum legum* a Nicolao Cabasila

oo) In histor. litter. S. S. eccl. tom. II. p. 226. ad a. 1150. ed. Basil. Sed Caueum iam refutauit *Tenzel.* in monatlichen Vnterredungen etc. m. cit. 1690. 8. p. 967. *Harl.*

pp) Adcuratam hanc de Harmenopulo notitiam debeo *Nicolao Comneno Papadopoli* p. 143. praenotionum mystagog. editarum Neapoli 1695. fol. Comnenus testatur, se vsum Georgii Coressii et Maximi Planudae Paralipomenis ad bibliothecam Photii.

qq) Hunc, quum non diu post archiepiscopum Mytilenaeum fuisse constet, Nic. Comnenus, eumdem putat, fuisse cum Leone Magentino, cuius commentarii in scripta Aristotelis exstant.

rr) Ioannis Cantacuzeni imp.

ss) A. C. 1355.

tt) Ioannem Palaeologum.

uu) De his Harmenopuli scriptis partim adhuc ineditis plura dixisse se Comnenus testatur in opere, quod inscripsit *Graeciae Sapientis testimonium.* Illud non vidi.

vv) In Anaphora III. c. 5.

fila [ww]), *Os iurisprudentiae* antonomastice, et *Iurisconsultum* κατ' ἐξοχὴν a Nilo Rhodio [xx]) et ab ipso Philotheo [yy]) patriarcha CPol. *Thesaurum Nomicum*, disces ex pluribus virorum huiuscemodi monumentis. Circa quadragesimum aetatis annum Canones adtigit, quum *praefectus Thessalonicae* summo cum *Nomophylacis* imperio per otium amauit sacra tractare, ea diligentia et fide, vt inter Canonistas graecos principem locum, iudice Nicolao Comneno, obtineret, et Nilo Rhodio vocetur νομοδιδάσκαλος καὶ κανόνων ἑρμηνευτὴς ἀνεπίληπτος, suffragante Georgio Coressio additionibus ad bibliothecam Photii et Christophoro Campana Chio Canonarcha de vi canonum, scholio vltimo. Diem obiit supremum CPoli a. 1380. vel 1383. *Fabr.* *Vindobonae* in cod. caesar. XI. nr. 8. est *Philothei* testimonium de aetate Constantini Harmenopuli. v. *Lambec.* VI. part. I. p. 87. sqq. ibique Kollarii not. p. 89. sq. Id testimonium Lambec. exhibet integrum, (quod Fabric. postea in sect. 2. repetiit,) ex eoque docet, Constant. Harmen. qui in eo vocatur *nomophylax sacri imperatorii secreti et iudex vrbis Thessalon.* composuisse Promtuar. iuris ciuil. et epitomen iuris canon. sub imperio imperatricis *Annae Palaeologinae*, huiusque filii, *Ioannis Palaeologi* an. a creato mundo 6853. h. e. an. Chr. 1345. et retractat, aliorum olim sequutus rationes, sententiam antea libro V. comment. in indic. I. pag. 688. sq. et 771. (sed v. Kollar. ibid. p. 333.) prolatam, reiicitque opiniones *Theod. Ad. Suallemberg.* (v. postea ad sect. 1.) *Marquardi Freheri* in Chronologia, praefixa iuri graeco-romano, ac *Iosephi Mariae Suaresii* in notitia Basilicorum *), qui aetatem Constantini Harmen. adligarunt a. C. 1143. (quos etiam sequutus est *Burc. Gotthelf. Struu.* in historia iuris, Ienae 1718. 4. p. 341. ac 605.) atque *Iac. Gothofredi* in Manuali iuris, (pag. 79. ed. XI. Geneu. 1710. 12.) ac *Philippi Labbei* in biblioth. chronolog. SS. eccles. qui illius aetatem retulerunt ad a. Chr. 1150. *Christfr.* quoque *Waechtlerus* in opusc. pag. 591. vulgarem sententiam amplexus, Harmenopulum iam saec. XII. vixisse contendit, sed ideo notatus a *Trotzio* in praefat. ad Waechtleri Opusc. pag. 75. aliique. vid. ad fin. sequentis paragraphi 2. — Contra de aetate eius cum Fabricio consentiunt *Oudin.* in comment. de SS. eccles. tom. III. p. 924. ad a. 1340. *Hamberger* in zuverläss. Nachricht. tom. IV. pag. 613. sq. *Saxius* in Onom. lit. part. II. pag. 365. sq. ad a. 1345. qui praeterea plures VV. DD. praecipue scriptores histor. iuris de eo laudat; *Sammet* in opusculis Lips. 1763. 4. pag. 30. — *Io. Aug. Bachius* in hist. iurisprud. rom. et *Aug. Corn. Stockmann.* in not. ad illam, pag. 655. sq. ed. quintae; *Pohl.* ad Suares. l. c. p. 16. qui pag. 17. sqq. editiones recenset, et *Car. Frid. Zepernick* ad Caspar. Achat. Beck. de Nouellis Leonis Augusti etc. Halae 1779. 8. p. 22. sqq. Add. meam Introduct. etc. II. part. I. p. 539. sq. et Supplementa ad illam, II. p. 61. sq. *Harl.*

Constantini Harmenopuli scripta edita.

1. Ἑξάβιβλος, siue Πρόχειρον νόμων, *Promtuarium iuris ciuilis* in sex libros, titulos LXXXII. diuisum, quod vna cum *ecloga legum georgicarum ex iure Iustinianeo*, graece cura

ww) In quaest. de matrimonio, apud Christoph. Campanam Canonarcham.

xx) In sylloge Canonum ad Canones concilii CPol. sub Cantacuzeno.

yy) Orat. 2. de Pace Christi.

*) (V. pag. 16. ed. Pohl. qui in not. plura et certiora de Const. Harmen. scripsit.)

cura *Theodorici Adamaei Suallenbergii* lucem vidit Parisiis apud Christianum Wechelum 1540. 4. Latine vertit D. *Bernhardus a Rey* Colon. 1547. 8. apud Martinum Gymnicum, et ex secunda recognitione ibid. apud Gualtherum Fabricium 1556. 8. Et cum enchiridio vsuum feudalium per interpretem addito, 1566. 8. Adcuratius deinde et elegantius, additis etiam scholiis, *Ioannes Mercerus*, cum praefatione ad *Michaelem Hospitalium* Lugd. 1656. 4. et Lausannae, apud Franciscum le Preux, illustr. D. Bernensium typographum 1580. 8. Hinc graece et latine cum Merceri versione et scholiis, et paratitlis *Dionysii Gothofredi* et Variarum Lectionum libello ex codice MS. Iacobi Lectii: et nomenclatore graecarum dictionum iuris ad Harmenopulum, Geneu. 1587. 4. [*Constantini* selectae praeceptiones de agricultura, latine, per *Ian. Cornarium*, Basil. 1538. 8. (in cat. bibl. Leidens. pag. 142.) Posthaec edituri erant Harmenopuli Promtuarium *Henr. Ernstius*, *Abr. Hauerkampius*, qui edidit Specimen iuridicum ad Constantini Harmenopuli Promtuarii lib. II. tit. IV. §. 34. Lugd. Batau. 1738. postea a *Gerh. Oelrichs* Thes. diss. iurid. vol. I. tom. III. p. 43. insertum; et *Dau. Ruhnken*. Sed horum conatus fuerunt irriti. Quo facto *Ger. Meermann*. persuasit *Gul. Otton. Reitzio*, vt curam nouae editionis susciperet, eique, operam suam ad hunc laborem profligandum pollicito, suppeditauit, quotquot ipse collegerat in graecum interpretem, subsidia tum codd. msstor. tum collationum, tum animaduersionum, ab eruditis viris profectarum. Reitzius igitur duobus codd. MSS. aliisque subsidiis vsus textum graec. restituit atque emendauit, nouam eamque elegantiorem versionem confecit et nomenclatorem graecum Gothofredi editioni adiectum auxit. Quia vero Reitzius quum vix ad finem opus perduxisset, et praefationi vltimam admouisset manum, animam efflauit: eius filius, Carolus Conradus, a Meermanno rogatus, secundum schedas paternas opus absoluit, quod post mortem Ger. Meermanni tandem huius filius Io. L. B. de Meermann edidit *Supplemento noui thesauri ciuilis et canonici*, Hagae Comitum, 1780. fol. init. cum inscriptione: *Constantini Harmenopuli Manuale legum, item leges agrariae, ex variis codd. MSS. emendauit atque auxit; noua versione latina adornauit; notasque et obseruatt. complurium eruditorum, tam editas* (n. Bern. a Rey, Io. Mercerii et Dion. Gothofredi,) *quam ineditas, vt et suas, adiecit, nec non I. G. Sammet diatribam* de *Hypobolo subiunxit Gul. Otto Reitzius*. Textui gr. a pag. 1. subiecit lectionum varietatem, scholia vetera atque eruditorum animaduersiones; in praefatione autem vberius recenset subsidia, quibus ad emendandum aeque ac illustrandum Manuale vsus est. Ea autem fuerunt duo codd. Meermanniani, ineditus commentar. Eman. Soarez a Ribeira; obss. et collationes ad codd. anecdotae A. Penae, Ant. Contii, Gerh. Falkenburgii, Iac. Cuiacii, Ios. Scaligeri, Claud. Salmasii, Abr. Hauerkampii et Io. Dan. Ritteris, quorum vltimus lectiones varr. et loca Ictorum exscripsit ex Harmenopulo Cuiacii, quem seruat bibliotheca Senatus Lipsiensis, iisque suas addidit obseruatt. Pag. VI. praefat. ex cod. Meermann. integro vetus Πρόχειρον νόμων in XL. tributum titulos continente, locum, ad initium Προθεωρίας Harmenop. §. 18. pertinentem, cum tabula titulorum, gr. et lat. cum Vauassoris, illud edituri, suisque notis inseruit, et pag. IX. animaduertit, hoc Πρόχειρον non aliud esse, ac cuius titulos *I. H. Maius* in bibl. Vffenbachiana P. I. p. 522. exhibuit, in quibusdam tamen differre. Tum pag. XIII. sqq. repetuntur superiorum editionum dedicationes ac praefationes. *Sammeti* diatriben excipiunt p. 386. sqq. *leges agrariae*, ex quatuor codd. Meermannianis emendatae, gr. et lat. cum notis Reitzii et aliorum. Ex indice nominum propriorum de *Magistri*

Ῥωμαι-

Ῥωμαϊκοῖς, citatis ab Harmenopulo in Prolegom. p. 6. adhuc obseruo, Gothofredo in nota aliisque videri, illum fuisse eumdem cum *Cosma*, officiorum magistro sub Romano seniore, et a Ῥωμαϊκῶν scriptore diuersum. sed iam dissensit Salmasius et ita iam Suallemberg. in epist. dedicat. p. XIV. sq. ed. Reitz iudicauit, et Reitzio verosimile est, huius *Magistri* nomen non honoris titulum sed κύριον ὄνομα familiae fuisse: etc. — Fabricius noster infra in vol. XII. p. 429. sqq. recudi fecerat partem praefationis Harmenopuli, qua rationes, ob quas post Basilii Constantini et Leonis manuale legum aliud ipse nouum composuerit, exponit. Illa quidem pars h. l. rectius resumenda fuerat; at, quoniam in Reitzii edit. p. 6. sqq. et emendatior et notis multis instructa legitur, eam et h. l. et infra in vol. XII. excludendam esse duxi. *Harl.*] — Germanice Harmenopuli *Hand-Buch und Auszug Käyserlicher und Bürgerlichet Rechte*, *D. Iusto Goblero* interprete Francof. 1566. 1576. fol. MStum hoc opus in variis bibliothecis, vt caesarea [P] *Lambec.* VI. pag. 45. zz) Coisliniana pag. 218. etc. Priuata quidem auctoritate sed singulari studio concinnatum fuit ab Harmenopulo hoc Promtuarium, compendiumque iuridicum, supplens et emendans defectus veteris προχείρου, quod in XL. tributum titulos auspiciis Basilii Macedonis, Constantini Porphyrogennetae et Leonis sapientis pridem compositum ipse commemorat: a) explanationibus etiam succinctis, quibus

zz) Siue p. 85. sqq. ed. Kollarii, in cod. XI. nr. 2. et nr. 3. exstat eiusd. Harmenopuli *Ecloga legum georgicar.* ex iure Iustinianeo: Ibid. p. 31. nr. 8. cod. II. et p. 40. nr. 15. cod. III. ac p. 71. nr. 5. cod. VII. p. 84. nr. 5. cod. XI. pag. 99. nr. 2. cod. XII. vol. VIII. pag. 962. nr. 7. cod. XLVIII. sunt eaedem *leges georgicae*. Ibid. pag. 45. vol. VI. nr. 22. cod. III. ex titulo quarto libri secundi Promtuarii §. 31. de ἀμμυνδαρίοις s. *oleariis*, vbi Lambec. et Kollar. de significatione voc. graec. barbari Ἀμμυνδάριοι plura adferunt. add. Reitzii ind. graec. ad Promtuar. h. voc. et not. ad II. 4. §. 20. p. 122. — ibid. pag. 56. nr. 7. cod. VI. (vbi consules Kollar. notam,) excerpta quaedam miscell. *de officiis magistratuum ac iudicum;* ibid. p. 76. nr. 1. cod. X. p. 83. nr. 2. cod. XI. ac p. 99. nr. 2. cod. XII. ac vol. VIII. pag. 1007. nr. 12. cod. LIII. *Promtuarium* — Locus quidam de formula loquendi ἐπὶ σεκρέτῳ apud Harmenopulum a Lambecio, rectius *vero praefectus tribunali dicasterioque* a Kollario in vol. IV. pag. 79. sqq. explicatur. — In vol. II. p. 922. nr. 4. cod. CDXLIX. *Georgii Critonii* seu *Crittonei*, olim professoris Parisiens. praefat. in *Harmenopuli titulum de iudiciis.* — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CLXXXII. et CLXXXIII. est *Promtuarium*, adiecta *donatione Constantini M.* item *ecloga legum georgicarum* et alia Harmenopuli opera. — (Ead. opusc. in cod. *Baroce.* CXLIX.) — in cod. DXXV. et DLXXX. *Promtuarium.* v. cat. codd. gr. Marc. pag. 105. 284. et 305. — *Matriti*, in cod. reg. LXXXV. cum legib. georgic. et aliis Harmenop. libris. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. pag. 347. sqq. — In cod. *Io. Mori* CCLXXXI. siue nr. 9467. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. Epitomes iuris ciuilis liber primus, latine. — *Paris.* in bibl. publ. codd. duodecim est adseruatum Harmenop. Promtuarium. v. indic. ad vol. II. cat. MSS. regg. Paris. — Secundum *Montfaucon.* in Bibl. bibliothecar. MSS. exstant pag. 12. *D.* in bibl. Vatic. Harmen. Hexabiblos, bis, et officia palatii. — pag. 644. *E.* in bibl. *Bodleiana*, Manuale legum. — *Florentiae* in bibl. Laurent. codd. XIX. nr. 1. plut. 81. et LXXXV. nr. 2. promtuarium ac nr. 7. leges georgicae: quos codd. copiosius recenset *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. III. pag. 250. et 417. — *Mosquae* in bibl. typographei synod. in 4. *Promtuarium* in codd. XLI. XLIV. et XLV. cum adpendice quatuor legum, et legg. georgicis v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. in 8. p. 322. 323. et 324. — Ibid. p. 84. nr. 7. in cod. CLI. sunt quaedam capp. excerpta ex scriptis Harmenopuli. *Harl.*

a) Conf. *Pohl.* ad Suaresii notitiam Basilic. p. 7. sqq. p. 14. sqq. praecipue p. 15. not. *d.* vbi Harmenopuli verba §. 20. Προθεωρίας explicantur. et pag. 39. sqq. Id editum esse a Reitzio in Meermanni supplem. iam memorauimus. *Harl.*

bus leges adductas Principum et ICtorum veterum responsa illustrat, illud locupletauit, quas Mercerus atque inde Godofredus et minori typorum charactere et praeposito σχολίυ vel ἐπεξηγήσεως titulo solent distinguere.

2. Ἐπιτομὴ τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων. *Epitome diuinorum et sacrorum canonum*, (tributa in sectiones sex, 1) de episcopis, 2) de presbyteris, diaconis, subdiaconis atque ephorcistis, 3) de clericis, 4) de monachis et monasteriis, 5) de laicis, 6) de mulieribus.) Πρόχειρον iuris canonici vocat *Nic. Comnenus* p. 219. praenot. mystagogicar. Cum scholiis *Citrensis* τῦ Κίτρυς, qui p. 11. nominatur, et *Philothei*, (qui patriarcha CPol. fuit a. 1354. et ab a. 1362. ad 1376.) graece et latine prodiit in *Marquardi Freheri* iure graeco romano lib. I. p. 1-71. ex graeco Io. Sambuci codice, adiuncta latina *Io. Leunclauii* versione. Francof. 1596. fol. Haec Epitome in aliquot codicibus caesareis exstat manu exarata, teste *Lambecio* V. p. 160. et VI. pag. 35. ac 37. [b]) quos cum editis conferri, postremum praecipue, operae pretium fuerit. Ex eodem, [p. 87. sqq. Koll.] et nota *Philothei* adiecta non licet de aetate Harmenopuli dubitare, quam ideo hic etiam adscribere haud grauabor. Τὸ παρὸν ὅλον τῦτο βιβλίον τῶν τε θείων καὶ φιλευσεβῶν νόμων καὶ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων συνετέθη πολλῷ πόνῳ, καὶ ὅτως ὠργανώθη παρὰ τῦ πανσεβάςυ νομοφύλακος τῦ εὐαγῦς βασιλικῦ σεκρέτυ καὶ κριτῦ τῆς θεοσώςυ πόλεως Θεσσαλονίκης κυρῦ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ τῦ ἉΡΜΕΝΟΠΟΥΛΟΥ ἐπὶ τῆς βασιλείας τῆς εὐσεβεςάτυ καὶ φιλοχρίςυ Δεσποίνης ἡμῶν καὶ Αὐτοκρατορίσσης κυρᾶς ἌΝΝΗΣ τῆς Παλαιολογίνης, καὶ τῦ ἐρασμιωτάτυ ταύτης υἱῦ, τῦ εὐσεβεςάτυ καὶ φιλοχρίςυ Βασιλέως ἡμῶν καὶ Αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυρῦ ἸΩΑΝΝΟΥ τῦ Παλαιολόγυ, ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμυ ςωνγ΄, ἰνδικτιῶνος ιγ΄. Hoc est: *Praesens hic totus liber diuinarum ac piarum legum et sacrorum atque diuinorum canonum multo labore compositus et ita instructus est ab admodum venerabili nomophylace sacri imperatorii secreti et Iudice a deo seruatae vrbis Thessalonicae, domino CONSTANTINO HARMENOPVLO, sub imperio piissimae et Christum amantis dominae atque imperatricis, dominae ANNAE Palaeologinae et dilectissimi* [?] *filii ipsius, piissimi et Christum amantis regis nostri atque imperatoris romanorum, domini IOANNIS Palaeologi, anno a creatione mundi 6853. Indictione decima tertia, siue anno Christi* 1345. Huic suffragatur, quod idem Philotheus in ἀνατροπῇ τῶν γεγραμμένων παρὰ τῷ Ἀρμενοπύλῳ ἀναθεματισμῶν, quam in codice regio MMXXIII. lectam sibi laudat etiam Cangius glossario in Κριτής, Harmenopulum velut adhuc spirantem adloquitur his verbis: ὁ περὶ ταῦτα σοφὸς, σεβαςὲ νομοφύλαξ καὶ καθολικὲ κριτά

b) Siue p. 337. vol. V. nr. 8. cod. CCLIII. ed. Kollar. — in vol. VI. part. 1. p. 79. nr. 4. cod. IX. pag. 85. nr. 5. cod. XI. a *Philotheo*, vt Lambec. arbitratur, suppleta et scholiis margin. illustrata; sed conf. Kollarii notam. it. in vol. VIII. p. 995. nr. 24. cod. LI. ibid. pag. 1010. nr. 20. cod. LIII. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XIX. nr. 2. plut. 81. et cod. LXXXV. nr. 4. plut. 89. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. tom. III. p. 232. et 418. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CLXXXII. et cod. DLXXX. v. cat. codd. gr. Marc p. 105. et 305. — *Taurini* in cod. CCLXXVIII. 1. v. cat. codd. gr. Taur. p. 380. — *Paris.* in octo codd. bibl. publ. v. indic. ad vol. II. cat. MSSt. regg. Paris. p. VIII. — *Mosquae* in cod. typograph. synod. XX. nr. 4. et cod. XLI. nr. 10. et cod. XLIV. nr. 9. v. *Matthaei* notit. citatam p. 313. 322. et 323. sq. — *Oxon.* in cod. Barocc. CXLIX. — *Matriti* in cod. reg. LXXXV. fol. 203. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 350. sq. *Harl.*

κριτὰ Ἁρμενόπουλε, πῶς οὐ κἀκεῖνο τοῖς γεγραμμένοις προσέθηκας; cum peritus sis huiusmodi rerum, venerabilis nomophylax et iudex generalis Harmenopule, cur non hoc quoque scriptis adiecisti? etc. Vnde iam in edito a. 1650. opere de Synedriis lib. I. cap. 10. pag. 213. sq. *Io. Seldenus* monuit, de Harmenopuli aetate aliter esse omnino decernendum, quam viris doctis fuerat hactenus receptum, qui retulerunt ad saeculum duodecimum, vt Marquardus Freherus in Chronologia iuri graeco-rom. praefixa, *Iosephus Maria Suaresius* in notitia Basilicorum, *Iac. Gothofredus* in manuali iuris, *Philippus Labbeus* et *Casimirus Oudinus*, et *Lud. Ellies du Pin* de scriptoribus ecclesiasticis, *Tho. Ittigius* praef. ad librum de haeresiarchis p. 18. *Io. Douiatius* praenot. canon. p. 428. aliique.

3. *Περὶ ὧν οἱ κατὰ καιροὺς αἱρετικοὶ ἔδοξαν. De opinionibus haereticorum, qui singulis temporibus exstiterunt.* Incipit: Οἱ *περὶ τὸν* Ἄρειον. Sine ordine temporis disserit breuiter 1) de Arianis, 2) Macedonianis, 3) Sabellianis, 4) Apollinari, 5) Eutyche et Dioscoro, 6) Paulo Samosateno, 7) Nestorianis, 8) Sergio, Pyrrhoque monothelitis, 9) Origenianis, 10) Petro Fullone, 11) Marcionitis ac Manichaeis, 12) Marcello, Photino et Sophronio, 13) Eunomianis, 14) Nouatianis, et 15) Sabbatianis, 16) Montani sectatoribus, 17) Donatistis, 18) Massalianis, qui etiam Enthusiastae et Valentiniani, (ita dicti, quod Valentini et Valentis impp. temporibus pullulauerint:) denique de Eleutherio Paphlagone atque 19) Bogomilis, *οὐ πρὸ πολλοῦ τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς, non diu ante nostram memoriam.* Prodiit ex *Io. Sambuci* codice graece cum latina *Io. Leunclauii* versione ad calcem legationis Man. Comneni ad Armenios Basil. 1578. 8. p. 557-576. et in iure graecorom. Freheri pag. 547. Francof. 1596. fol. et in auctario bibl. patrum Ducaeano Paris. 1624. tomo I. et in bibl. patrum, Morellianae edit. a. 1644. 1654. tomo XI. Latine saepius in ceteris bibliothecae patrum editionibus, et ad calcem Honorii de haeresibus, Helmst. 1676. 4. *Fabr.* Codd. huius libelli exstant *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XIX. nr. 3. plut. 81. et cod. LXXXV. nr. 6. plut. 89. vid. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. p. 233. et 418. — *Venetiis* in bibl. Marc. codd. CLXXXII. et CLXXXIII. cui adiecta est nota de aetate Harmenopuli, quae a Fabricio ad sect. 2. adfertur: v. cat. codd. gr. Marc. p. 105. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCLV. nr. 22. — in cod. MCCCLXI. nr. 6. et duobus sequent. — *Vindobon.* in cod. caes. CCLIII. nr. 2. — in cod. X. nr. 6. et in cod. LI. nr. 26. v. *Lambec.* vol. V. p. 334. VI. part. 1. p. 79. atque vol. VIII. p. 696. *Harl.*

4. *Περὶ πίστεως ὀρθοδόξου. De fide orthodoxa.* Incipit: *πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως χριστιανόν.* Libello de haeresibus subiicitur graece et latine [?] in prima editione p. 576-583. et in omnibus caeteris iam memoratis similiter recusum. In codicibus autem caesareis haec expositio fidei libello de haeresibus instar prooemii praemittitur, vt notat *Lambecius* VI. pag. 35. 39. c). Eamdem bis memoriter recitasse dicitur Harmenopulus morti vicinus eo ipso die,

c) Siue p. 79. nr. 5. cod. IX. et p. 86. sq. ed. Kollar. in cod. XI. nr. 6. it. pag. 99. nr. 3. cod. XII. nec non in vol. V. p. 333. nr. 1. cod. CCLIII. vbi v. Kollar. et in vol. VIII. p. 696. nr. 25. cod. LI. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. LXXXV. nr. 5. plut. 89. praemittitur quoque libello de haeresibus,

die, quo CPoli obiit sub Manuele Palaeologo, Kalendis Martii anno aetatis LXIII. Christi 1380. vel 1383. vt accuratius a Coressio supputari notat *Comnenus* pag. 144. In hac Ecthesi *Allatius* II. 2. de consensu §. 8. pag. 493. monet contra Harmenopuli mentem addita ab editoribus iuris graeco-romani pag. 552. verba: *καὶ τοῦ υἱοῦ, ac Filio*, vbi de Spiritus S. processione sermo est. Quod facile crediderim, licet futilem coniecturam Nic. Comnenus adpellet. Certe in prima Leunclauii editione a. 1578. pag. 578. tantum legitur: *Τὸ συναΐδιως ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπορευόμενον.*

5. *Donatio Constantini magni* Siluestro papae, vt aiunt, facta, quam ex graeca Harmenopuli versione dedi volum. VI. pag. 5. [d]) vulgauerat e graeco codice regio Parisiensi *Iul. Caesar. Bulengerus* lib. II. de imperio rom. c. 6. Exstat etiam in codicibus caesareis, de quibus *Lambecius* V. pag. 244. et VI. pag. 35. 38. nec non in Barocciano bibl. Bodleianae codice CII.

6. *Tomus contra Gregorium Palamam* graece et latine editus sine nomine auctoris ab *Allatio* in Graecia Orthodoxa tom. I. pag. 780-785. Rom. 1652. 4. Harmenopulo vindicatus a Nic. Comneno pag. 144. praenotionum mystagogicarum. Incipit: Ἡ *μὲν παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Scripta Harmenopuli inedita.

7. *Differtatio de ieiunii quadragesimalis, aliorumque nonnullorum solennium ieiuniorum origine ac ratione.* Incipit: *Ἰστέον, ὅτι τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην τεσσαρακοστὴν νηστεύομεν ὡς*

resibus, nr. 6. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. III. pag. 418. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCLV. cum libello de haereticis et aliis operibus Harmenopuli: in cod. MCCCLX. et tribus sequentibus, in quibus etiam praemittitur libello de haereticis. Praemittitur quoque in cod. *Barocc.* CXLIX. et cod. *Matrit.* reg. LXXXV. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 351. in quo cod. si recte intelligo verba Iriarti, leguntur verba καὶ τοῦ Θεοῦ. — *Mosquae* in cod. XLI. nr. II. teste *Matthaei* in not. codd. gr. Mosq. p. 522. *Harl.*

d) Siue vol. VI. p. 698. sqq. nou. ed. vbi in nota *f.* iam plures citaui codd. msst. — Conf. etiam *Fabric.* infra in vol. XI. p. 352. sq. vet. ed. Editionibus ibid. memoratis addantur: *Constantini donatio* e graeco in latinum conuersa a *Bartholomeo Pincerno de monte arduo*, fine l. et a. 4. v. *Panzer.* A. T. IX. pag. 170. nr. 87. atque: *Donationis, quae Constantini dicitur, priuilegium: Barthol. Pincerno de monte arduo* ad Iulium II. pont. max. interprete. *Laurentii Vallae.* — contra ipsum, vt falso creditum et ementitum priuilegium declamatio; cum *Vlrichi Hutteni*, equitis Germani, ad Leonem X. Pont. Max. praefat. *Nicolaus de Cusa* Tit. sancti Petri ad vincula, de donatione Constantini: *Antonius* archiep. Florentin. de eadem re. *Hieron. Paulus Catthalanus*, I. V. D. ac cubicularius Alexandri VI. Pont. Max. de eadem donatione: sine a. l. et typogr. nota, in 8. Hutteni praefat. subscripta est: *ex arce Steckelberg. Cal. Decembr.* 1517. — codd. autem laudatis adde *Mosquens.* XLI. teste *Matthaei* in notit. codd. gr. Mosq. pag. 322. et cod. *Meermann.* ex quo lect. a Fabriciano textu in vol. VI. cit. diuersas excerpsit et posuit *Reitzius* in Supplem. ad Meerman. nouum thes. iuris ciuil. et can. p. 374. *Harl.*

μεν ὡς τῦ χρόνυ ὅλυ ἀποδεκάτωσιν. MS. in bibl. caesarea. *Lambec.* VI. pag. 37. sq. *Fabr.* Siue p. 84. Kollar. nr. 4. cod. XI. *Harl.*

8. Τὰ ὀφφίκια τῦ παλατίυ. Τὰ ὀφφίκια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. *Catalogus officiorum aulae imperatoriae et magnae ecclesiae CPolitanae S. Sophiae.* id. p. 36. et 40. *Fabr.* In cod. Vindob. VII. nr. 10. *officia magnae eccles. CPolit. S. Sophiae* sine nomine auctoris. v. *Lambec.* VI. part. 1. pag. 72. sq. qui, hunc catalogum, censet, diligenter conferendum esse cum aliis eiusdem generis catalogis in *Georg. Codini* libro de officiis magnae ecclesiae et aulae CPolitanae, gr. et lat. edito, cum obseruatt. et notis *Iac. Gretseri* et *Iac Goar.* Paris. 1647. fol. et Kollarius adnotat, hoc opusculum *Constantino Harmenopulo* tribui inferius in cod. X. nr. 9. In hoc scilicet occurrit nr. 7. *Const. Harmenop.* catal. officiorum aulae CPol. nr. 9. autem eiusd. catal. officiorum magnae ecclesiae CPol. v. *Lambec.* VI. part. 1. pag. 80. atque 81. Kollar. autem in nota et monet illos catalogos in bibl. caesar. pluribus occurrere exemplis, et iudicat, eos mereri, qui non modo cum aliis conferantur, sed etiam separatim efferantur in lucem. — Iidem duo catalogi in cod. LI. nr. 28. v. *Lambec.* VIII. pag. 996. — ibid. p. 961. nr. 4. cod. XLVIII. cat. officior. magnae eccl. CPol. sed nomine Harmenopuli omisso. — Bini catal. in cod. *Barocc.* CXLIX. et *Paris.* in bibl. publ. codd. MCCCLX. ac tribus sequentibus, et MCCCLXXXVI. — *Venet.* in bibl. Marc. codd. CLXXXII. et CLXXXIII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 105. *Harl.*

9. *Narratiuncula de tribus tomis synodicis* sub imp. Constantino Porphyrogenneto, sub imp. Manuele Comneno et Mich. Palaeologo compositis, in quibus anathemate percutiuntur, quicunque contra imperatores seditionem excitant, et per vim aut insidias imperium [[P]] inuadere nituntur vel eorum adiutores et conscii. Incipit: ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνςαντίνυ τῦ Πορφ. id. p. 35. *Fabr.* *Venet.* in bibl. Marc. CLXXXIII. v. cat. cit. p. 105. — *Vindobon.* in cod. IX. nr. 3. et cod. LIII. nr. 13. v. *Lambec.* VI. pag. 78. sq. et VIII. pag. 1008. vbi inscribitur. *Harmenop. epitome decretorum impp. Constantini Porphyrog. etc. contra deficientes, et, adfectata tyrannide, insidias vel mortem imperatoribus molientes:* atque citatur Ius graeco-romanum tom. I. p. 118. In eod. cod. nr. 14. subiicitur *Philothei, patriarchae CPol. commonitio de anathematismis ad Constant. Harmenop. qua probat, decreta illa de tyrannis et insidias imperatori struentibus, excommunicandis esse abolita.* v. not. Kollar. qui addit, exstare gr. et lat. in *Freheri* Iure graeco-romano, libr. IV. p. 288. sqq. Eadem *Philothei* refutatio anathematum supra scriptorum exstat in cod. Meermann. cuius praecipuas ab ed. Leunclau. ap. Freher. l. c. diuersas lectt. enotauit *Reitzius* in Supplem. ad Meermann. nouo thesauro etc. pag. 374. — *Harmen. narratiuncula Venetiis* in bibl. Marc. cod. CLXXXIII. v. cat. cit. p. 105. — *Taurini* in cod. CCLXXVIII. ex quo confector cat. codd. gr. Taur. pag. 381. illam gr. et lat. euulgauit; sed eamdem emendatiorem ex cod. *Matrit.* LXXXV. *Iriarte* in cat. codd. gr. Matrit. pag. 350. et *Reitzius* in Supplem. ad Meermann. l. cit. p. 374. gr. ac lat. ex cod. Meermann. ediderunt, et Reitzius adnotauit, primam partem, quantum ad Const. Porphyr. iam a *Leunclau.* tom. I. p. 118. esse promulgatam, at lectiones interdum differre. *Harl.*

10. *Lexicon*, τῦ σεβαςῦ καὶ κριτῦ Θεσσαλονίκης τῦ Ἁρμενοπύλυ λεξικὸν κατὰ ςοιχεῖον περιέχον τὰ κοινῶς γραφόμενα ῥήματα. Cuius pars MS. in bibl. caesarea *). Nescio, idemne, an aliud, quod septem folia in quarto implens exstat integrum in alio codice, atque inscribitur: λεξικὸν κατὰ ςοιχεῖον περιέχον τὰ πολυώνυμα τῶν ῥημάτων. Incipit: ἀγαπῶ, φιλῶ. Vide *Nesselium* I. p. 398. et IV. p. 120. Quod vero ab *Dupino* tom. IX. bibliothecae scriptor. ecclef. p. 200. memoratur Harmenopuli Dictionarium, *Dictionaire du Droit Civil*, haud diuersum est ab eius Promtuario siue Prochiro iuris, de quo supra dictum. Vide *Basnii* respons. ad quaestiones hominis e Prouincia cap. 53. tom. I. p. 482. seq.

11. A Nicolao Comneno in praenotionibus mystagogicis praeterea subinde citantur Harmenopuli *scholia in pandectas*, vt p. 235. 238. 239. 268. 282. 400. *in codicem* p. 320. 321. *in Nouellas* p. 322. 388. *in Nouellam Leonis* ibid. et 197. *Libellus de testibus* p. 403. *Libellus de testimonio quomodo fiat*, quem in suam synopsin iuris retulit Thomas Diplouatacius id. 384. *Epistola* 21. *ad Sclerum* p. 226. 362. Idem Comnenus obseruat, Harmenopulum libenter insistere vestigiis ICti inter Graecos celebris Tipuciti, p. 884. et canonum interpretis Theodori Prodromi, p. 364. Multus etiam in eo *Comnenus* est p. 144. et 251. vt Harmenopulum Balsamoni praeferat, et a schismate Photiano alienum fuisse probet, insultetque Maximo Margunio, Balsamonem prae illo extollenti. Eumdem Margunium, Harmenopuli *orationes* citantem, refellit pag. 272. negatque, orationes vllas aut dixisse viuum, aut fato functum reliquisse. *Ipse enim*, inquit, *initio commentariorum suorum in Digestum se infacundum et tardioris pronunciationis hominem fatetur, eamque causam adfert, ob quam a dicundis causis impendendoque clientibus patrocinio se transtulit ad quietiorem legum meditationem.*

Alii Constantini.

Constantinus quidam, cuius mores laudat, fortunam deplorat Aeneas Gazaeus Sophista epist. IX. *Fabr.* *Constantini*, (neque tamen additur, quis ille fuerit,) *et Vesti Grammatici versus in laudem Dioptrae et auctoris eius*, *Philippi:* inc. ὁ τήνδ' ἀναγνὺς εὐπρόσδεκτον τὴν βίβλον. *Vindobon.* in cod. caes. CCXIII. nr. 6. v. *Lambec.* V. pag. 84. *Harl.*

Constantinus *Acropolita*, Logotheta, Georgii Acropolitae F. de quo vol. VI. p 449. [siue vol. VII. p. 766. sqq. ed. nou. *Harl.*]

Constan-

*) Conf. supra ad vol. VI. pag. 343. sq. et p. 633. quibus add. cod. *Venet.* bibl. Marc. DXXV. (v. cat. codd. gr. Marc. p. 284.) — In *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. I. pag. 623. *E.* inter codd. bibl. *Scorialens.* sic citatur: *Scholarii Armenopuli* prooemium de verborum constructione: item Lexicon ordine litterarum: et p. 642. *E.* inter codd. bibl. *Bodlei.* nr. 68. *Harmenopuli* lexicon: in catal. autem MSS. Angliae etc. 1. pag. 7. in cod. *Barocc.* LXVIII. inesse dicuntur *Harmen.* Lexicon. verborum synonymor. et eiusdem Lexicon verborum transitiuorum et intransitiuorum: — eadem et *Harmen.* prooemium de syntaxi verborum, in cod. *Barocc.* CLIX. *Harl.*

Constantinus *Afer*, peritus artis medicae, et monachus Casinensis Benedictinus circa a. 1072. varia vt ex arabico, sic ex graeco idiomate [?] in latinum transtulit, de quo dixi ad Trithem. de script. eccles. c. 286. Vide et Antonium Pagi ad a. 1087. n. 13. *Fabr.* In catalogo MSS. bibl. *Harleianae* nr. 3140. *Constant. Africani* de diaetis libri duo, et nr. 5098. eiusd. Theorica Pantegni. Sed de eo eiusque scriptis plura dicentur in elencho medicor. vett. infra, vol. XIII. p. 123. sqq. ed. vet. add. vol. XII. pag. 779. §. VI. ed. vet. et *Oudin*. comment. de SS. eccl. tom. II. p. 694. sqq. ad a. 1060. *Harl.*

[*Constantinus Anagnostes* manu exarauit a. C. 1191. cod. *Vindobon*. XVII. v. *Lambec*. VI. part. 1. p. 126. *Harl.*]

Constantinus *Antiochenus* presbyter, qui S. Chrysostomi homilias in epistolam ad Hebraeos a notariis exceptas, *ἀπὸ σημείων* post eius fata in lucem protraxit. Ad hunc Chrysostomi epistolae. De eodem Palladius in vita Chrysostomi p. 144.

[Constantin. *Apameensis*, supra in h. vol. in Monotheletarum catalogo. *Harl.*]

[Constantinus *Arabita*, scripsit *Parecbolaeon*, quod continet varias descriptiones poeticas, vt comae, radiorum solis etc. in cod. *Laurent*. VII. nr. 42. plut. 55. v. *Bandin*. cat. codd. gr. Laurent. II. p. 266. *Harl.*]

[*Constantinus Asynkitus*, aut *Asynkritus*; sed vtrumque corrupte pro Ἀσηκρήτης, et idem est, atque Constantinus Rheginus s. Africanus. v. indic. ad *Lambec*. VI. part. 2. p. 470. et 471. Kollar. *Bandin*. cat. codd. gr. Laurent. III. p. 142. sqq. vbi liber quidam in cod. IV. plut. 75. *viatica peregrinantis*, in linguam graecam translatus dicitur παρὰ Κωνσταντίνου πρωτασηκρήτου τοῦ Ῥηγίνου, *a Constantino Rhegino primo a secretis*: in *Montfauc*. Bibl. biblioth. MSS. I. pag. 387. *A* et *C* duo codd. in eadem Laurent. bibl. obuii recensentur, sed in notitia prioris male quoque scriptum legitur *conuersus a Rhigene Protasecretis siue primo secretario Constantino* ASYNCRITO *Rhegiense*. Eiusdem libri sex codices adseruantur *Paris*. in bibl. publ. sed in cat. MSS. regg. Par. et in indice et in memoria singulorum codd. nomen perperam exaratum est *Constantinus Asyncritus*. *Harl.*

Constantinus *Cabasilas* Dyrrhachii metropolita, qui Ioanni Citri episcopo quaestiones proposuit, ad quas ille respondet in iure graeco-rom. lib. V. p. 323. *Fabr.* Ex Ioannis, episcopi Citri responsis canonicis ad *Constantinum Cabasilam* sunt capita triginta duo, collecta et disposita a *Matthaeo Hieromonacho*, in cod. *Vindobon*. LI. nr. 14. v. *Lambec*. VIII. p. 990. qui praeterea citat Ius graeco-roman. a *Io. Leunclauio* et *Marquardo Frehero* edit. tom. I. pag. 323. et 330. sed, ibi illarum interrogationum et responsionum alium esse ordinem ac in cod. caesareo, animaduertit. *Harl.*

[Constantinus *Cephalas*, de quo iam multus fui supra in vol. VI. p. 426. sqq. add. ibid. pag. 424. *Harl.*]

[Constantinus *Comes*, et alius, *rhetor*. v. infra vol. XII. p. 345. ed. vet. *Harl.*]

Constantinus *Caesariensis*, de quo infra p. 679. [ed. vet.]

De Principibus et Hospodaribus Moldauiae eruditis nostra aetate, Constantino *Cantemirio* f) et Constantino *Demetrio* adi Diarium Lipsiense Neuer Bücher-Saal parte XLI. pag. 376. sq.

Constantinus *Chliarenus*. Vide infra, patriarcha.

Constantinus *Chrysomallus*, de cuius scriptis et erroribus circa a. 1137. CPoli damnatis *Leo Allatius* lib. II. de consensu c. 11. §. 1. pag. 644. sq. et *Guil. Beueregius* ad can. 60. apostol.

Constantinus, *diaconus* CPol. et chartophylax, cuius homilia in omnes martyres laudatur in synodo septima, actione quinta. Incipit: αἱ μὲν χριστοῦ πανηγύρεις ὅσαι τὸ φῶς. Vide *Allatium* de synodo Phot. pag. 451. Non diuersus hic mihi videtur a Constantino chartophylace, de quo Theophanes ad a. 790. De eius solutionibus quaestionum canonicarum vide *Lambecium* V. pag. 231. *Fabr.* s. pag. 476. ed. Kollar. nr. 6. cod. CCLXXXIII. add. supra in vol. X. pag. 288. sub fin. Eius Homilia exstat in duobus codd. *Scorial.* teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 617. *B.* et 618. *C.* nec non *Paris.* in bibl. publ. codd. MCLXXIV. nr. 37. et MCLXXIX. nr. 40. — Ibid. in cod. XMXCVIII. nr. 2. *Constantini* incerti (in indice ad vol. II. cat. MSS. regg. Paris. at in recensione codd. ipsa p. 198. *Constantii* cuiusdam) ad Christum et Virginem homilia, versibus scripta. *Harl.*

[Constantinus, *Hermoniacus*, cuius metaphrasis in Homerum est *Leidae* in bibl. publ. v. huius catal. p. 349. nr. 93. sed confer supra, ad vol. I. p. 407. not. *ii*. *Harl.*

[Constantinus imperatori ab epistolis: v. supra, vol. VIII. pag. 81. et paullo post de Constantino Manasse. *Harl.*]

Constantini quam plures *episcopi* memorantur in subscriptionibus conciliorum, quas vide apud *Harduin.* tom. XI. p. 426. sq.

Georgius Constantinus, commentitius pro Georgio Codino, vide infra p. 699. [ed. vet.]

Constantinos *imperatores* vndecim cum annis quibus praefuerunt, ordine recensitos habes volum. VI. p. 752. [sed in noua ed. praetermissos.] Speciatim de Constantino magno eiusque scriptis dixi in eodem volumine p. 1. seq. [vol. VI. pag. 693. sqq. n. ed.] De scriptis Constantini Porphyrogennetae pag. 486. seq. [vol. VIII. pag. 1. sqq. nou. ed.] Constantini Despotae Nouella dictata a Theodoro Decapolita, MS. in bibl. caesarea. *Fabr.*

f) Huius filius Seruanus Cantemirius ineunte septimo anno aetatis a. 1714. potentissimo Russorum imperatori Petro Alexidi Panegyricum dixit graece et latine excusum Petroburgi.

Fabr. Cel. *Sainte Croix* in Examen des Hiſtoriens d'Alexandre le Grand, ed. II. pag. 755. ſq. quaedam de Conſtantino Porphyrogen. et p. 864. de eius praeceptore, Theodoro grammatico, adnotauit. Multa de *Conſtantini Porphyrogeniti* ſcriptis horumque edition. atque codd. docte expoſuit *Ios. Sim. Aſſemannus* in bibl. iuris orientalis canon. et ciuilis libr. II. c. 14. et 15. p. 275. ſqq. *Harl.*

[S. Conſtantini *Iudaei* vita *Florent.* in cod. Laurent. XV. nr. 18. plut. 9. v. *Bandini* catal. codd. gr. Laurent. I. pag. 412. qui prouocat ad acta SSctor. ad diem XI. Mart. vbi de *Conſtantino*, confeſſore Carthagin. *Harl.*]

[*Iſacius* Conſtantinus de ſtatu perfecti hominis, libri tres, in cod. *Vatic.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 101. *C.* et 102. *B. Harl.*]

Conſtantinus *Laſcares*, Byzantius, cuius grammatica per Dionyſium Parauiſinum excuſa Mediolani a. 1476. 4. ex recognitione Demetrii [P] (Chalcondylae) Cretenſis, exſtat Hafniae apud Frid. Roſtgaardum. Verſio, quae in Veneta editione acceſſit, inepta eſt iudice H. Stephano, et quae ſcriptorem ipſum contemtibilem reddat, pag. 42. de graecae linguae ſtudiis. Compendium octo partium orationis, cum verſione Ioannis Creſtoni, Placentini monachi, Mediolan. 1480. 4. Alias editiones memoraui volum. VII. p. 39. [vol. VI. p. 329. nou. ed.] Expoſitio vaticinii Coſroaes, regis Perſarum, de imperio romano, MS. in bibl. caeſarea. *Lambec.* V. p. 252. *Fabr.* Siue pag. 531. Kollar. nr. 25. cod. CCXCII. *Harl.*

[Conſtantinus *Lucita*, Protonotarius, ad quem epiſtolam gr. dedit Gregorius Chionias, quae exſtat in cod. *Vindobon.* CCXCII. nr. 4. v. *Lambec.* V. p. 523. *Harl.*]

Conſtantinus *Lichudes.* Vide infra, in patriarcha.

Conſtantinus *Manaſſes*, de cuius Chronico ſcripto verſibus politicis circa a. 1150. et in a. 1081. deſinente, dixi volumine VI. p. 157. [g]). Idem MS. in bibl. Coisliniana pag. 587. Neſcio, diuerſusne ab hoc ſit Conſtantinus, imperatori quem non nominat ab epiſtolis, inter hiſtoricos Byzantinos laudatus a Georgio Codino pag. 17. Origg. CPol. Ex Conſtantini Manaſſae *libro ſecundo Hodoeporici*, verſibus iambicis ſcripti, locum adfert *Allatius* in notis ad Georgium Acropolitam p. 201. Idem habuit MS. ſed in codice a tineis blattisque male habito miſerèque eroſo huius Conſtantini ἔκφρασιν εἰκονισμάτων κατὰ μέσον μὲν ἐχόντων τὸν Κύκλωπα τὰς Ὀδυσσέως ἑταίρους διασπαράσσοντα καὶ ἐσθίοντα, τὸν δὲ Ὀδυσσέα οἴνου ἀσκὸν προφέροντα καὶ δεξιούμενον πόσει τὸν Κύκλωπα. *Deſcriptionem imaginum in medio exhibentium Cyclopem Vlysſis amicos diripientem et vorantem, Vlyſſemque prolato vini vtre Cyclopem potu excipientem.* Incipit: Οὐδὲν ἄρα φιλοκάλου ψυχῆς ὀλβιώτερον εἰ δ' ἅμα καὶ φιλολόγος εὑρεθῇ. Praeterea ἐπικήδειον πρὸς

g) Siue vol. VII. pag. 469. ſq. nou. ed. Add. *Conſt. Man.* Synopſin hiſtoricam a creato mundo vsque ad imp. Nicephor. Botaniatem, verſibus politicis *Vindobon.* in cod. XLIIX. nr. 9. et *Lambec.* de eo in vol. VI. part. 2. p. 368. ſq. *Harl.*

πρὸς τὸν ἀποιχόμενον ἐπὶ τῶν δεήσεων κῦριν Νικήφορον τὸν Κομνηνόν. *Epicedium in obitum Nicephori Comneni, supplicum libellorum magistri.* Incipit: Ἀῤῥάβων γῆ πιοτάτη καὶ μήτηρ γονίμων χυμῶν· ἀέρες δὲ εὖ κεκραμένοι.

Constantinus ex Samosatensium vico Mananale *Manichaeus*, de quo Photius libro I. contra Manichaeos; *Montfauconi* bibl. Coislin. p. 358. seq.

[Constantinus, *medicus*, de quo v. infra in elencho medicorum vett. in vol. XIII. pag. 127. vet. ed. *Harl.*]

[Constantinus *Meleinus* (Μελεῖνος,) patricius et dux militum, cuius meminit Nicephorus in praef. ad librum de re militari et locum ex ea in cod. *Vindobon.* CXI. nr. 8. posuit *Lambec.* in comment. vol. VII. p. 433. sqq. *Harl.*]

Constantinus *Meliteniota*, archidiaconus CPol. Λατινόφρων, qui cum patriarcha suo Ioanne Vecco in exsilium pulsus obiit a. 1284. de illo dixi volum. IX. pag. 198. *Fabr.* S. vol. X. p. 400. not. *n.* edit. nou. add. infra in h. vol. vet. ed. pag. 436. sq. et vol. XII. pag. 780. vet. ed. Eius sermo de ecclesiarum tam graecae, quam latinae vnione, *Florent.* in cod. Laurent. XXVI. nr. 25. plut. 8. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 384. — Constantini *Melitinae episcopi*, qui patriarchae Iacobitarum titulum vsurpauit, meminit *Assemann.* in bibl. orient. tom. II. p. 382. *Harl.*

[Constantinus *monachus* montis Athus: sermo περὶ τῆς τοῦ Γρηγορᾶ ψευδογραφίας, *Mosquae* in cod. synod. CCCXXIX. fin. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. in 8. pag. 213. et indic. *Harl.*

[Constantini *Neapolitani* scripta quaedam, *Mediolani* in bibl. Ambros. teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 295. B. — *Tomasinus* in bibliothecis Patauinis etc. p. 126. citat codicem suum, in quo sunt adnotatt. in librum lat. de Vrinis, carmine scriptum ab incerto, isque suspicatur, esse *Constantini monachi.* — *Nicol. Toppius* in bibliotheca Neapolitana 1678. fol. p. 68. plures profert Constantinos *Neapolitanos* recentioris potissimum aetatis, e quibus tantum huc pertinet Constant. *Neapol.* philosophus *pythagoricus*, qui scripsisse dicitur de abstinentia a carne comedenda, eique respondisse Porphyrium in libro I. de abstinentia adnotatur. — ibidem excitatur Constantinus *papa*, doctor Neapolitanus, auctor libri: *Ad arbitrium magnae curiae vicariae, quod vulgo praeminentia vocatur, atque edictum diui Augusti* etc. Neapoli 1594. 4. *Harl.*

Constantinus *papa* ab a. C. 708. ad 715. Ad hunc epistola apologetica Ioannis CPol. tom. III. concil. Harduin. pag. 1838. Eius epistola ad Brithwaldum archiep. Cantuariensem id. p. 1827. [v. infra, vol. XI. p. 474. ed. vet. — Epistola *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XVIII. plut. 16. inter epistolas variorum pontificum, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. I. p. 278. *A. Harl.*]

[✝] Constantinus anti-papa a. 767. cuius nonnulla leguntur in volumine epistolarum pontificum, quod edidit Gretserus, Ingolst. 1613. 4.

Constan-

Conſtantini *patriarchae* CPolitani fuere quinque, vel ſaltim quatuor: nam de primo, quem Ceſtinum vel Caſtinum alii vocant, et tertio ſaeculo volunt fuiſſe, non adeo exploratum. 1) Conſtantinus Cancellarius, fuit ab a. 674. ad 676. 2) Conſtantinus epiſcopus Syllaei, ab a. 754. ad 766., de quo hiſtoria miſcella XXII. 24. 41. 46. ſeq. 3) Conſtantinus Lychudes, ab a. 1059. ad 1064. cuius decreta duo ſynodica de ſeruo criminali et de ſacerdote caedis reo ac depoſito, in iure graeco-rom. lib. IV. pag. 264. 265. apud Thomam Diplouatacium in ſynopſi iuris graeci. Et 4) Conſtantinus Chliarenus, a. 1154. cuius ſynodica varia citat in praenotionibus myſtagogicis Nicolaus Comnenus, vt de Clerico milite pag. 250. de nuptiis pag. 286. de periuriis pag. 287. et de homicidiis latronum [h]) p. 257. quod exſtat in iure graeco romano lib. III. pag. 210. *Fabr.* In cod. Florent. *Laurent.* XXXVII. plut. 17. qui continet Homilias variorum, in *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. I. pag. 280. *D.* exſtare etiam dicuntur ſermones *Conſtantini*, qui in indice ad illud vol. cognominatur *Patriartha.* Add. cod. *Moſquens.* X. fin. in *Matthaei* notit. codd. gr. Moſq. pag. 26. et ſupra in h. vol. in indice ſcriptor. in concil. Lateranenſi etc. vbi quoque de Conſtantino *Pogonata* imperat. quaedam notantur. *Harl.*

[Conſtantinus *philoſophus*, cuius *paraphraſis libri Perihermenias Pſelli*, *Florent.* in cod. Laurent. XXVI. plut. 10. in *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. I. p. 266. *B.* ſic memoratur: *paraphraſis — excerpta a Conſtantino Veſtarcho et ſummo philoſophorum. Harl.*

[Conſtantinus *presbyter* ſcripſit vitam *S. Germani*, MS. in bibl. Bodl. in cod. *Guil. Laudi*, nr. 1174. cat. MSS. Angliae etc. tom. I. et nr. 2641. in cod. Bodlei. XLII. 1. vbi (vti in *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 657. *B.*) eadem tribuitur *Conſtantio Presbytero;* contra in indice *Conſtantino Presbyt. Harl.*

Conſtantinus *Pſellus*, de quo *Allatius* libro de Pſellis ſect. 50. et 80. Hunc, mutato nomine, eumdem cum Michaële Pſello, Michaelis Ducae praeceptore eſſe, putabat *Cangius* in gloſſario graeco p. 1637.

[Conſtantinus *quaeſtor*, cuius iambi gr. in magnum incendium, quod accidit CPoli a. Ch. 1197. d. 25. Iul. exſtant *Venetiis* in cod. Marc. DXXIV. v. catal. codd. gr. Marc. pag. 282. *Harl.*]

Conſtantinus *Rheginus*, qui ex protoſecretario, (corrupte Aſyncritus pro ἀσηκρήτης *Lambec.* VI. p. 200. [i]) Roberti Guiſcardi, Nortmannorum, Apuliae, Calabriae et Siciliae ducis a. 1072. factus eſt monachus Caſinenſis, idem cum Conſtantino Afro, de quo ſupra. [vid. p. 269.]

Conſtan-

h) Memorat Harmenodulus in ſynopſi canonum pag. 59.

i) [S. pag. 286. not. 4. ed. Kollar. et ſupra *Conſtantin. Aſynkitus* etc. atque *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 495. *B.* de eius libris II. in codd. bibl. Mediolan. Ambros. *Harl.*

Constantinus sacerdos, ad quem circa a. 1095. scripsit Philippus solitarius, auctor Dioptrae, de differentia inter intercessionem et auxilium sanctorum.

Constantinus *Siculus* philosophus, cuius carmen graecum anacreonticum alphabeticum super periculo parentum et fratrum suorum in mari, MS. in bibl. caesarea memorat *Lambecius* V. pag. 295. k) Incipit: ἀπὸ μυσικῶν μελάθρων.

[Varii *Constantini Syri* et alii passim occurrunt in *Assemanni* bibl. orientali: v. indic. ad tom. I. p. 638. et ad tom. II. p. 525. In his tom. I. p. 273. Constantinus, qui Theodosiopolin, Armeniae vrbem, cui erat praefectus, a. C. 502. Cauadi, Persarum regi, prodidit; dein a. C. 504. ad Romanos profugit, et ab imperatore inter ecclesiae presbyteros cooptatus et Nicaeae consistere iussus est. — Tum ibid. pag. 502. not. 12. Constantinus, *Syracusanus* diaconus, qui eligitur patriarcha Antiochiae, et statim, cognito eius ingenio, deponitur. *Harl.*]

Constantinus *Tarsensis* siue *Tarsita*, cuius epigramma graecum in Antiochi monachi Pandectem, ex codice, quem totum manu ille sua scripserat, edidit *Lambecius* III. pag. 138. [s. pag. 350. ed. Koll. nr. 9. cod. LXXIII. *Harl.*] Aliud in librum S. Chrysostomi de Virginitate.

Constantinus, *Tii* in ponto episcopus, qui synodo Photianae interfuit, cuius homilia in S. Euphemiae reliquiarum inuentionem exstat latine apud Lipomannum tomo VI. et apud Surium XI. Iulii. Graece incipit: ἥκω τὸ ἐπίταγμα φέρων, MS. in bibl. Bodlei. [nr. 3383. cat. codd. Angliae etc. add. supra, vol. X. p. 225. — in cod. bibl. Sfortian. sec. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. pag. 700. *B.* vbi vero, nescio an typothetae errore, Constantin. ille vocatur *episcopus Tyri. Harl.*]

[†] Constantinus *Barinus* siue *Varinus*, qui CPoli libros quosdam graecos manuscriptos habuit, quorum catalogus exstat apud *Posseuinum* ad calcem tomi II. Apparatus sacri p. 45. 46. in his fuit Symmachi interpretatio Psalterii et totius Vet. test. Zachariae rhetoris hist. ecclesiastica, aliaque eximia, quae necdum lucem viderunt monumenta.

Constantinus recens scriptor, qui versibus politicis graeco-barbaris expressit historiam Apollonii Tyrii. Prodiit Venetiis a. 1600. et 1696. 8. διήγησις ὡραιοτάτη, Ἀπολλωνίου τοῦ ἐν Τύρῳ ῥημάδα.

De *Ro-*

k) Siue p. 620. Kollar. nr. 4. cod. CCCXXXIII. Idem carmen est *Oxon.* in cod. Barocc. CXXXIII. — *Florentiae* in cod. Medic. Laurent. LII. plut. 32. sunt alia eiusdem carmina: scil. nr. 8. carmen anacreonticum: *quae verba dixerit Apollo, persequens Daphnen, et rosae spinas recordatus:* nr. 9. ode amatoria: nr. 10. versus anacreontici *in quemdam virginis amatorem, per alphabetum:* nr. 11. carm. iambicum ad imper. *Isaacum Comnenum;* nr. 12. versus iambici, *quum scabie quondam laboraret.* v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. tom. II. pag. 211. sq. et conf. supra, vol. IV. p. 427. med. et p. 469. *Harl.*

De *Roberto Constantino*, cuius insigne Lexicon graeco latinum habemus, dixi supra pag. 77. seq. [s. p. 656. sq. vol. VI. nou. edit. *Harl.*]

VI. NICON monachus et archimandrita Armenius, sanctitatis et miraculorum fama celebratus, et, quod iugiter inclamaret, agendam esse poenitentiam, cognomento adpellatus *μετανοεῖτε, poenitentiam agite*, diem obiit a. 998. Memoriam eius celebrant Martyrologia et Menologia XXVI. Nouembr. Vitam eius a. 1150. scripsit abbas quidam patria Lacedaemonius, incipit: *εἰ δ' τόπῳ ἢ χρόνῳ, γνώμῃ δὲ μᾶλλον σεῤῥᾷ* [l]). Latine vertit Sirmondus, ex qua plura adfert *Baronius* tomo X. Annalium ad a. 961. 969. 981. 982. 986. 998. Huius, vt putant, Niconis breue, sed non exigui momenti scriptum *περὶ τῆς δυσσεβοῦς θρησκείας τῶν κακίστων Ἀρμενίων, de impia pessimorum Armeniorum religione*, ad calcem Balsamonis pag. 86. et apud Beueregium notis ad can. 56. Trullan. pag. 158. sq. et in bibliothecis patrum, vt tom. XXV. edit. Lugd. pag. 327. Latine editum ex versione non felici semper Gentiani. Herueti. Sed graece et latine exhibetur a *Cotelerio* in notis ad patres apostolicos, ad lib. II. Constitut. apostol. cap. 24. pag. 235. 236. [m]) incipit: *τὰ παρὰ Ἀρμενίων γινόμενα παραλόγως*. Et cum hac meretur conferri, quam dedit idem ad lib. V. cap. 13. pag. 314. *ἀπόταξις τῶν αἱρετικῶν Ἀρμενίων, renunciatio haereticorum Armeniorum*. Incipit. Ἐγὼ ὁ δεῖνα ἢ ἡμεῖς etc. Vsus est Cotelerius codice graeco regio Paris. MDCCCXVIII. Post Balsamonem et in bibliothecis patrum praemittitur latine Niconis ex *epistola* ad ἔγκλειστον, siue inclusum monachum, *de iniusta excommunicatione*. Incipit: *Scias autem pater*. Si eadem est, quam memorat *Lambecius* VI. pag. 31. [n]) illum oportet esse iuniorem Niconem, quoniam in illa mentio Nicolai grammatici, qui patriarcha fuit CPol. ab a. 1084-1111. Fuit vero et alius *Nicon iunior*, monachus Reithensis [?] Palaestinus, qui sub Constantino Duca [o]) circa a. 1060. collegit Πανδέκτην τῶν ἑρμηνειῶν τῶν

 θείων

l) Vita et miracula Sancti Niconis, *Romae* in bibl. Sfortiana, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 701. *C. Harl.*

m) Col. 152. a. 1672. auctoribus Caueo et Oudino. *Harl.*

n) Siue pag. 68. Kollar. nr. 16. cod. VI. Sed Kollar. in not. *A.* primum contra Lambec. monet, excerpta ista in cod. dici non posse *miscellanea*, quum ad duo potissimum capita, n. ad disciplinam excommunicationis ecclesiasticae et matrimonii sacramentum, ex diuersorum operibus collecta, pertineant: tum contra Fabricium nostrum docet, excerptum τοῦ ἁγίου Νίκωνος· ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ἐπιστολῆς, cuius initium; *γίνωσκε πάτερ*, recte tribui *Niconi* monacho et archimandritae Armenio; nullam enim in illo fieri mentionem *Nicolai* grammatici: quippe quum in hoc cod. caesareo singula excerpta in fronte et in calce singulis cruculis notata ab aliis excerptis secernantur: ad quod quum non aduertisset animum exscriptor, omnia vna serie vulgauit, et Fabricium quoque in errorem induxit. Tertio autem sequi, ostendit Kollar., excerptum *Clementis* PP. et quarto demum *Nicolai*, patriarchae CPolitani, excerptum, et alia deinceps. — De Nicone ipso conf. *Caue* hist. litter. SS. eccl. II. p. 105. ad a. 961. — *Oudin.* comment. de SS. eccl. tom. II. col. 462. sqq. ad a. 960. *Hamberger* zuverläss. Nachrichten etc. tom. III. p. 707. sq. a quo praeterea memoratur vita Niconis, ex actis eius ab abbate monasterii S. Niconis, graece scriptis, interprete *Iac. Sirmondo*, ap. Surium, d. 27. Nou. eadem integra, in *E. Martene* collect. ampliss. tom. VI. p. 837. v. etiam supra, vol. X. p. 299. — *Schroeckh.* hist. eccl. christian. tom. XXI. p. 313. — *Christoph. Saxii* onom. II. pag. 153. *Harl.*

o) Prologus Niconis pandecte praemissus a iuniore scriptore apud Montfaucon. pag. 189. καί τις

θείων ἐντολῶν τȣ̃ Κυρίȣ, *Pandectem de interpretatione mandatorum diuinorum*, duobus distinctum libris et λόγοις siue capitibus LXIII. Adhuc ineditus, dignus autem luce, in variis bibliothecis, vt regia p) et Coisliniana MS. seruatur. *Ornat*, inquit Cotelerius q), *bibliothecam regiam optimus liber, qui collectus est ex diuinis Scripturis, sacris canonibus, testimoniis sanctorum patrum, aliisque monumentis ecclesiasticis, nec non legibus ciuilibus.* De Coislinianis codicibus *Montfauconus* in catalogo bibl. Coislinianae pag. 111. 189. sq. et pag. 197. et 295.

Initio huius libri a S. Nicone adornati, praemittitur prologus hoc titulo: λόγος διαλαμβάνων περὶ τῆς ὑποθέσεως τȣ̃ βιβλίȣ τῶν ἑρμηνειῶν. *Principium hic habet:* αὕτη ἡ βίβλος τὰς τȣ̃ Κυρίȣ μὲν ἐντολὰς καὶ τὰς τȣ́των ἑρμηνείας περιέχει. *Deinde sequitur prooe-*

τις ὕτερος μοναχὸς ἰδιώτης μὲν τῷ λόγῳ ἀλλ᾽ ȣ̓ τὴν γνῶσιν; - - - ὃν οἴκῳ πεφυτευμένος Θεȣ̃ κατὰ τὸ Μαῦρον ὄρος καλȣ́μενον, σημαίοις ἐνδιαπρέψας χρόνον ἐφ᾽ ἱκανὸν καθ᾽ ὃν καιρὸν δηλαδὴ Κωνσταντῖνος ὁ Δȣκας τὸ ἐπώνυμον τὰς τῆς βασιλείας ἐνεχειρίσθη οἴακας.

p) Nimirum in cod. bibl. publ. *Paris.* DCCCLXXVI. pag. 167. vol. II. cat. MSSt. regg. vbi confector catalogi praefixum capitum LXIII. indicem ob oculos posuit, et in codd. quatuor sequentibus, (in quibus tamen quaedam desiderantur:) et in cod. MLXVII. praemittitur, inquit confector catal. cit. pag. 212. praefatio, vbi auctor dicitur ad hocce opus scribendum animum adpulisse, hortantibus patriarcha Antiocheno, metropolitis et episcopis. Quum enim Agareni, siue Saraceni, veterum ecclesiae monumentorum nulli parcerent: verendi locus erat, ne praecipua religionis christianae capita ex hominum animis elaberentur." Add. *Oudin.* l. c. et, quem ille citat, *Car. du Fresne du Cange* in catal. codd. gr. quem subiunxit Glossario med. et infimae Graecitatis col. 31. — *Florentiae* in cod. Laurent. IV. plut. 6. sunt, nomine collectoris non addito, expositiones sacrorum praeceptorum, capp. 63. comprehensae. *Bandinius*, in cat. codd. gr. Laur. I. p. 92, sqq. copiose cum codicem, tum adhuc ignorans collectoris nomen, recensuit, et totum ex eo indicem longum gr. exscripsit; tum p. 98. sqq. quia totum opus patrum ecclesiasticorum atque conciliorum auctoritate conflatum est, nomina operaque patrum, quorum adducuntur enarrationes conciliorumque et alia loca, vnde petita sunt testimonia, prouti in codice reperiuntur, ordine alphabetico, multo plenius atque curatius, quam a Fabricio factum est, adnotantur. Ex eo indice pauca suppleui. Bandinius vero postea in eod. vol. pag. 435. et in vol. II. pag. 603. duce Fabricio nostro, agnouit illius Florilegii auctorem, *Niconem Rhaitensem*, et priore loco similem, quae tamen a superiore collect. differre dicitur, incerti auctoris collectionem sacrorum praeceptorum, in cod. *Laurent.* XXVI. plut. IX. fusius recensuit. — Ibid. in cod. XIII. nr. 2. plut. 60. sunt *Niconis* monachi capita quaedam ascetica: de quibus multus est *Bandin.* l. c. vol. II. p. 602. sq. — *Taurini* in cod. regio CCIV. est eadem *Niconis*, (nomine tamen illius non addito,) *expositio*, triginta octo capp. constans. v. catal. codd. gr. Taur. p. 302. sq. vbi quoque patrum nomina, concilia aliaque loca, vnde sumta sunt testimonia, adnotantur. — *Venetiis* in cod. Naniano LXX. quem late persequutus est, et auctores, ex quibus contexuit Nicon suum florilegium, retulit (Mingarellius) in cat. codd. gr. Nan. pag. 134. sqq. — *Mediolani* in cod. bibl. Ambros. exstat *Niconis* monachi *in obitum SSt. patrum, interfectorum in monte Sina*, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. I. pag. 502. *B.* Varias locorum communium collectiones ineditas ego et Fabricius supra in vol. IX. pag. 758. sq. commemorauimus. *Harl.*

q) Cotelerius in notis ad homiliam X. Clementin. tom. I. patrum apostol. pag. 707. Idem Niconem collectorem ineditum citat passim vt pag. 292. 312. etc. [et in Monum. eccl. gr. tom. III. p. 459. particulam edidit, teste *Hambergero* l. c. *Harl.*]

procemium in librum Niconis hoc initio: ἔδει μὲν ἡμᾶς, φησὶν ὁ θεῖος Χρυσόστομος, μηδὲ δεῖσθαι. *Est totum opus amplissima collectio locorum scripturae, SS. PP. et scriptorum ecclesiasticorum, itemque synodorum. Scriptores autem et synodi vnde loca desumta fuere, hi sunt;*

[Agatho, Bandin. I. p. 98.]
[Alexander ad magnum Eusebium. (Macarius Alex.)
Ammonius ex interpretatione actorum apostolorum.
Anastasius Sinaita.
Constitutiones apostolicae.
Athanasius.
Barsanuphius.
Basilius magnus ἐκ τῶν παροιμιῶν.
[Carpathius.]
Cassianus.
Chronicon (fortasse Syncelli.)
Ex chronico imperatorum de tempore Basilii Macedonis.
Clemens rom.
Clementia seu Clementina.
Cyrillus Hierosolymitanus. [et Alexandrinus.]
Diadochus.
Didymus.
Dionysius Areopagita.
Dionysius Alexandrinus.
Dorotheus.
S. Ephrem.
S. Epiphanius.
Esaias monachus.
Euagrius.
Eusebius Pamphili.
Ἡ Εὐθυμιακὴ ἱστορία.
[P] Gennadius CPol.
Γεροντικόν.
Gregorius Thaumaturgus.
Gregorius Theologus.
Gregorius Nyssenus.
Gregorius Dialogus, papa.
Ignatius ad Polycarpum.
Inclusus ad S. Simeonem Thaumaturgum.
Ioannes Chrysostomus, saepissime. Εἰς τοὺς μαργαρίτας.
Ioannes Climacus.
Ioannes Damascenus de haeresibus.
Ioannes Hesychastes.
Ioannes ieiunator.
Isaacus Syrus.
[Isaias S.]
Isidorus Pelusiota.
Lausiaca historia.
Leges Ciuiles.
Macarius.
Macarius Alex. ad magnum Eusebium Alexandrinum.
Marcianus Bethlehemita.
Marcus.
Martyrium S. Anastasiae, S. Dionysii Areopag. S. Eugeniae.
Maximus.
Methodius CPolitanus.
Nicephorus CPol.
Nilus.
Nomocanon Basilii.
Nomocanon Ieiunatoris.
S. Orsisius. [Orsicius, in cod. Taur.]
Petrus Alexandrinus, canone XV.
Philo Iudaeus.
Philo Carpathius.
Poemen siue pastor.
Simeonis epistola ad inclusum.
[Studita.]
Synodus Nicaena, Laodicena, Neocaesar. Sardicensis, Ancyrana, Antiochena, Gangrensis, Carthaginensis.
Chalcedonensis.
CPol. in templo SS. apostolorum.

Synodus ſexta, ſeptima ſiue Nicaena ſecunda: ſynodus nona.
Taraſius CPol. Epiſtola ad Adrianum papam.
Theodorus Studita.
Eius teſtamentum.
Theodoretus.
Theophilus Alexandrinus.
Timotheus Alexandrinus.
Vita S. Antonii, [Barſanuphii.] S. Charitonis, S. Cyrilli Alex. Danielis Stylitae, S. Epiphanii. S. Marcelli monachi et acoemetae. S. Ioannis Chryſoſtomi. S. Ioannis Eleemoſynarii. S. Ioannicii. Ioannis CPol. Neſteutae. S. Nicolai. S. Pachomii, S. Pauſii, S. Philemonis, S. Sabae, S. Simeonis Archimandritae, S. Simeonis Thaumaturgi. S. Stephani iunioris. S. Theodori Edeſſeni. Theodori τῦ ἡγιασμένυ. etc.
Vita ſanctorum Ἀββάδων (Abbatum.)

Ex eodem Niconis Pandecte quaedam publicauit *Cotelerius* tom. III. monument. ecclesiae graecae p. 420-424. qui etiam conſulendus in notis p. 644. ſeq. vbi obſeruat, ab eo ſub Iohannis Nicaeni [?] nomine ex epiſtola ad Zachariam catholicum laudari, quae leguntur in Iſaaci catholici inuectiua in Armenios, de qua dixi ſupra p. 173. ed. vet. Idem memorat ſcriptum huius Niconis *de ieiunio S. Mariae*, MS. in codice regio Paris. MMMXXVII. (olim MCCCXXVI. [r]) hoc titulo: Τῦ ὁσιωτάτυ Νίκωνος μοναχῦ τῆς ἁγίας Θεοτόκυ τῆς Ῥαιθῦ εἴδησις περὶ τῆς πανσέπτυ νηστείας τῆς παναγίας θεοτόκυ καὶ ἀειπαρθένυ Μαρίας. Incipit: χρὴ εἰδέναι ὅτι ἡ τῆς ὑπερενδόξυ Θεοτόκυ νηστεία ὐ κατὰ τάξιν ἐγγράφως κεῖται εἰς τὸ παρὸν τυπικόν etc. Confer eumdem Cotelerium p. 650. ſeq. *Geronticon* Niconis, eiusque Gerontici ſermo XXIX. citatur a *Montfauconο* p. 13. palaeographiae graecae, quod non diuerſum eſt a *narrationibus* eius *aſceticis* laudatis ab *Allatio* p. 746. de purgatorio. Εὐχὴ ἡμερινὴ τῦ ἁγίυ Νίκωνος MS. memoratur apud *Lambecium* III. p. 35. [pag. 95. ed. Koll. in cod. XIX. add. *Bandin.* l. c. II. pag. 602. ſq.] Fuit etiam *Nicon* Agrigentinus, diſcipulus Aſclepiadis medici, cuius mentio apud Stephanum Byz. in Δυῤῥάχιον. [De duobus medicis Niconibus v. infra in vol. XIII. p. 350. in elencho medicor. vett. — Antiquior *Nicon* circ. a. 531. transſcribenda curauit Opera S. Ephraem Syri. v. *Oudin.* l. c. II. col. 464. ſq. *Harl.*] *Nicon*, Sexti Fadii praeceptor, cuius liber περὶ πολυφαγίας memoratur a Cicerone VII. 20. epiſt. ad Trebatium: niſi ſit Micon Celſi, Pliniique. *Nicon* hypopſephius Chalcedonenſis, laudatus a Nicolao Comneno. Et *Nicon* epiſcopus, martyr ſub Decio, de quo Acta ſanctor. 23. Martii. [v. ſupra vol. X. p. 299. *Harl.*] Vt omittam *Niconem* de quo Artemidorus IV. 82. etc.

VII. ANDRONICVS CAMATERVS, Manuelis Comneni imp. qui ab a. 1143. ad 1180. praefuit, adfinis, atque ab eodem auctus dignitate Sebaſti et praefectus Vrbis ac Drungarius τῆς βίγλας ſiue praefectus vigilum conſtitutus [s]), ſcripſit *Hoplothecam ſacram* et antirrheticos

[r]) In cat. MSSt. bibl. regiae, vol. II. p. 308. cod. ille numeratur MCCCLXX. in quo nr. 34. citatur *Nicon monachus de ieiunio* deiparae. Idem ſermo exſtat *Venetiis* in cod. Naniano CCXXVI. nr. 12. et tituli initium paullulum diverſum eſt: τῦ ὁσ. Νίκωνος μοναχῦ τῆς μονῆς τῆς ἁγίας θεοτόκυ ῥαϊθῦ etc. Tum ſequitur eiusdem Niconis de eadem re reſponſum. v. catal. codd. gr. Nan. p. 416. *Harl.*

pirrheticos libros Latinis oppositos. Principium antirrheticorum citat Nic. Comnenus p. 173. praenot. mystagog. et pag. 282. *libri contra latinos interrogationem centesimam.* Partem Litri, in quo Manuelis imp. personam induens, cum cardinalibus romanis de processione spiritus S. disputat, diu post confutandam sibi sumsit *Io. Veccus* ab a. 1274. ad 1282. patriarcha CPol. in ἀντιῤῥητικοῖς τῶν ἐπὶ ταῖς περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος γραφικαῖς χρήσεσιν ἐπιστασιῶν Κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ Καματήρου. Haec ἀντιῤῥητικὰ in quibus post Camateri ἐπιστασίας, Vecci responsio subinde subiicitur, graece et latine vulgauit *Allatius* in Graecia Orthodoxa Rom. 1652. 4. tom. II. pag. 287-521. Camateri ipsius scripta necdum lucem viderunt, nec, quae in bibl. Bauarica [t]) seruata sunt, disputatio sub Manuelis imp. nomine cum doctore Armeniorum Petro, et libellus de [P] duabus in Christo naturis. Huius Andronici Camateri filius fuit *Ioannes Ducas*, cui Eustathius dedicauit commentarium suum in Dionysium periegetem. Vide *Cangii* notas ad Cinnamum p. 467. seq. et glossar. graec. p. 1295.

ALEXANDRVM CAMATERVM in refutatione animaduersionum Ioannis Vecci citat Nic. Comnenus p. 242. Praenotion. mystagog.

BASILIVS CAMATERVS, patriarcha CPol. a. 1183-1186.

IOANNES CAMATERVS, ab a. 1198. ad captam vsque a. 1204. a Latinis vrbem patriarcha CPolitanus, quem Ephraemus in chronologia patriarcharum iambis scripta his verbis celebrat apud Allatium de consensu pag. 724. et notis ad Georg. Acropolitam pag. 222.

Ὁ Καματηρὸς εὐεπὴς Ἰωάννης
Ἴδρις σοφίας παντοδαπῆς καὶ λόγων
Ἐπίβολός τε δογμάτων τῶν ἐνθέων
Ἐκκλησίας ὢν λευΐτης χαρτοφύλαξ.

Huius

s) Vide *Io. Cinnamum* lib. V. *Io. Veccum* in Allatii Graecia Orthodoxa tom. II. pag. 288. *Allatium* de consensu lib. II. c. XI. §. 5. pag. 660. sq. et 766.

t) In cod. CXX. cat. codd. gr. *Bauar.* p. 52. s. in cod. CCXXIX. sec. *Hardt.* in Aretini Beyträg. a. 1805. part. 5. pag. 536. et sqq. in part. 6. Insunt autem Andronici Sebasti dialogus imperatoris et cardinalis de processione Spiritus S. — disputatio imperatoris cum doctore Armeniorum Petro de duabus in Christo naturis et aliis quibusdam capitibus: scriptum contra Ioannem Beccum. — Idem opus exstat *Venet.* in bibl. Marc. cod. CLVIII. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 90. et cel. *Morell.* de eodem cod. in bibl. MS. gr. et nat. tom. I. p. 92. sq. Conf. de Andronico Camatero *Caue* hist. litterar. SS. eccles. vol. II. p. 231. sq. ad a. 1156. et in adpendice ad illam Caue histor. p. 27. ed. Basil. *Henr. Wharton*, qui vero pristinum errorem sequutus eius aetatem refert ad a. 1527. eique adscribit etiam *dialogum aduersus Iudaeos*, qui latine ex *Ioannis Liuinei* versione exstat in *Steuartii* auctario ad Canisium, Ingolstad. 1616. 4. aut in Lect. antiq. edit. nou. tom. IV. pag. 261. item in bibl. patrum, tom. XXVI. pag. 38. Sed eius errorem notauit et meliora non minus quam plura de Andronico Camatero prodidit memoriae *Cas. Oudin.* in comm. de SS. eccl. tom. II. col. 1463. sqq. et ex *Allatii* libro de consensu vtriusque ecclesiae occid. et orient. libr. II. cap. XI. §. 5. col. 660. sqq. duo loca de processione Spiritus Sci, gr. et lat. exscripsit. *Harl.*

Huius synodicon de homicidis citat Nic. Comnenus pag. 251. praenot. mystagog. Aliud de nuptiis consobrinorum exstat in Freheri iure graeco rom. lib. IV. pag. 285. Epistola ad Innocentium III. qua vnam et vniuersalem, romanam dici ecclesiam pro miro habere se testatur, exstat latine inter Innocentii epistolas libro 2. epist. 208. tom. I. edit. Baluzianae pag. 471. cum Innocentii responsione. *Fabr.* De *Ioanne Camatero*, praefecto Canicleo, v. supra, vol. IV. p. 148. inprimis p. 154. sq. quibus add. cod. bibl. *Bodlei.* XC. siue nr. 3079. cat. MSSt. Angliae etc. vol. I. et cod. XIV. nr. 2. plut. 28. *Florent.* in bibl. Laurent. de quo vide *Bandin.* in cat. codd. gr. illius bibliothecae, tom. II. pag. 27. sq. atque bibl. publ. *Paris.* codd. MMCCCCIX. nr. 4. MMCCCCXXIV. nr. 5. et MMDVI. nr. 2. *Harl.*

VIII. ALEXIVS ARISTENVS, nomophylax et magnae ecclesiae CPol. oeconomus ante Balsamonem et post Zonaram [u]) scripsit circa a. 1160. *scholia in Synopsin Canonum*, edita primum graece et latine a *Guil. Beueregio* in Pandectis Canonum Oxon. 1672. fol. tom. II. ex codice MS. cuius titulus: Νομοκάνονον σὺν Θεῷ ἑρμηνευθὲν παρὰ τοῦ Θεοφιλεστάτου Νομοφύλακος κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Ἀριστηνοῦ [v]). Synopsis ipsa Aristeno, vt volunt viri eruditi [w]), longe etiam antiquior, sub illius nomine prodierat in *Guil. Voelli* et *Christoph. Iustelli* bibl. canonica tom. II. pag. 673-709. Paris. 1661. fol. hoc titulo: ἡ ὑπὸ Ἀριστηνοῦ σύνοψις τῶν [?] κανόνων πάντων. Seriem et ordinem, qui est in codice ecclesiae vniuersae, sequutus est, additis initio suae collectionis apostolorum canonibus, et in calce Sardicensibus, Carthaginiensibus, Trullanis, et S. Basilii, ex tribus epistolis illius petitis. Antequam editus esset, citabatur passim ab Antonio Augustino in notis ad veteres collectiones Decretalium. Aristenus, consultus, canonem Trullanum XXXVII. aduersus patriarcham Nicephorum Hierosolymitanum protulit, vt ad illum canonem a Balsamone adnotatum est. Ceterum in subscriptionibus concilii a. 1166. CPoli habiti, quas edidit *Allatius* lib. II. de consensu

u) Zonara antiquiorem Aristenum facit Allatius p. 419. de consensu.

v) Conf. supra vol. VII. p. 22. vol. IX. p. 52. vol. X. p. 375. nou. ed. tum infra, vol. XI. pag. 43. p. 46. pag. 53. nr. 19. p. 54. et 57. nr. 16. vet. ed. item *G. Caue* hist. litter. SS. EE. vol. II. pag. 238. ad a. 1166. quo synodo CPolitanae interfuit: *Oudin.* Comment. de SS. EE. II. pag. 1300. ad a. 1150. quo circ. ann. vel 1140. Alexius synopsin vel collectionem canonum quamdam composuisse putatur: *Hamberger* zuverläss. Nachr. tom. IV. p. 112. sq. qui citat quoque Magnam biblioth. ecclesiast. v. *Alexius*, et tradit, Alex. Arist. circ. a. 1130. iussu imperator. *Ioannis Comneni* composuisse synopsin: et *Sax.* in Onom. lit. II. pag. 253. ad a. 1160. — Canonum synopsis *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCII. nr. 4. — commentar. in canones et canonicas epistolas *Oxon.* in cod. Barocc. CCXXI. — *Leidae* inter codd. Vossianos, v. cat. bibl. Leidens. pag. 393. nr. 49. — In cod. *Escorial.* v. *Plüer.* itinerar. per Hispan. p. 156. — *Nomocanon, Vindobon.* in cod. caes. XVIII. nr. 2. 3. 4. iudice *Kollario* in notis ad Lambecii commentar. XI. part. 1. p. 126. sqq. et 129. *Harl.*

w) *Guil. Beueregius* prolegom. ad pandect. Canonum §. 27. seq. *Guil. Caueus* in hist. literar. S. E. [l. cit.] Ante Aristenum, Zonaram et Balsamonem epitomator Canonum satis antiquus graecus citatur ab Allatio de consensu pag. 191. *Fabr.* Oudin. l. c. censet, synopsin canon. quum in cod. Paris. illa disertis verbis tribuatur Alexio Aristeno, nullatenus ipso antiquiorem esse videri; [sed responderi potest, librarium ipsum forsan deceptum errasse; neque tamen ego, liti dirimendae me imparem esse diffiteor:] scholia autem, in eumdem conscripta, auctoris alicuius esse recentioris. *Harl.*

consensu cap. 12. nullam Nicephori Hierosolymitani mentionem reperio, ex qua Aristenum quoque illi concilio interfuisse viri docti colligunt, sed tantum Nicephori Caesareae nouae, et Nicephori Rhodi episcopi. Alexium Aristenum canonistam *libro de poenitentia* citat Nic. Comnenus in praenot. mystagog. pag. 410. *Notas ad librum Canonum Theodori Prodromi* pag. 278. *Explicationem Sacramentorum* pag. 309. *Notas ad titulum Basilicon de probationibus* pag. 283.

IX. SAMONAS, archiepiscopus Gazensis in Palaestina a. 1050., habuit *disceptationem cum Ahmede Saraceno*, quae lucem vidit *graece* vna cum liturgiis S. Iacobi, Basilii et Chrysostomi, Paris. 1560. fol. *Latine* in Liturgiis Sanctorum patrum ex Claudii de Sainctes editione Antwerp. 1562. 8. et tom. XVIII. bibl. patrum Lugd. pag. 577. *graece et latine* in auctario bibliothecae patrum Ducaeano Paris. 1624. tom. II. pag. 277. et in bibliotheca patrum Morelliana Paris. 1644. 1654. tom. XII. pag. 521. 526. Pars prior huius disceptationis legitur etiam inter opuscula Theodori Abucarae graece et latine edita, cap. XXII. sub titulo dialogi cum Saraceno, ostendentis, Panem mystica benedictione fieri corpus Christi. Vide *Mich. le Quien* ad Damascenum tom. I. pag. 655. et quae de Theodori Abucarae opusculis dixi volum. IX. pag. 180. x). Samonas ille a Saracenis postea religionis caussa interfectus, vnde eum martyrem adpellat *Nic. Comnenus* p. 407. praenot. mystagog.

X. THEORIANVS a Manuele Comneno imp. religionis caussa circa a. 1170. legatus ad Armenios missus, litteris tradidit *dialogum cum Norsesi Armeniorum catholico* habitum, quo ei Eutychianorum et Monophysitarum errores dissuasit y). Hic prodiit graece ex bibl. Ioannis Sambuci cum *Io. Leunclauii* versione Basil. 1578. 8. p. 1-195. Ei subiuncta sunt itidem graece et latine 1) *Leonis* I. papae epistola ad Flauianum [P] CPol. p. 196-226. 2) *Io. Damasceni* dialogus cum Manichaeo z) pag. 226-386. 3) *Leontius Byz.* de sectis aa) p. 386-555. 4) *Constantinus Harmenopulus* de sectis bb) p. 556-576. 5) Eiusdem de fide orthodoxa. cc) p. 577-583. 6) S. *Augustini* de Trinitate, cum graeca versione ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ περὶ τῆς γνώσεως τῆς ἀληθοῦς ζωῆς ἐπιγραφομένου pag. 584-599. et 7) *S. Hilarii* de eodem argumento ex sermone, qui post Pentecosten in festo S. Trinitatis recitatur, itidem cum graeca versione pag. 600-605. In margine notatur, hoc fragmentum non exstare inter Hilarii scripta, quae latine saepius lucem viderunt dd). *Theoriani* legatio siue dialo-

x) Siue vol. X. p. 368. sq. §. XXII. nou. ed. add. *Caue* hist. litt. SS. eccl. II. pag. 151. ad a. 1072. *Oudin.* comm. de SS. eccl. II. p. 859. sq. ad a. 1090. vbi iam memorat codd., nim. cod. *Bodlei.* XCIV. 19. siue nr. 2877. cat. codd. MSS. Angliae etc. vol. I. — cod. *Th. Gale* CXXIII. s. nr. 5957. dicti catal. vol. II. et cod. quondam *Marq. Gudii.* v. catal. illius librorum etc. Kilon. 1706. 4. p. 537. *Harl.*

y) Conf. notam paullo ante ad cap. anteced. de Isaaco Syro, fin. ante *indiculum*. *Harl.*

z) De hoc dictum volum. VIII. pag. 795. [s. vol. X. p. 709. n. 7. nou. ed.]

aa) Vol. VII. p. 451. [s. vol. VIII. p. 309. sq. nou. ed.] et vol. IX. p. 166. seq. [s. vol. X. p. 364. ed. nou.]

bb) Supra p. 277. vet. ed.

cc) P. 278.

dd) An in ed. *Scip. Maffei*, Veronae 1730. fol.? v. *Fabr.* bibl. lat. med. et inf. aet. tom. III. p. 254. ed. Mansi. *Harl.* Est enim *Alcuini* libris de Trin. subiecta et ei potius tribuenda, recepit tamen Maffeius in ed. Hilar. tom. II. p. 723. sq. *B.*

dialogus cum Armeniorum catholico graece et latine recusus in auctario bibl. patrum Ducaeano Paris. 1624. tom. I. pag. 439. et in bibl. patrum Morelliana Paris. 1644. 1654. tom. XI. "). Libellum adprime doctum vocat *Allatius* de consensu pag. 668. qui in libro de purgatorio pag. 690. et 822. nonnulla adfert ex Theoriani philosophi *epistola ad sacerdotes montana loca incolentes, de ieiunio sabbati, diuina communione, coniugio sacerdotum et non radenda barba.* Huius epistolae fragmentum falso Chrysostomi nomine venditauit Bonacursius dominicanus, qui postremis Thomae Aquinatis temporibus vivebat, in testimoniis patrum, quae in codice Colbertino MMMCCLXXXV. euoluit *Michael le Quien*, qui sub nomine Stephani de Altimura Panopliam contra schisma graecorum edidit. Vide panopliam hanc pag. 321. et praefationem pag. XVII. *Fabr.* Ex eadem epistola nonnulla adfert *Turrianus* lib. I. Apologiae eius pro canonibus apostolorum cap. XXI. pag. 95. adnotante *Fabric.* infra, vol. XIII. p. 809. *Harl.*

XI. EVSTATHIVS CPolitanus, monachus S. Flori, siue illius monasterii, quod aedi SS. Flori et Lauri in vrbe CPoli vicinum erat. Ita enim malo cum Bandurio ff) verba τȢ κατὰ Φλῶρον, apud Demetrium Chomatenum interpretari, quam cum Cangio diaconum ad Flori aedem. Deinde libellorum supplicum magister gg, magister rhetorum hh), hinc magnae ecclesiae CPol. diaconus, et ex designato Myrensis ecclesiae episcopo [?] archiepiscopus Thessalonicensis, insigni virtutis et eruditionis laude floruit temporibus Manuelis, Alexii, Andronici et Isaaci Angeli Comnenorum, adhuc superstes a. 1194. Magnis laudibus mactatur a *Niceta Choniate* in Annalibus lib. VIII. pag. 238. lib. X. pag. 334. et a *Michaele Psello* in epistolis ineditis, (ex quibus nonnulla adfert Cangius glossario graeco in Ῥήτωρ.) Defunctum pro funere laudarunt *Euthymius* et *Michael Choniates*, quorum orationes MStae Oxonii in bibl. Bodleiana codice Barocc. CXXXI. Euthymius inter alia celebrat *fasces epistolarum*, quas, ait, se habere Eustathii, manu ipsius exaratas. Epistolas Eustathii ad Psellum in codice regio euoluit *Cangius* pag. 1296. glossarii graeci ii). De *Commentariis* eius editis vberrimis kk) atque pereruditis *in Homerum* dixi lib. II. cap. 3. ll) et de Commentariis in

ee) MS. exstat *Paris.* in bibl. publ. sec. *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. II. pag. 737. *B.* nr. 2975. — *Vindobonae* in cod. caes. CCLIV. nr. 1. de quo et de edit. Leunclau. plura scripsit *Lambec.* in vol. V. p. 350. sqq. Conf. *Caue* hist. litter. SS. eccl. II. pag. 240. ad a. 1170. *Du Pin* hist. eccles. vol. X. p. 189. *Saxii* Onom. litt. II. p. 258. ad a. 1170. qui laudat *Pagii* Crit. Baron. a. 1170. V. *Harl.*

ff) *Demetrius Chomatenus* in responso pag. 317. lib. V. iuris graeco-rom. *Bandurius* ad Antiquitates CPol. pag. 836. *Cangius* glossar. graeco pag. 1295.

gg) Ἐπὶ τῶν δεήσεων, in inscriptione Eustathii commentariorum ad Dionysium.

hh) *Cangii* glossar. in Ῥήτωρ, et in notis ad Zonaram pag. 68. *Allatius* de consensu lib. II. c. 8. §. 4.

ii) *Eustathii*, metropolitae Thessalonic. epistolae LXXIV. *Paris.* in bibl. publ. cod. MCLXXXII. nr. 114. *Harl.*

kk) Spes editionis graeco-latinae commentariorum Eustathii in Homerum, quam a. 1708. Parisiis fecit publice Claudius Caperonierius, iam pridem videtur iterum euanuisse.

ll) Supra, vol. I. p. 390. sqq. vbi de commentarior. edit. Politi et in nota *l.* etiam de oratt. Eustathii quaedam obseruantur. De edit. Romana, 1542.

in Dionysium periegetem, quos Ioanni Ducae, Andronici Camateri, (de quo supra p. 286. ed. vet.) filio inscripsit, lib. 4. cap. 2. [mm]) In eodem, quem paullo ante memorabam, codice Barocciano [nn]) habentur plura Eustathii adhuc inedita, vt *Oratio in Manuelem Comnenum* imp. *Supplicatio* ad eumdem imp. *nomine ciuitatis Thessalonicae, quum siccitate laboraret. Lessus in fratris sui obitu.* In catalogo MStorum bibliothecae Scorialensis obseruaui memorari *orationem* ab Eustathio Thessalonicensi archiepiscopo habitam *ad eos, qui in templo erant S. Demetrii μυροβλύτε, in principio indictionis* anno 6702. (Christi 1194.) [oo]) Eustathii *Commentaria in Io. Damasceni Canones* siue Hymnos citat *Allatius* de consensu vtriusque ecclesiae

1542 - 1550. F. IV. tom. v. *Goetzii* memorab. bibl. Dresd. tom. I. syllog. 1. p. 54. sqq. — *Paris.* in bibl. publ. in XII. codd. sunt, (secundum catalog. MSS. Paris. regg. tom. II.) *Parecbolae in Homerum.* — *Florent.* in bibl. Laurent. codd. II. et III. plut. 59. comment. in totam Hom. Iliada. — ib. in cod. VI. comm. in Odysseam — in cod. XLIII. nr. 1. in Iliadis commentarium prolegomena, et nr. 2. comment. in rhapsodiae II. partem, quae inscribitur *nauium catalogus.* v. *Bandini* cat. MSSt. gr. Laurent. vol. II. pag. 488. sq. 493. et 572. sq. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CDLX. commentarii in Homeri Odysseam, manu Eustathii, notante Bessarione, scripti. — in cod. CDLXI. comment. in IX. priores Iliadis libros. — in cod. CDLXII. expositio in XV. libros Iliados posteriores. v. cat. MSSt. gr. Marc. p. 245. sq. — Secundum *Montfaucon.* Bibl. bibliothec. MSSt. pag 468. *E. Eustathii* in primum Moralium ad Nicomachum, in cod. Ven. bibl. Marc. — *Mosquae* in bibl. synod. cod. LXXIV. comment. in Iliada Homeri vsque ad librum Iota. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosquens. pag. 62. — In bibl. Elisabetana *Wratislau.* Homerus cum Eustathii comm. teste *Kranz* in Memorabill. illius biblioth. pag. 88. [De hoc cod. vid. inprimis Heyn. tom. III. Iliad. Hom. pag. LXXXVIII. seq. *Beck.*] — De *Eustathio Thessalon.* cui a nonnullis, etiam in aliquot catalogis codd. perperam adscribitur drama de Ismeniae et Ismenes amoribus, (v. supra, vol. IIX. p. 136. sq.) confer G. I. *Vossium* de histor. gr. libr. IV. cap. 19. et lib. II. cap. 3. *Io. Moller.* in Homonymoscop. sect. II. c. 5. §. 29. pag. 464. — *C. Oudin.* comm. de S. S. eccl. tom. II. pag. 1539. sqq. ad a. 1170. *G. Caue* hist. litter. SS. eccl. tom. II. p. 240. ad eumdem annum; — *Alex. Politum* in praef. ad eius edit. Eustath. comment. in Homeri Iliadem; *Le Quien* in ori. christ. tom. II. p. 48. *I. G. de Chaufepié* nouv. Diction. hist. et crit. h. v. *Hamberger.* in zuverläss. Nachricht. tom. IV. pag. 296. ad a. 1194. *Chr. Saxium* in Onom. lit. part. II. p. 251. sqq. vbi plures citantur; *Schroeckh.* in hist. eccles. christ. tom. XXIV. p. 552. *Harl.*

mm) Supra in vol. IV. p. 590. sq. et pag. 601. sq. atque conf. *Saxium* l. cit. et catal. bibl. Leidens. p. 198. vbi aliquot occurrunt editt. — *Vindobonae* in cod. caes. CCXCII. nr. 2. est inter anonymi cuiusdam obseruatt. miscell. nr. 3. obseruatio geographica de Aethiopibus, desumta ex *Eustathii* expositione gr. in Dionysii Alexandr. Periegesin: v. *Lambec.* V. p. 521. sq. ed. Kollar. add. cl. *St. Croix* Examen critiq. des Historiens d'Alexandre etc. ed. II. p. 94. not. 5. p. 54. not. 1. et p. 573. de eius vsu aliorum scriptor. *Harl.*

nn) CXXXI. in quo etiam est *Euthymii Monodia in sepultura Eustathii Thessal.* inc. Ἐμὲ δὲ ... et anonymi *Monodia* ad eumdem: inc. Ὦ συγγὸς αἰὼν· et inter aduersaria Ger. Langbaeni p. 268. cat. MSS. Angliae, vol. I. *Euthymii Monodia*, lecta ad sepulcrum Eustathii Thessal. aliquot dies, postquam obierat; *Eustathii* orat. ad imp. Emman. Comnenum; eiusdem ad eumdem *intercessio ex parte vrbis, siccitate laborantis. Harl.*

oo) *Oudin.* l. cit. duce Lambec. V. p. 558. sqq. adfert ex Baruoëtii catal. auctorum ineditor. in bibl. Scorialensi *Eustathii* orationem ad Michaelem Strathmitem, saccularium et chartophylacem, *quod saepe cum melodiis celebrare debeant memoriam S. martyris Demetrii; Eustathii* metropolitae Thessalonicensis *Homilias*, inter codd. chartaceos bibl. Basileensis. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCLXXXVIII. nr. 1. homil. *in laudem* Deme-

siae p. 613. 614. et in diatriba de Georgiis pag. 319. seq. [rr]). Iudice *Henrico Stephano* lib. de instituendis graecae linguae studiis pag. 14. *Eustathius multo dignior est fide, quam Moschopulus, et multo plus valuit iudicio, valde tamen inclinata iam eius aetate, et magnas mutationes passa erat lingua graeca, vt ex multis eius locis patet, et iis nominatim, in quibus vocabula quaedam commemorat sermonis, quem* ἰδιωτικὸν *vocat.*

De aliis Eustathiis dixi lib. V. cap. 21. volum VIII. p. 189. seq. *Fabr.* S. vol. IX. p. 149. sqq. nou. ed. vbi eos, quos h. l. Fabric. addidit, iam inserui et auxi. Atqui ille catalogus potest augeri. Quare liceat mihi, h. l. quaedam adiicere.

Ad Eustath. *Armenium* pertinent: *Vindobonae* in cod. LXIV. nr. 21. inter Basilii M. archiep. Caesar. epistolas, in epistola 21. est epistolaris confessio fidei nostrae orthodoxae, conscripta a S. Basilio M. et ab *Eustathio episcopo Sebastiae* subscripta: eadem est, at inscripta: Ἀντίγραφον etc. *exemplum fidei orthodoxae a S. Basilio M. dictatae, et ab Eustathio, Sebastiae in Armenia episcopo Ariano subscriptae*, in cod. CCL. nr. 7. v. *Lambec.* vol. III. pag. 302. et vol. V. p. 312. sq. Kollar.

Eustathius, vitae *Eutychii*, patriarchae CPolit., auctor, qui, haereseos reus, ab imperat. Iustiniano CPoli est in exsilium missus. v. *Surius* tom. II. d. 6. April. et *Baron.* A. eccl. ad a. 553. et 564.

Ad Eustathium *Sebastenum:* add. *Sam. Petiti* varr. lectt. lib. III. cap. vlt. et *Sculteti* medull. theolog. part. III. p. 305.

Eustathius *Synesius*. v. *Theod. Metochit.* capp. philos. et histor. XIX. atque *Casp. Barth.* Aduers. libr. LIII. cap. 9. *Harl.*]

[r] NICO-

Demetrii martyris; sed pars maior desideratur. — *Eustathius in Hexaëmeron* Leidae inter codd. Vossian. v. cat. biblioth. Leidens. p. 393. nr. 50. — In eadem bibl. *Eustathii* commentarius in hexahemeron, ac dissertatio de engastrimytho adversus Origenem, et de eodem Origenes, cum notis *Leon. Allatii* gr. et lat. Lugduni 1629. 4. Principium Eustathii cum MSto contulit Is. Vossius. v. cat. cit. p. 41. *Harl.*

pp) V. supra, vol. IX. pag. 743. ibique citat. cod. *Vindob.* CCXCVIII. in quo exstat *Eustathii* expositio amplissima in Damasceni canonem siue canticum iambicum pentecosticum de Spiritu S. de quo cod. et de Eustathio eiusque oratt. ex Baruoëtii catal. v. Lambec. V. pag. 556. sqq. vbi quoque Posseuinum, qui Eustathium numero scriptorum eccles. excludit, satis refutat. Add. *Kollar.* not. *A.* ad vol. III. pag. 319. sq. contra Posseuinum; Ibid. docet Koll. contra Lambec. quod Eustathius vocatus sit *metropolita*, haesitantem, in cod. caesar. LXV. nr. 8. Eustath. opusc. ineditum, at in cod. hocce mutilum et misere habitum, *consideratio et correctio vitae monasticae*, reuera scriptum esse ab Eustathio, archiepiscopo Thessalonicensi: atque vidimus, in aliquot libris scriptis eum cognominari *Metropolitam.* Sic *Paris.* in cod. MCLXXXII. nr. 14. secund. catal. MSSt. regg. II. p. 259. exstant *Eustathii, metropolitae Thessalon. epistolae septuaginta quatuor. Harl.*

[¶] NICOLAVS *grammaticus* [qq]), patriarcha CPol. ab a. 1084. ad 1111. de cuius decretis atque epistolis synodicis editis atque ineditis *Caueum* [rr]) consulere iuuabit. Carmen vero, quod versibus politicis exstat MStum in bibl. caesarea [in cod. XVIII. nr. 17. vid. *Lambec.* VI. p. 134. seq. ibique Kollar. *Harl.*] *de ieiuniis ac festis totius anni*, Nicolaum patriarcham quidem habet auctorem, Νικολάυ πατριάρχυ άγίυ ποίημα, incertum autem, an Mysticum potius, an Chrysobergen, an Muzalonem; nam et hi fuere Nicolai patriarchae [ss]). Sed age per hanc occasionem, et alios Nicolaos, qui graece scripserunt, paucis persequamur.

Nn 3 [¶] *Alii*

qq) Alius *Nicolaus grammaticus*, qui ad Musulmannorum religionem se contulit, vt ex Germani II. ab a. 1226. ad 1240. patriarchae CPol. ad eum epistola notatum est supra pag. 166. [v. *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 392. de cod. CCLXXVIII. fol. 193. *Harl.*]

rr) Tom. II. p. 156. ed. Basil. ad a. 1084. — *Paris.* in bibl. publ. codd. CCCLXIV. nr. 15. et MCCCXXI. nr. 11. *Nicolai* — *responsa ad interrogata monachorum montis Scti* — in cod. MCCLXXVII. nr. 17. *versus politici ad praepositum Scti montis:* poema autem illud esse quoddam quasi typicum, notatur — in cod MCCCXXXII. nr. 59 *carmen de vitae recte instituendae ratione*, quod Nicolao patriarchae CPolitano tribui dicitur in cat. codd. bibl. Paris. regg. II. p. 295. — in cod. CCCC. nr. 2. *lamentatio deiparae, ad crucem stantis.* — *Florentiae* in bibl. Medic. Laurent. cod. II. nr. 80. plut. 5. *Nicolai* patriarchae in Thomaite et aliorum *responsiones ad metropolitam Philippolis Basilium: Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 9. citat Leunclauii ius graeco-rom. libr. III. pag. 215. et in indic. ad. vol. III. p. 551. suspicatur, illum Nicol. esse patriarch. CPolitan. qui cognomento *Grammaticus* dicitur, atque huic ibid. nr. 87. quoque tribuit *interrogationes quorumdam monachorum extra vrbem degentium, et responsiones ad ipsos factas a S. CPolitana synodo, tempore — patriarchae Nicolai* vna cum expositione *Balsamonis. Bandin.* citat *Beueregii* pandect. canonum etc. tom. II. part. 1. — Hae interrogationes sunt etiam *Vindobonae* in cod. CLXXXIV. nr. 4. v. *Lambec.* IV. p. 434. sq. ibique not. Kollarii de aetate Nicolai — ib. in cod. XV. nr. 2. v. *Lambec.* VI. part. I. p. 113. sq. qui eas exstare, adnotat, inter opp. *Theodori Balsamon.* Lutet. Paris. 1620. fol. pag. 227. sqq. gr. et lat. — *Musquae* in cod. XXX. v. *Matthaei* not. codd. Mosq. pag. 283. — *Venetiis* in cod. Naniano CCXXXII. nr. 7. v. cat. codd. gr. Nan. p. 426. — it. in codd. *Coislin.* XXXIX. v. *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 114. et pag. 186. de cod. CXII. in quo est ex Nicolao patriarcha et multis aliis collectio rerum moralium: it. p. 105. in cod. XXXV. f. in decreto ab imp. Alexio Comneno edito circa vnionem synodi cum Leone Chalcedonensi, in quo dicitur *Nicolaus* patriarcha CPol. adsedisse imperatori: — Ibid. p. 194. de cod. CXX. in quo reperitur catalogus patriarcharum CPolit. qui incipit a Stachy et desinit in *Nicolao*, patriarch. LXXXVIII. circ. a. 912. — ibid. p. 563. in cod. CCCLXIV. nr. 23. *canones* tempore Nicolai patriarchae. — Secundum *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSSt. I. pag. 28. *A. Decreta patriarcharum CPolit. de nuptiis*, *Romae* in bibl. reginae Sueciae. pag. 183. *C. Nicolai* patriarchae (*Mystici* potius?) *epistola synodica ad imper. Alexium Comnenum: quod non liceat eximere episcopatum a metropolitanis*, gr. *Romae* in bibl. Ottobon. — p. 699. *D.* eiusdem *epistolae*, in bibl. *Sfortiana.* — In bibl. *Escorial.* cod. sunt Nicolai patriarchae CPol. epistolae VII. ad diuersos, teste *Pluero* in itinerario per Hispan. p. 184. — *Vindobonae* in cod. VI. nr. 16. est, adnotante *Kollario* ad Lambec. VI. p. 68. nr. 4. *Nicolai* locus de excommunicationis modo et norma. *Harl.*

ss) Add. cod. Venet. *Nanian.* CCVI. nr. 3. (v. cat. codd. gr. Nanian. p. 404.) et *Taurin.* cod. LXIV. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 161. *Harl.*

[P] *Alii Nicolai qui graece scripserunt.*

Nicolaus ὁ μυρεψὸς, *Alexandrinus* medicus, cuius magnum opus de compositione medicamentorum in sectiones XLVIII. digestum, latine versum a *Leonhardo Fuchsio* saepius lucem vidit Basil. 1549. fol. Lugd. 1550. 8. Francof. 1626. 8. atque inter Medicos principes H. Stephani 1567. fol. cum eiusd. adnotatt. p. 353. [de Stephani edit. v. *Goetzii* Memor. bibl. Dresd. tom. II. syll. II. pag. 162. et de *Fuchsii* edit. ib. syll. V. pag. 430.] Graece necdum editum in bibliothecis seruatur MS. hoc titulo: Νικολάου τὸ μέγα δυνάμερον ὃ περιέχει καὶ τὴν κατασκευὴν τῆς μυρεψικῆς τέχνης ἐν βιβλίοις κδʹ, κατ' ἀλφάβητον. *Fabr.* Plura de hoc tradidit Fabric. infra, in vol. XIII. pag. 4. sqq. vbi quoque eadem, quae hoc loco de eo scripserat, ad verbum repetierat: ideoque ea h. l. omisi. Add. ibid. p. 346. seq. vbi multi Nicolai *medici* in elencho medicor. vett. occurrunt. Hic tantum memorabo quaedam. — *Nicolai Alexandrini* liber de compositione medicamentorum secundum loca. Latine, *Nicolao Rhegino* interprete, cum adnotatt. *Io. Agricolae Ammonii.* Ingolstad. Alex. Weissenborn. 1541. 4. rec. Venet. 1543. et 1560. Sed haec interpretatio diuersa esse dicitur ab ea, quam Fuchsius fecit, et ab alio confecta, qui id opus ex Nicolai aliorumque operibus congesserit. Atque docente *Saxio* in Onom. lit. part. II. p. 321. de nostro medico graeco ad a. 1280. *Alb. Hallerus*, qui in bibl. botanica lib. I. cap. 105. pag. 166. sqq. tom. I. egit de eo, ibid. c. 106. p. 168. seq. et in Add. p. 635. tom. II. distinxit hunc *Nicolaum* ab alio *Nicolao Alexandrino*, *Myrepsiani* operis epitomatore. Add. de nostro eumdem *Haller.* in bibl. medic. pract. I. p. 324. seq. — *Io. Freind.* Hist. medic. p. 217. *Hamberger.* zuverläss. Nachrichten etc. p. IV. p. 480. qui, eum ante an. Chr. 1301. in viuis fuisse, tradit. — De codd. et quae de nostro adhuc adnotari possint, infra suo loco, plura dicentur. *Harl.*

[*Nicolai* cuiusdam et aliorum epistolae ad Georgium Calybam, *Vindobon.* in cod. caesar. CCLXXXIX. nr. 3. v. *Lambec.* V. p. 501. seq. — *Nicolai* ἐκ τῶν ἐθῶν συναγωγῆς dicta sunt seruata in *Arsenii* Ἰωνιᾷ, *Florent.* in cod. Laurent. XXVI. plut. 4. teste *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. I. p. 549. — eod. teste, tom. I. p. 214. in cod. VIII. nr. 46. plut. 7. *Nicolai* cuiusd. saec. circ. XI. carmina in laudem S. Gregorii Nazianz. quae edidit Bandin. — tom. II. p. 468. nr. 7. in cod. XXV. plut. 58. alius *Nicolai*, sacerdotis, quinque vel sex epigrammata iambica. — Sed omnium *Nicolaorum*, qui permulti sunt, nomina scriptaque, quorum MSStor. in variis bibliothecis seruatorum ingentem numerum suppeditabit index ad *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSSt. tom. I. pag. CLXXVII. seq. hic commemorare non vacat. — De Nicolais, latinis scriptoribus, consules *Fabricii* bibl. mediae et infimae latin. tom. V. p. 100. sqq. ed. Mansi. *Harl.*]

Theodorus, siue Nicolaus *Andidorum* episcopus in expositione mysteriorum missae ad Basilium Phytiae episcopum citatur ab *Allatio* de consensu p. 1142. [*Paris.* in bibl. publ. codd. MCCLXIII. nr. 1. et MCCCLVI. 18. et *Mediolani* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 502. *A. Harl.*]

[Ad Nicolaum, episcop. *Adrianopol.* scribit Leo Chalcedon. metropolita, et Nicolaus, patriarcha

triarcha *Antiochen.* laudatur in epistola synodi Nicaenae; ad alium scribit Theodorus Studita, et ad alium Marcus monachus. vid. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 103. 102. 322. et 199. add. de aliis p. 86. ex Nicolai synagoge p. 575. 578. et 585. *Harl.*]

[Nicolaus *Artabasta.* v. supra, vol. V. p. 648. *Harl.*]

Nicolaus *Atheniensis* metropolita, cuius explicationem missae siue diuinorum officiorum laudat Nic. Comnenus in praenot. mystagog. p. 26. 33. 399. Officium sancti olei, quod in demortuos canitur, Allatius de libris eccles. graecor. p. 120. 128. *Fabr.* Conf. supra in h. vol. p. 82. et de Nicolao *Atheniensi rhetore* et Nicolao *Cabasila* supra ad vol. VI. pag. 134. not. *bb.* vbi quoque in contextu tres alii Nicolai *rhetores* gr. proferuntur. *Harl.*

Nicolaus *Bubalius*, iatrosophista, qui epigrammate graeco decorauit Nic. Comneni Papadopoli, Cretensis, praenotiones mystagogicas a. 1697. fol. Neapoli editas.

Nicolaus *Bulgarus*, Corcyraeus, doctus et accuratus vir in sacram catechesin, in primam partem sacrae liturgiae, (vbi de templo) laudatur ab eodem *Comneno* p. 178. 398. [vid. plura, infra p. 494. in h. vol. vet. edit.]

[P] Nicolaus *Cabasilas*, de quo ad Allatium libro de Nilis. [v. supra, vol. X. pag. 25. sqq. *Harl.*]

[Nicolaus *Calliaces*, Cretensis, v. infra, *Procopium* in vol. XI. p. 788. vet. ed. et pag. 789. de *Nicolao ex Moldauia. Harl.*]

Nicolaus *Callicles*, archiater, ad quem Theophylacti Bulgaror. archiepiscopi epistolae. [vid. supra, in h. vol. p. 82. et infra, vol. XIII. p. 347.]

Nicolaus *Chrysoberges*, patriarcha CPol. ab a. C. 983. ad 996. Cuius synodicon de testium auctoritate citat *Nicolaus Comnenus* pag. 285. praenotion. mystagog.

[Nicolaus *Carameus*. v. infra, Procopium in vol. XI. p. 779. ed. vet. *Harl.*]

[Nicolaus *Chalcondyles*. v. supra, vol. VII. p. 793. sect. XIV. *Harl.*]

[Nicolaus *Cirdyniata*, patriarcha CPolitan. de quo v. *Lambec.* V. pag. 171. nr. 12. Pluribus vero patriarchis CPolit. commune fuit nomen *S. Nicolai. Harl.*]

[Nicolaus *Comnenus*. v. infra, hoc vol. p. 418. ed. vet. et *Procopium*, infra, vol. XI. p. 799. ed. vet. *Harl.*]

[Nicolaus *Chartularius*: ad eum scribit Theodorus Studita. v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. pag. 313. — ibid. p. 99. et p. 100. Nicolaus *Confessor* et patriarcha laudatur in cod. XXXIV. f. in epistola Nicaenae synodi ad Alexandrinorum ecclesiam. *Harl.*]

[Nicolaus *Corcyr.* metropolitan. v. supra, vol. VII. p. 54. nr. 11. et *Bandin.* cat. codd. gr Laur.

Laur. I. p. 29. n. 86. cuidam interfuit synodo. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 104. vbi quoque nominatur Nicolaus *Mermentolus*, protoproedrus et senatus Drungarius, magnus vigiliae: ac p. 126. Nicolaus ὁ εὔνα Παψᾶ. *Harl.*]

[Nicolaus *Curopalata*, et magnus Drungarius Vigiliae, cognomine *Scleras*. Ad eum novella Alexii Comneni, in cod. caes. III. ar. 16. v. *Lambec.* VI. p. 41. In *Freheri* tamen Iure gr. rom. tom. II. p. 185. seq. ille vocatur Nicetas. *Harl.*]

Nicolaus *Damascenus*, de quo dixi lib. III. c. XI. p. 306. seq. *Fabr.* Siue supra, vol. III. p. 500. seq. add. ibid. p. 742. et vol. IX. p. 684. not. uu. Huic Nicolao Damasceno *Petrus Victorius* varr. lectt. XXV. 13. tribuit librum περὶ κόσμου, quem alii adsignant Aristoteli: vide supra, vol. III. p. 233. — *Diogenes Laërtius* XIII. 3. citat Nicolaum ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν ἐπιγραφομένων Διοκλείων ἐλέγχων. — Ab illo distinguitur Nicolaus *iunior*. v. supra, vol. VII. p. 446. *Harl.* Add. *I. C. Orell.* ad Nicolai Damasc. historiarum Excerpta et Fragmenta. L. 1804. 8. et *Coray* in Prodromo bibliothecae Hellen., Par. 1805. p. 221. seq. *Beck.*

Nicolaus *Doxopater*, nomophylax et notarius patriarchalis CPol. cuius scholia in Nazianzeni carmina exstant MSS. in bibl. caesarea. *Fabr.* Vid. supra, vol. VIII. p. 434. *Harl.*

Nicolaus *Euboicus*, infra in Secundino.

[Nicolaus *Hagiotheodetus*, Ict. v. infra, in h. vol. p. 515. ed. vet. *Harl.*]

Nicolaus *Heracleensis*, archiepiscopus.

Nicolaus *Hydruntinus*, Μαΐστωρ Ἰδρέσσης, quod *magistrum rhetorum* interpretor. Sub Alexio IV. Angelo clarus circa saeculi duodecimi initia, atque interpretis functus officio est in disputationibus cum latinis religionis caussa habitis CPoli, Athenis vel Thessalonicae: varia scripsit contra latinos per modum dialogi, tria potissimum, quae latine etiam versa feruntur MSS. fortasse, vt *Allatius* p. 703. et 704. de consensu notat, ab ipso auctore, vtriusque linguae perito. Primum syntagma *de processione Spiritus S.* in quo Nicolai Methonensis et Georgii Corcyrensis insistit vestigiis, et Hugonem Etherianum oppugnat. Incipit: ὡμολόγηται ὅτι καὶ ὅλη Θεότης μονάς ἐστι καὶ ἓν κατὰ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας. Secundum *de pane coenae sacrae, fermentum scilicet a Christo discipulis esse praebitum.* Incipit: κοινωνικὸν μὲν ζῶον ὁ ἄνθρωπος καὶ τῆς ἰδίας φύσεως. Tertium *de ieiunio Latinorum in sabbato; non esse missam perfectam in quadragesima celebrandam, et de coniugiis sacerdotum, et aliis.* Incipit: ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος. Vide *Allatium* lib. II. de consensu cap. 13. §. 4. Idem *Scholion* eius *de Celestino papa et Celestio haeretico* exhibet lib. I. c. 21. §. 3. pag. 333. et ex libris iam memoratis et necdum editis fragmenta p. 352. 582. 626. 1208. et contra Hottingerum 13. 241. etc. *Fabr.* A quibusdam *Magister Hydrussae* dictus est. Conf. *Caue* Hist. litter. SS. eccl. II. p. 279. ad a. 1201. et *Oudin.* comment. de SS. eccl. III. ad an. Chr. 1210. col. 13. sqq. qui plura ex *Allatio* de consensu etc. excerpta dedit. *Florentiae* in bibl. Medic. Laurent. sunt plura huius Nicolai carmina et alia scripta. In cod. X. plut. 5. nr. 30-39. carmina iambica in Christum; in S. Nicolaum; ad sacerdotem tria; tum

de

de calumnia; de regno; de ira; de bono maloque visu: nr. 41. 42. versus in S. Petrum; in Parmam, subiugatam a Friderico imper. nr. 44. litterae commendatitiae, scriptae a. Chr. 1198. nr. 66-68. versus in montem Thabor; ad S. Stephanum, atque in SS. Basilium et Gregorium: nr. 76-79. versus in SS. Anempodosium, Aphthonium etc. in dei matrem, (alii in eamdem, nr. 81.) in S. Thomam et in Ioannem, capite amputatum. — In cod. XXXVI. (in quo quidem dicitur sacerdos *Tarentinus*, ab aliis vero *Hydruntinus*,) nr. 1. Sermo in eos, qui irrident graecos propter illos, qui coronas imponunt desponsatis, et de Synaxi, quae fit extra templum in sancta nocte resurrectionis Iesu Christi. — nr. 2. de barba non radenda; nr. 3. poëma de igne purgatorio; quod quidem in cod. tribuitur *Georgio* metropolitano Corcyrae; sed quia, teste Allatio, multa ex scriptorum incuria, quae ad Nicolaum pertinent Gregorio perperam adiudicantur, *Bandin.* I. p. 60. incertus est, annon id poema potius *Nicolao* sit adscrendum; nr. 4. 5. 6. et 7. disputatio aduersus Latinos, siue tria syntagmata, cum latina versione aeque antiqua, forsan ipsius Nicolai, in forma dialogi inter Graecum et Latinum, de iisdem argumentis, de quibus disputat Nicolaus Methonensis in suo triplici syntagmate, ex quo multa decerpsit Hydruntinus: de quibus multus est *Bandin.* l. c. — nr. 8. de sanctis imaginibus; nr. 9. libell. quod non deceat mulieres introducere in sacrarium, quemadmodum Latini faciunt. — In cod. XIV. nr. 12. plut. 86. prooemium in Laxauterii artem, ex romana lingua in graecam ab ipso translatum, quum prius chaldaice scriptum esset, et ex aliis etiam libris, late iam dispersis, compositum. Idem in cod. *Escorial.* teste *Plüero* in itiner. per Hispan. p. 184. vbi dicitur *Nicolai Hydrussae*, prooem. in artem sculptoriam etc. — Tum in cod. *Laurent.* XXI. nr. 8. plut. 87. fragmentum disputationis inter Graecum et Latinum de processione Spiritus Sc̄ti. Plura de his leges in *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. tom. I. p. 24. seq. 28. 60. sqq. et vol. III. p. 340. ac 407. — *Paris.* in bibl. publ. in cod. MCCLV. nr. 1. dialogi s. disputatt. aduersus Iudaeos: sed finis desideratur. — in cod. MCCCLXXI. nr. 9. epistola ad orientales, qua nonnullis quaestionibus respondet. Ibid. inter codd. cardin. *Radulphi*, secundum *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSSt. II. p. 776. *B. C.* nr. 127. dialogus contra Iudaeos, et nr. 128. de dissensione inter Latinos et Graecos. *Harl.*

Nicolaus *Lichina*, Monembasiota, cuius meminit *Montfauconus* in bibl. Coisliniana pag. 60. Longe plures *Nicolaos* scribas ac librarios idem vir celeberrimus memorat in Palaeographia graeca.

[Nicolaus *Lucanus*, de quo v. supra, vol. I. p. 408. sect. XVI. — et de Nicolao ex *Moldauia*, infra, in vol. XI. p. 789. ed. vet. Procopius. *Harl.*]

[*Magister Nicolaus*, de articulis fidei: incipit cum epistola ad Clementem, papam, *Dublin.* in cod. collegii S. Trinitatis I. 9. siue nr. 141. cat. MSSt. Angliae II. part. 2. *Harl.*]

Nicolaus *Malaxus*, Peloponnesius archipresbyter et protopapa Nauplii, quem libris Graecorum liturgicis multa adsuisse arguit *Allatius* de consensu p. 1160. et de libris ecclesiasticis graecorum pag. 219. [conf. supra, in h. vol. pag. 82. *Paris.* in bibl. publ. cod. CCCLXIX.

CCCLXIX. nr. 1-4. sunt eius *Triodia*, quae quindecim primis diebus m. Augusti in honorem S. Virginis recitari solent; Pentecostoria II. diuersa et canon lamentatorius in luctuosissimum ab vrbe Nauplio discessum. — *Venet.* in cod. Naniano CLXXXVIII. *officia* pro mense Sept. — in cod. autem CXVIII. 1. opusculorum *Nic. Malaxi* collectio, diuisa in capp. s. opuscula 136. conf. codd. gr. Nan. p. 394. et 398. seq. *Harl.*

[Nicolaus *Manceps*: ad eum scripsit epistolas Theodorus Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 147. seq. 317. 319. *Harl.*]

Nicolai *Mesaritae* epistolae duae a. 1203. scriptae ad Theodorum Lascarim, MSS. in bibl. caesarea.

Nicolaus *Methonensis* in Peloponneso episcopus et metropolita, multum Mich. Cerulario recentior, et ad duodecimum referendus saeculum, nec confundendus cum Nicolao Cabasila tt), plura scripsit aduersus Latinos, maximam partem inedita adhuc, librum primum *de primatu papae* citat *Nic. Comnenus* pag. 366. praenot. mystagog. librum secundum contra latinos p. 356. Eiusdem *Syllogismos de processione Spiritus S.* quorum initium: ὡμολόγηται ὅτι καὶ ὅλη ἡ Θεότης μονάς ἐστι καὶ τὸ ἕν. et alterum, quod incipit: ἐχρῆν μὴν μηδ' ἀπολογεῖσθαι τοῖς οὕτω καινοφώνοις καὶ καινοπίστοις. Nec non tertium *de azymis* euoluisse se testatur *Allatius* lib. II. c. 10. de consensu §. 2. p. 627. cuius initium, τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην, ὦ Λατινόφιλε, πρὸς σέ. Aliud scriptum de *processione Spiritus S.* idem memorat, quod incipit: Βασιλεῦ οὐράνιε, Παράκλητε ἀγαθὲ, sed illud iuniori cuidam Νικολάῳ λάμψαντι νέῳ Μεθώνης tribuendum suspicatur, qui scripserit post Nicephorum Blemmydam. [v. *Cau.* Hist. litt. SS. eccl. II. p. 253. ad a. 1196.] In bibl. Bauarica uu) adseruati sunt praeter librum de processione Spiritus S. graecolatinum, *liber de S. Eucharistia in pane fermentato conficienda. Liber de*

tt) *Allat.* de consensu pag. 858. et 554.

uu) In cod. XXVIII. fol. 266. est op. aduersus latinos *de Sto Spiritu*, et inc. Βασιλεῦ οὐράνιε etc. quod Allatius iuniori Nicolao Methon. tribuit. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. IV. p. 23. — ib. a. 1804. part. 3. pag. 15. sq. recensetur cod. LXV. in quo sunt opusc. a Fabricio ex illo cod. (olim CI.) iam citata, (eadem sunt *Florentiae* in cod. Laurent. XII. nr. 2-5. de quibus multus est *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 407. sq.) et (vti quoque in cod. Laurent.) alius Nicolai Methon. liber ineditus gr. lat. *de processione Spiritus Scti*; incip. Ἐπειδὴ νῦν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματός ἐστιν ἡμῖν ὁ λόγος. — In eadem parte p. 31. sq. sunt in cod. LXVI. 1) argumenta in capitibus contra nouum latinorum dogma, quod Spir. Sctus ex patre et filio procedat, synoptice a *Nic. Methonensi* ex scriptis S. Photii variis in capp. XXXV. extracta: Atque cl. *Hardt.* suspicatur, apud *Ioan. Mingarellum* (p. 418. cat. codd. gr. *Nanian.*) in cod CCXXVII. nr. 2. idem esse, licet capp. XLIII. numerentur: (in illo autem cod. Naniano est quoque *Nic. Meth.* orat. de Spiritu S. quae incipit βασιλεῦ οὐράνιε etc.) — 2) sequitur alia synopsis *Nic. Methon.* in iis, quae quasi in epilogo diffuse a Photio scripta sunt; inc. Προφανολζονται, ὅτι Ἀμβρόσιος etc. — *Venetiis* in bibl. Marc. codd. CL. et DLXXV. *de processione Spiritus Sti*: in posteriore etiam *contra latinos de azymis* v. cat. codd. gr. Marc. p. 83. et 303. — Add. *Bandin.* catal. bibl. Gaddianae etc. V. p. 773. sq. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MCCLXI. nr. 4. liber de processione Spiritus S. — idem et de azymis in cod. MMDCCCXXX. nr. 12. et 13. — Sec. *Montfauc.*

de ieiunio latinorum in sabbato et de sacerdotum coniugio, et quod in quadragesima non sit perfecta missa celebranda. In eadem bibl. vv) atque in aliis obuia huius Nicolai *discussio theologicae institutionis Procli,* Platonici philosophi. Ex scripto de processione Spiritus S. petita videtur eius Θεολογία περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος siue fragmentum *de SS. Trinitate* in bibl. caesarea ww), incipit: τίς ὅλως ἀνάσχοιτο τῶν ἐν Χριστιανοῖς τελούντων ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος δύο εἰσάγειν αἴτια. - *Orationem contra transgressores legis diuinae* citat Nic. Comnenus p. 166. In Nicolai Hydruntini scriptis multa ad verbum ex Methonensi repetita et expressa reperiri notauit *Allatius* de consensu pag. 705. et 627. Editum huius Methonensis nescio num aliud quicquam exstet quam breue scriptum πρὸς τοὺς διστάζοντας καὶ λέγοντας, ὅτι ὁ ἱερουργούμενος ἄρτος καὶ οἶνος οὐκ ἔστι σῶμα καὶ αἷμα Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *de corpore et sanguine Christi aduersus eos, qui dubitant, an consecratus panis et vinum sint corpus et sanguis domini.* Graece cum liturgiis SS. Iacobi, Basilii et Chrysostomi Paris. 1560. fol. pag. 129-133. Latine in liturgiis Claudii [P] de Sainctes Antwerp. 1562. 8. p. 77. atque in bibliothecis patrum, vt Lugdunensi tom. XXIII. p. 634. tum graece ac latine in auctario Ducaeano tom. II. pag. 372. et in bibliotheca patrum Morelliana Paris. 1644. 1654. tom. XII. pag. 516-520. *Fabr.* MS. in cod. *Coislin.* CCXC. teste *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 406. — conf. *Caue* Hist. litt. SS. eccl. II. p. 159. circ. a. 1090. *Harl.*

[Nicolaus quidam *monachus*, qui manu sua descripsit Homilias Basilii M. in cod. Mosquensi XVIII. v. *Matthaei* notit. cit. p. 34. nr. 1. Sed plures reperiuntur Nicolai, qui codd. describendis operam addixerunt. Alius *Nicol. monachus* occurrit supra in vol. IX. pag. 269. et de eius epistola ad Marcum eremitam edita, v. infra vol. XIII. p. 753. sect. XXX. — *Nicolai Modrusiensis* episcopi, commentar. in Psalmos, *Romae* in bibl. Vatic. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MStar. p. 102. *C. Harl.*]

Nicolaus *Muzalo*, Cypri pridem archiepiscopus, et ex abbate monasterii Cosmidii patriarcha CPol. ab a. 1147. ad 1151. Vide *Bandurium* ad antiquitates CPol. p. 919. 920. Huius Synodicon, quomodo Sacramenta ministrari debeant, citat *Nic. Comnenus* p. 310. praenot. mystagog. Et aliud, ne laici testes sint contra clericos p. 285. et 245. Hunc Muzalonem testatur *Balsamo* ad can. 63. Trullanum, quum in vitam S. Parasceues a fabulatore quodam inepte et insulse scriptam incidisset, eam flammis tradidisse, atque diacono cuidam rectius scribendam iniunxisse. *Fabr.* Hic Nicolaus, archiepiscopus *Cypri*, fuit auctor catenae expositionum in Esaiam; in quo opere multa exstare dicuntur

fauc. Bibl. biblioth. MSSt. I. pag. 613. *E.* in bibl. *Basileensi*, de process Spir. Scti. gr. a. 1454. — id. ibid. pag. 646. *D.* in bibl. *Bodleiana*, et pag. 1919. A. inter codd. bibl. *Mazarin.* — *Mosquae* in bibl. synod. sunt in pluribus codd. vt XIII. CLX. CCLX. CCCLIII. CCCLV. et CCCXCIV. opusc. Nic. Meth. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 30. 166. 231. sq. 257. 252. *Harl.*

vv) In cod. LIX. v. cel. *Hardt.* l. c. an. 1804. part. 1. pag. 58. sq. *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLVI. Conf supra in vol. III. pag. 147. inprimis vol. IX. p. 409 sq. et not. *g.* de codd. *Harl.*

ww) [In cod. CCXLVI. nr. 1. v. *Lambec.* V. p. 239. Kollar. *Mediol.* in bibl. Ambros. explicatio in Theologiam sexies. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 502. *A. Harl.*]

tur fragmenta SS. PP. quorum opera interciderunt. Is vero, vt *Bandin.* qui eum *Muzanum* vocat, in catal. codd. gr. Laur. tom. I. p. 18. seq. ait, „fuit Cypri archiepiscopus, et, abdicato munere, in Cosmidii coenobium secessit, vbi, quum XXXVII. annos priuatam vitam egisset, regiae eiusdem vrbis pontifex factus est, mense Decembri a. MCXLVII. eiecto Cosma II. patriarcha, Manuele Comneno imperante. vid. *Leunclau.* libr. IV. iuris graeco-rom. de translationibus episcoporum, p. 295. etc." Is tamen coactus, dignitatem abdicare, ad priuatam vitam rediit. *Bandin.* citat *Le Quien* in oriente christiano, Paris. 1740. tom. I. p. 268. et tom. II. p. 1051. *Harl.*

[S. Nicolaus *Myrensis.* v. supra, vol. X. p. 298. seq. n. ed. add. *Montfauc.* in bibl. Coislin. in codd. eius acta p. 179. bis, 195. 212. 422. ex eius vita p. 192. 198. vitae fragm. p. 563. eius laudatio, pag. 418. — vita in cod. Mosquensi CLXII. nr. 11. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 92. et in cod. *Harleiano*, nr. MMMXCVII. cat. librorum MSSt. bibl. Harleianae. — vita Myrensis episcopi *Florent.* in aliquot codd. Laurent. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 495. 507. 508. 511. bis. 513. et p. 510. de cod. XIV. 2. plut. 11. preces et cantica in laudem S. Nicolai: p. 100. de cod. V. plut. 6. citatur in exposit. SS. praeceptorum. — Sed pluribus commune fuit *Sancti Nicolai* nomen. — De alio *Nicolao*, *e Myris Lyciae*, rhetore, et de *Nicolao* sophista, vid. supra vol. VI. p. 134. seq. ibique not. *bb.* et ibid. p. 764. fin. *Harl.*]

Nicolaus *Myrepsus*, vide supra in Alexandrino.

Nicolaus *Mysticus*, patriarcha CPol. ab a. 895. ad 906. et ab a. 911. ad 925. De quo acta Sanctor. ad XV. Maii tom. III. p. 509. Huius epistolae variae in tomis concil. et a Baronio ad a. 912. nr. 6. et ad a. 916. et a Labbeo p. 1268. editae, a *Caueo* xx) enumerantur. Decreto de litteris patriarchalibus gratis concedendis, quod exstat in iure graeco-rom. lib. IV. p. 249. yy) adde eius Synodicon de gradibus matrimonii, quod citat *Nic. Comnenus* p. 283. praenot. mystagog.

Nicolaus *Mytilenaeus* archiepiscopus.

Nicolai I. papae rom. ab a. 858. ad 867. Epistolae exstant latine in tom. VIII. concilior. Labbei et tom. V. Harduin. [v. infra, in vol. XI. pag. 530. sqq. 535. seq. 538. et 540. *Harl.*] Nonnullas etiam graece versas laudat *Allatius*, vt *ad Michaelem imp.* p. 1212. de

xx) In hist. litt. SS. eccl. II. p. 68. ad a. 892. quo circ. anno eum ecclesiae CPolit. patriarcham creatum, a. 903. a Leone imp. sede exactum, et ad Galacraneum monasterium relegatum, a. 911. ab Alexandro imper. sedi suae restitutum, et a. 924. mortuum esse scribit Caueus. Add. *Oudin.* in comment. de SS. eccles. II. col. 341. sqq. ad a. 890. qui annorum ratione differt a Caueo et illius tam fatorum, quam scriptorum historiam vberius persequitur. *Harl.*

yy) Est MS. cod. CLXIX. *Venet.* in bibl. Marc. v. cat. codd. gr. illius bibl. p. 98. et cel. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. tom. I. p. 97. qui, illud decretum in hoc cod. Marc. adnotat, esse emendatius et auctius, quam in Iure orientali Enimundi Bonefidii pag. 118. — Adde supra in h. vol. ad §. XII. de *Nicolao grammatico. Harl.*

*) De Mystici dignitate supra, p. 253. (ed vet.)

de consensu. Et *ad Ignatium patriarcham* p. 1213. 1215. *Fabr.* De *Nicolais* pluribus pontificibus romanis, v. *Fabric.* bibl. med. et inf. latin. tom. V. p. 100. sqq. ed. Mansi, et de pluribus codicibus libr. ab illis editorum in *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. in indicibus sub illorum vocc. — De *Nicolao* II. infra in vol. XI. p. 583. et 587. ed. vet. — *Nicolai* II. epistola ad Andronicum Callistum, de Theodoro Gaza quae scripta dicitur Viterbi 1462., *Paris.* in bibl. publ. codd. MMDCLII. nr. 6. et MMMLIII. quo, vt confector cat. MSSt. regg. Paris. vol. II. p. 603. refert, continentur *Nicolai Secundini* et Bessarionis epp. II. ad Andronicum Callistum aduersus Mich. Apostolium, qui Theodorum Gazam, vt indoctum suggilarat: eadem vero epist. et in cod. priori et in indice tribuitur Nicolao II. *Harl.*

Nicolai V. ab a. 1447. ad 1455. papae romani *epistola* ad imp. Graecorum vltimum, *Constantinum Palaeologum* graece reddita a Theodoro Gaza, exstat inter opuscula aurea, a Petro Corcyraeo edita graece et lat. Rom. 1630. 4. Vide *Lambec.* III. pag. 126. seq. *Fabr.* Siue p. 325. seq. ed. Kollar. cuius notam conferes, qui iam obseruat, illam epistolam, a Theodoro Gaza gr. conuersam, exstare integram *Paris.* in bibl. publ. cod. gr. MCCCXVI. nr. 3. Add. *Lambec.* ibid. p. 538. de authentico sigillo plumbeo diplomatis papae *Nicolai* V. — Epistola autem mem. exstat quoque in cod. DLXXXIX. bibl. *Veniet. Marc.* v. auctorem cat. codd. gr. Marc. p. 309. et *Florent.* in cod. XIV. nr. 15. plut. 10. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 484. qui addit, illam epistolam exstare in Arcudii opusculis p. 685. sqq. — *Monac.* in cod. Bauar XLIII. fol. 489. et cod. XXVII. fol. 264. v. cl. *Hardt* in Aretini Beyträgen a. 1803. part. IV. p. 15. et part. V. p. 39. — Alios codd. variarum bibliothecarum, in quibus reperiuntur Nicolai V. gesta aliaque, excitauit *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSS. v. indic. add. infra, vol. XI. p. 675. 684. 685. ed. vet. et vol. XIII. p. 348. in elencho medicor. veterum. De Nicolais papis I. II. IV. et V. conf. *Caue* Hist. litt. SS. eccl. II. p. 46. 143. 332. et 161. in Adpend. H. Wharton. et de Nicolao V. *Saxii* Onom. II. p. 436. seq. qui multos alios VV. DD. laudat. *Harl.*

Nicolai *patriarchae* monodia de excidio Thessalonicae zz) citatur ab *Allatio* ad Georgium Acropolitam p. 248. [v. supra, in hoc vol. p. 82. (vbi alii quoque Nicolai inter Melodos graecor. nominantur.) — In cod. *Th. Gale* XCII. f. nr. 5926. cat. MSSt. Angliae etc. II. *Nicolai* patriarchae poëma ad monachum quemdam. De Nicolao III. patriarcha CPol. v. *Lambec.* III. p. 428. et not. 6. *Harl.*] De quatuor patriarchis CPolitanis, Mystico, Chrysoberge, Muzalo et grammatico dixi suis locis.

[Nicolaus *Patrinus*, librarius, a. Chr. 1412. v. *Lambec.* III. pag. 294. ibique not. Kollar. *Harl.*]

Nicolaus *Pepagomenus* orationem scripsit in *Isidorum* Chium martyrem, e qua locum profert *Allatius* p. 69. ad Eustathium Antiochen. atque integram editurum se promisit cum sua versione. *Fabr.* Conf. supra, vol. VII. p. 656. et X. pag. 265. — *Paris.* inter

 codd.

zz) Facta a. 1430.

codd. bibl. publ. Nic. Pepagomeni quaedam, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 775. *E. Harl.*

[Nicolaus *Praepositus.* v. infra, vol. XIII. p. 6. et 347. in elencho medicor. vett. *Harl.*

[P] Nicolaus *presbyter*, qui subinde laudatur in Catenis patrum graecorum in libros sacros. Fuit et Nicolaus presbyter, ad quem S. Chrysostomi epistolae. *Fabr.* Conf. supra vol. VIII. p. 696. — De Nic. presbytero, ad quem scripsit Io. Chrysostom. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 569. bis et 570. — Nicol. presbyter et monachus: ex eius comm. in prophetam Ioel, et prophetam Amos in catena in Acta apost. et epist. cathol. in cod. *Coislin.* XXV. v. *Montfauc.* l. c. p. 76. ibid. p. 138. et 263. ac p. 389. in aliis catenis ex Nic. *presbytero. Harl.*

[Nicol. *Rhabda.* v. supra vol. VI. p. 346. add. *Labbei* bibl. nou. MSS. p. 105. Epistola *Rhabdae* ad Andronicum Zaridam, Florent. in bibl. Laur. cod. XXXV. nr. 25. plut. 59. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 566. Dicitur quoque Nicol. *Smyrnaeus*: de quo paullo post sermo erit. *Harl.*]

[Nicolaus *Sacellarius.* v. supra, vol. VIII. p. 94. *Harl.*]

[Nicolaus *sacerdos*, qui codicem XXV. plut. 58. bibl. Laurent. descripsit et nr. 7. ipse epigrammata iambica inseruit. v. *Bandin.* l. c. II. p. 468. *Harl.*]

Nicolaus *Selengia*, ὁ Σελεγγίας citra a. C. 1430. scripsit aduersus Latinos *librum de processione Spiritus S.* quem scripta ad eum epistola oppugnauit Esaias Cyprius apud *Allatium* de consensu lib. II. c. 18. §. 16. p. 866. et in Graecia orthodoxa p. 396-399. Ex Selengiae scripto *aduersus Esaiam* nonnulla producit *Allatius* de consensu lib. III. c. 17. §. 12. pag. 1327. et lib. II. c. 17. §. 3. pag. 840. Integrum exstat in bibl. regia Paris. codice MDCCCXVIII. Incipit: *τί δέ σοι καὶ περὶ τῆς ἀῤῥήτου τοῦ παναγίου* Πνεύματος *ἐκπορεύσεως ἀποκριθείην ἐγώ. Fabr.* Nic. *Selengiae* de processione Spir. S. ad Esaiam Cyprium, *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXCV. nr. 35. Conf. *R. Gerius* ad Cauei Hist. litt. SS. EE. II. p. 131. ad a. 1430. *Harl.*]

[Nicolaus *scriba.* Eius sermo antirrheticus contra Sisinnii constitutionem, *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CLXXXIII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 102. *Harl.*]

Nicolaus *Secundinus* *), Euboicus, qui in concilio Basileensi a. 1431. et in Ferrariensi, translato Florentiam a. 1438. seq. interpretem egit, et latinorum varia in graecam linguam est interpretatus. Idem est, de cuius versione latina strategici *Onosandri*, quam Alfonso regi Neapolitano dedicauit, dixi lib. III. c. 28. §. 11. [supra in vol. IV. p. 337. *Plutar-*

*) Ita vocatur in MS. Iosephi Valettae, pro quo alii Sagundinum vel Saguntinum vocant. Vide Diarium Venetum (Giornale de letterati d'Italia) tom. XIV. p. 375. seq. et tom. XXIV. p. 80. [in *Apostoli Zeni* Dissertazioni Vossiane, tom. I. p. 332. sqq. vbi eius scripta recensentur. *Harl.*]

Plutarchus de ciuili institutione (πολιτικὰ παραγγέλματα) ex versione Nicolai Sagundini ad Marcum Donatum patricium Venetum, editus Brixiae 1485. 4. Vertit et *Arrianum* de expeditione Alexandri. *Fabr.* Nicol. *Secundini* epistola ad Andronicum Coloneum, *Mediolani* in bibl. Ambros. bis, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. pag. 502. *A.* Eadem *Florent.* in cod. Laurent. XXXIII. nr. 11 plut. 58. Plura dabit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. II. p. 482. seq. Idem in vol. I. p. 534. nr. 9. de Nicolai versione gr. quaestionis Iuliani cardin. etc. in cod. XII. plut. 4. ac gr. et lat. editae Florent. 1762. 4. a Rudesindo Andosilla. — Conf. *Robert Gerius* ad Cauei Hist. litt. SS. eccl. II. p. 144. in primis Fabr. in bibl. mediae et infimae latinitat. tom. V. p. 109. sq. ed. Mansi, vbi multus est de eo, praecipue de eius scriptis et codd. ac anon *Saguntinus*, ait, patria, (vt voluit *Nic. Antonius* tom. II. bibl. Hispan. veter. p. 194. §. 580.) neque *Saguntinus* in Hispania *episcopus*, (vti *Vossius* Hist. lat. III. cap. 7. p. 537. et *Gerius* ad Caueum scribunt;) sed *Sagudineus*, (Segundinus, Secundinus) proprio nomine." add. *Saxium* in Onomast. lit. II. p. 422. ad a. 1439. qui, *Nic. Sagudineus*, inquit, aliis *Secundinus*, et male *Saguntinus*, Euboicus, vel Euripopontinus, philologus graecus. Idem plures alios, qui de eo egerunt, VV. DD. citat. Add. supra, *Nicolaus* I. papa rom. *Harl.*

[Nicolaus, vel *Michael*, (vt vult *Io. Fabric.* in historia biblioth. part. III. p. 73.) *Sophianus* Corcyraeus, mathematicus et geographus graecus. v. *Saxium* l. c. p. 480. ad a. 1480. *Io. Fabric.* l. c. laudat eius librum de *Astrolabio*, et alios citat VV. DD. *Harl.*]

[Nicolaus *Smyrnaeus*. v. supra not. *n.* ad vol. VIII. pag. 674. et vol. V. pag. 648. ac paullo ante, *Nic. Rhabda.* — Nicolaus *Spadarius*, infra in h. vol. p. 436. ed. vet. *Harl.*]

[Nicolaus *Studita*. v. supra, vol. X. p. 299. *Harl.*]

[Nicolaus *Syracusanus*. v. supra, vol. II. p. 776. *Harl.*]

XIII. De variis SIMEONIBVS et Simeonum scriptis, nec non de Simonibus ac Simonidibus, exstat praeclara diatriba *Leonis Allatii*, edita Parisiis 1664. 4. De plerisque illorum etiam in aliis huius bibliothecae locis iam mentionem feci, quos hoc indiculo sub vnum conspectum cogere iuuerit.

[Multi *Simeones* aut, vti etiam passim scribuntur, *Symeones* nominantur a *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. (v. indic.) et in bibl. Coislin. (vbi *Symeones* in ind. scribuntur,) ex qua nonnullos, quibus interdum nulla honoris nec aetatis, nec patriae memoria additur, tantum paucis excitabo: p. 360. sq. *Sym.* missus a Constantino imp. vt compesceret Manichaeorum haeresin, et supplicio adficeret Constantinum Manichaeum, ipse fit Manichaeus, et igni comburitur. — p. 111. in Niconis collectione *Simeonis* epistola ad inclusum; pag. 251. in Nicetae catena in Lucam, et p. 312. in scholiis ad Isaacum anachoretam, fragmm. ex *Symeone*, (an superiore?) — p. 180. Leontii episcopi Neapolis in Cypro sermo in Symeonem; p. 192. et 198. ex vita S. Symeonis, archimandr. (multorum SS. Simeonum vitae supra in vol. X. pag. 323. memorantur;) — pag. 275. Simon. *Corcyraeus*, pro Christo cruci adfixus; pag. 312. epistola ad Symeonem, *abbatem*,

tem, pag. 42. 63. 144. 146. et saepius (de epistolis Theodori Studitae ad Sym. monachum,) et 569. quatuor Symeones *monachi.* — Ex *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. omnia repetere haud vacat, nec iuuat. In *Assemanni* bibl. orientali, tom. II. et III. magna *Simeonum* variorum caterua passim producitur. v. indices, ad quos lectores cupidos ablegare cogor. *Harl.*

Simeon Antiochenus, infra in Setho. [Simeon, *anachoreta* vid. supra, vol. X. p. 325.]

Simeon Blacchernita, pingendis CHristi et Sanctorum imaginibus celebris CPoli sub Basilio Porphyrogeneto, Romani filio. Allat. p. 200.

Simeon Cabasilas, hierodiaconus ex Acarnania exsul, vixit a. 1575. et Aesopi fabulas, Isocratis orationes, aliaque in linguam graeco-barbaram vertit. Vide *Allat.* pag. 194-196. et volum. VI. huius bibl. pag. 693. 701. [s. vol. VIII. p. 88. sect. 2. et p. 95. nr. 2. nou. ed.]

Symeon calligraphus saeculo XII. *Allatius* pag. 179. [Ex Symeone, monacho *Calligrapho* excerpta in Catena in libros Leuitici, Numerorum etc. in cod. VI. *Coislin.* v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. pag. 42. *Harl.*] Alius Simeon vel Saba Coracus Rhodius id. p. 118. Simonem Macroducam librarium, qui Io. Actuarii methodum medendi descripsit, memorat Lambecius VI. pag. 115.

[Simeon *Cardelianensis*, ante a. C. 790. scripsit orationes atque interpretationes. v. *Assemann.* bibl. orient. III. p. 225. sq. et ibid. p. 215. de Sim. *Cascarensi*, auctore historiae ecclesiasticae: p. 230. de Sim. *Charchae* episcopo circ. a. Ch. 800. qui annales confecit: p. 600. de Simeone, episcopo *Amidae*, Nestoriano, a. C. 1584. qui scripsit Hymnos syriacos de b. Maria et Sctis, in linguam arabicam conuersos, et carmen paracleticum de defunctis: et p. 588. de alio Sim. Amidae episcopo: etc. — in vol. II. pag. 83. Simeon, abbas monasterii Licinii, versionem Psalmorum syriacam e graeco fecit, et hac de re scripsit ad Barlaam monachum monasterii S. Elisaei. Sed haec sufficiant ad saliuam mouendam. *Harl.*]

[P] Simeonis Chrysographi monachi σχόλιον εἰς τὰ προκείμενα δύο κανόνια περὶ σεισμῶν memorat *Allat.* pag. 194. incipit: τὸν ἀστέρα τὸν Κύριον τῆς παραγενομένης συνόδου. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. codd. MCMXCI. 2 et MMCXXXIX. 10. *Harl.*

[Simeon (Simon) *Cyrenaeus*, martyr, cruci adfixus. v. locum singularem in cod. Vindobon. apud *Lambec.* III. p. 138. et not. 1. ed. Kollar. supra, ad vol. X. p. 323. *Harl.*]

Simeon diaconus. Supra, volum. VI. pag. 702. [vol. VIII. p. 96. ed. nou.]

Simeon Euchaitarum episcopus, cuius epistolas duas ad Ioannem monachum et ἔγκλεισον memorat *Allatius* pag. 179. *Fabr.* *Augustae* Vindel. in cod. bibl. publ. v. *Reiseri* ind. MSS. bibl. August. pag. 26. *Paris.* in bibl. publ. cod. CMLXVII. 3. et *Mosquae* in cod. CCCXII. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 205. *Harl.*

[Symeon

[Symeon *eunuchus*, frater Theodori, paedagogi imp. Constantini Porphyrogeniti, in Opsicianam Asiae minoris regionem deportatus est. v. *Lambec.* IV. p. 28. 30. sq. *Harl.*

[Symeon, *haeresiarcha*, cum aliis deuouetur in cod. *Vindob.* LXXVII. nr. 82. v. *Lambec.* III. p. 427. qui in not. 1. obseruat, eius mentionem fieri, sed perperam nominari Σημεσώνην apud Photium in bibliothecae cod. LII. et *Kollar.* in nota *A.* animaduertit, tres illos, in cod. adlatos, anathematismos latine versos esse a *Coteleria* in Monument. eccl. Graec. tom. I. p. 737. *Harl.*]

[*Simeon grammaticus.* v. vol. VI. p. 379. et 604. *Harl.*]

[S. Symeonis vita, auctore quodam Antonio in bibl. Bodlei. in cod. Barocc. CLXXX. *Harl.*]

Simeon hieromonachus et episcopatus Andri insulae ephemerius, siue vicarius, qui circa a. 1575. vixit. Vol. VI. p. 697. [vol. VIII. p. 92. ed. n.] *Allat.* p. 196. *Fabr.* Macarii hieromonachi epistola ad *Symeonem hieromonachum*, *Vindobon.* in cod. LXXVIII. nr. 13. v. *Lambec.* VII. p. 302. sq. *Mosquae* in cod. synod. CCCVII. est inter Macarii homilias quinquagesima, epistola quae tribuitur alicui Symeoni. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 201. *Harl.*

Simeon Hierosolymitanus archiep. qui *de azymis* contra Latinos scripsit. Incipit: *ἀνέγνωμεν, ὦ φιλοχριστότατοι Λατῖνοι τὸ συστατικὸν γραμματεῖον τῆς ἀζύμου θυσίας ὑμῶν.* *Allat.* pag. 180. *Fabr.* Cuidam concilio interfuit, et adsedit imperatori cum duobus aliis, in cod. *Coislin.* XXXVI. siue in decreto ab imp. Alexio Comneno edito, ex illoque cod. vulgato a *Montfaucon.* in bibl. Coisl. p. 105. — *De azymis* Leidae in cod. Vossiano. v. cat. bibl. Leid. p. 398. nr. 54. et conf. *Cauei* hist. litter. SS. eccl. II. p. 159. ad a. 1090. *Harl.*

Simeon humilis, auctor Encomii in Simeonem Iustum, quod incipit: *τὴν πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ὁμοδούλων τιμὴν μεγάλου τινός.* *Allat.* pag. 180. Idem cum praefecto S. Mamantis, Volum. VI. p. 558. [siue vol. X. p. 323. ed. nou.]

Simeon iustus, felix senex IESV saluatore suo, quem cupide amplexus in pace obiit. *Allat.* p. 1-6. *Fabr.* Oratio Symeonis τοῦ θεοδόχου inter cantica sacra diuersorum auctorum *Vindobon.* in cod. caes. XX. nr. 7. — ib. in cod. CLXVII. commentarius in illam oration. et reliqua V. et N. T. cantica sacra ex variorum vett. patrum operibus collectus; idem in cod. CLXVIII. nr. 2. vbi tamen ab initio additur, illum commentarium collectum esse ab Eusebio, episcopo Caesariensi. v. *Lambec.* III. p. 97. et IV. p. 392. ac 395. adde supra vol. X. p. 323. *Harl.*

Simeon magister et logotheta, quem Aristeno facit supparem et ad a. 1170. refert praestantissimus *Caueus*, [tom. II. hist. litter. SS. eccl. pag. 241.] minime diuersus esse videtur a Simeone Metaphraste, quem constat floruisse circa a. 890. Nihil sane credere impedit, quin vir hic laboris patientissimus *Synopsin Canonum* etiam ornandam et illu-

strandam scholiis sibi sumserit, eamdem, quam Aristenus, quibus perditis [b]) Synopsis ipsa ab Aristeniana parum differens, tantum in fine contractior sub Simeonis nomine graece et latine prodiit in Voëlli et Iustelli Bibliotheca Iuris Canonici tom. II. pag. 710-748. [ex cod. bibl. *Paris*. MCCCLXX. nr. 44.] Simeon logotheta *de moribus ecclesiae* citatur a *Nic. Comneno* pag. 398. praenot. mystagog. *Fabr.* Oratt. XXIV. de moribus etc. ex S. Basilii Opp. excerptae, editae separatim gr. Paris. 1556. 8. et in edd. operum Basilii, MSStae sunt *Paris*. in bibl. publ. codd. CCLXIX. nr. 5. (in quo cod. etiam nr. 1. sunt canones κατανυκτικοὶ, vt et preces e libris Graecorum liturgicis, ex *Symeone* aliisque,) CDXC. nr. 2. DVII. DVIII. DIX. nr. 1. (in quo cod. nr. 5. sunt quoque *Symeonis logothetae* oratt. triginta tres, excerptae ex Chrysostomo;) et quinque aliis. v. paullo post ad §. XIV. — *Epitome canonum* in bibl. Bodlei. in cod. *Barocc.* LXXXVI. *Venet.* in cod. Naniano CCXXVI. nr. 18. v. cat. codd. gr. Nan. p. 417. sq. — Sed de hoc Symeone, eiusque variis scriptis, quae illi interdum tribuuntur, plura dabit *Oudinus* in cap. XIII. diss. de aetate et scriptis Symeonis metaphrastae, in comment. de SS. eccl. tom. II. pag. 1366. sqq. — In *Th. Gale* cod. LXXXVII. siue nr. 5921. catal. MSSt. Angliae etc. exstat *Symeonis Magistri* historia templi S. Sophiae. Sed conf. supra, vol. VII. p. 472. *Harl.*

Simeon praefectus S. Mamantis in Xylocerco circa a. 1092. Allat. pag. 151-179. De hoc infra §. XIV.

[Simeonis *Mandritae* vita, *Florent.* in cod. Laurent. XX. nr. 1. plut. 4. auctore Symeone Metaphrasta. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 513. — *Mediolani* in bibl. Ambros. cod. — et in bibl. *Sfortiana* teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 504. *A.* et pag. 700. *A.* — Latine ex versione Guil. Gratii, in actis SS. tom. I. Ianuarii pag. 274. Etiam *Stylites*, *senior* dictus. v. paullo post de Simeone Stylita. *Harl.*

Simeon Mesopotamita, cui in MS. caesareo *) tribuitur *homilia de eo, quod semper in animo debemus habere diem exitus vitae*, qui in editis Simeoni Stylitae tribuitur. *Allat.* pag. 24.

Simeon Metaphrastes circa a 890. de quo volum. VI. p. 509-566. [vol. VIII. p. 29. seq. ed. nou.] et volum. IX. pag. 48-152. [vol. X. pag. 180. sqq. nou. ed.] *Allatius* pag. 24-151. Magister et logotheta, scriptor Annalium. Volum. VI. pag. 352. *Fabr.* Vide not. ad vol. VII. p. 683. seq. et p. 471. sq. ed. nou. *Harl.*

[Simeon

b) Vide *Beueregii* prolegomena ad pandectas Canonum §. XXVII. Et de Aristeno paullo ante, §. VIII.

*) Cod. CCXXXVIII. nr. 3. v. *Lambec.* V. p. 198. sqq. vbi copiose refert variorum de auctore iudicia, et ostendit, cum primis fide cod. nixus, non Sim. *Stylitam*, (sub cuius nomine etiam illa oratio, sed ab initio et in fine a cod. caesar. discrepans et tantum latine versa exstat in Magna biblioth. veterum PP. Paris. 1654. fol. tom. II. col. 73-76.) sed Symeonem *Mesopotamitam*, siue probabiliter in Mesopotamia praepositum seu abbatem celeberrimi monasterii, illius fuisse parentem. *Harl.*

[Simeon *monachus*. Fragmentum historicum de SS. duodecim apostolorum etc. baptismate, desumtum ex S. *Sophronii* patriarchae Hierosolymit. Hypomnematibus s. commentariis, *Vindobon.* in cod. caesar. XXXIV. nr. 5. quod integrum gr. et lat. exhibuit *Lambec.* in comment. vol. III. p. 158. sqq. atque in not. 2. agit de *Sophronio*: Kollar. autem in not. *A.* et antea p. 123. in not. *A.* pluribus de illo fragmento disserit, docetque, a *Theodorito*, Cyri episcopo id esse ex Sophronio decerptum. — Idem fragmentum est ibid. in cod. CCCXX. nr. 3. v. *Lambec.* V. pag. 589. — *Vita* S. *Simeonis monachi* in IIX. codd. diuersarum biblioth. citatis a *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. v. indic. — De codd. Coislin. v. ad init. huius paragraphi. *Harl.*]

[A Symeone, *patricio* et protosecretario, composita *Nouella* imperatoris, Romani iunioris de Mulctis, in cod. caes. III. nr. 11. v. *Lambec.* VI. part. 1. p. 37. Kollar. — De Simeone Σάλῳ. s. *Stulto*, v. supra vol. X. p. 324. *Harl.*]

Simeonis scholarii hieromonachi *syntagma canonum poenitentialium* MS. in bibl. *caesarea*, *Fabr.* [in cod. CLXXXIV. nr. 5. v. *Lambec.* IV. p. 435. sq. — *Simeonis hieromonachi* eccl. S. Michael. s. Contostephani in Monembasia *Emphyteusis terrae* in bibl. Paris. sec. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 899. *A.* add. antea, *Sim. hieromonach.* — Collectio canonum *Venet.* in codd. Nan. CCXXXII. nr. 8. et CCXXXVIII. v. cat. codd. gr. Nan. p. 426. sq. et 430. *Harl.*]

[?] Simeon Sethus, protouestiarius in palatio Antiochi CPol. circa 1072. vol. VI. pag. 460. 158. [s. vol. VII. p. 472. et 777. ed. nou.] *Allat.* pag. 181-184. De hoc infra.

Simeon Studites, sacrorum canticorum auctor, de quo *Allatius* p. 23.

Simeon Studites alter, *sanctitatis laude a Simeone abbate S. Mamantis in Xylocerco orat.* 32. *celebratur*. id. infra p. 301.

Simeones Stylitae tres, saeculo V. et VI. de quibus volum. IX. pag. 277-279. [s. vol. X. p. 324. sq. ed. nou.] *Allatius* pag. 6-23. *Fabr.* De tribus his Sim. *Stylitis* conf. *Lambec.* V. p. 200. sqq. et codd. in *Bodleiana* biblioth. sec. catal. MSSt. Angliae etc. vol. I. nr. 230. 285. (vbi dicitur *vita Symeonis Stylitae siue Mandritae*,) 2211. et 5817. — Fragmenta *Mosquae* in cod. VI. nr. 1. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. pag. 301. — Acta S. *Simeonis Stylitae*, senioris (qui in ςύλον s. columnam a. Chr. 420. adscendisse, ibique vsque ad a. C. 460. mansisse videtur,) in actis Sctorum martyrum orientalium et occidentalium *Iosephi Simonis Assemanni*, Romae 1748. fol. conf. supra, vol. X. p. 324. sq. *Guil. Cauei* hist. litt. SS. eccl. I. p. 438. ad a. 448. *Tillemont.* Memor. eccles. vol. XV. ad vitam *Symeon. Hamberger* zuverläss. Nachr. part. III. pag. 196. sq. *Saxii* Onomast. lit. part. I. pag. 487. — De Simeone *Stylita* iuniore v. *Du Pin* hist. eccles. vol. V. p. 29. et *Caueum* l. c. p. 508. ad a. 527. *Harl.*

Simeon thaumaturgus, idem fortasse cum Simeone secundo Stylita Thaumastorita: [obiit a. C. 460.] Eius epistolam ad ἔγκλειςον quemdam memorat *Allatius* pag. 179. seq. *Fabr.* v. ad init. huius paragraphi. Ex eius vita, in codd. *Coislin.* CXII. s. collectione rerum moralium, et CXXII. vid. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 186. et 196. add. pag. 191. et 414. — Vita in cod. *Barocc.* CCXL. — *Florent.* in cod. Laurent. IV. plut. 6. s. Expositionibus sacrorum praeceptorum citantur vita Simeonis thaumat. et excerpta ex

eius epistola ad Ascetam aliquem inclusum et ex doctrinis asceticis. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 99. et 100. *Harl.*

Simeon theologus iunior, a metaphraste diuersus, *Allat.* pag. 72, 153. idem cum praefecto S. Mamantis. *Fabr.* Symeonis theologi iun. σύνοψις χριστιανισμοῦ, *Mosquae in cod.* synod. CCCLXXXIV. v. *Matthaei* Notit. cit. p. 245. *Harl.*

Simeon, Thessalonicensis archiep. a. 1429. Septembr. sexto mense ante captam ab Amurathe a. 1430. Martio Thessalonicam defunctus. *Allat.* pag. 185-194. et de consensu p. 862. seq. De hoc infra.

[Simeon *zelota.* v. supra, vol. X. p. 325. — Eius laudatio in bibl. Bodlei. cod. Barocc. CCXL. et in cod. *Th. Gale* CXVIII. s. nr. 5952. cat. MSS. Angliae, vol. II. *Harl.*]

Simonactides Chius, coquinariae rei scriptor, laudatus Polluci et Athenaeo. *Allat.* p. 219.

Simeon Aegineta, statuarius, Pausaniae lib. V. memoratus. Idem, vt videtur, de quo Plinius, Clemens Alex. et Laërtius: Vide *Francisci Iunii* catalogum artificum p. 199.

[Simon *Cananaeus.* Eius canones ecclesiastici, *Florent.* in bibl. Laurent. codd. VIII. nr. 6. plut. 9. et I. nr. 15. plut. 10. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. tom. I. p. 396. et 468. — *Vindobon.* in cod. caes. XLV. nr. 4. v. *Lambec.* VIII. p. 906. qui citat Constitutionum apostolicarum S. Clementis, libr. VIII. cap. 27. et 28. *Harl.*]

Simon siue Timon Apollonides Nicaenus, quem aliqui ex male intellectis Laërtii verbis exsculpsere, nullus est. Vide *Allatium* p. 203. seq. et quae in noua editione Laertii IX. 109. recte notata sunt.

Simon coriarius, Socratis discipulus, de quo dixi lib. II. c. 24. §. 42. [supra, vol. II. pag. 719.] *Allatius* pag. 197. et ad epistolas Socraticorum. [add. infra, vol. XIII. p. 424. *Harl.*]

Simon hippiatricus, scriptor antiquissimus Xenophonti et aliis laudatus, de quo vol. VI. pag. 499. seq. [s. vol. VIII. p. 15. n. ed.] *Allat.* pag. 198.

Simon Maccabaeus, sacerdos maximus, auctor libri secundi Maccabaeorum, si credimus Michaeli de Medina apud *Allat.* p. 200.

Pselli, Metaphrastae, Manassae, Philippi solitarii, Manuelis Philae, Tzetzae iambis et politicis: quo tamen recentiores, eo negligentiores in illis pangendis fuere. Et quemadmodum Anacreontici non omnes eodem syllabarum, ac pedum numero [P] concluduntur, ita et hi nunc pluribus, nunc paucioribus syllabis, ad eorum tamen normam componuntur. In iambicis aliter factum est: nam quum veteres ratione pedum longiorum aut contractiorum, nunc syllabis auctiores, nunc imminutiores dictos versus fecerint, licet semper pedum numerum obseruarint, recentiores syllabas tantum, easque duodecim religiosissime seruant. Quod idem seruatum est in *politicis*, in quibus syllabas quindecim numquam excedunt; et, si quae vltra videntur, eas per aphaeresim, siue synaloephem decurtant et absumunt, quod magis in Graecorum recenti vulgatoque sermone, vt et in Italorum, apud quos similes hiatus ad numerum syllabarum retinendum restringuntur, conspicitur. *Politici* [i]) ideo dicti, quod communes omnium ciuium sunt, vsuique eorum accommodati: sic quoque scorta et meretrices, quod omnibus sunt obsequiosae et peculiares, et seruitutem publicam seruiunt, non alio addito, sed solummodo πολιτικῶν nomine innotescunt. Meri Trochaici sunt, quemadmodum enim illi septem pedibus et syllaba constant, ita et hi: nisi quod antiquorum similes versus ratione pedum longiorum quindecim syllabas aliquando excedunt, politici nunquam, vt de iambicis dictum est. Et quemadmodum antiquorum duobus membris integrantur, mediique inciduntur, ita et hi, qui nuncupantur politici: sit exemplum;

Ἀκούσατε νὰ σᾶς εἰπῶ θάνατον λυπημένον,
Αἰφνίδιον πολλὰ σκληρὸν καὶ παραπονεμένον.
Ὅπου συνέβη μία φορὰ σ' ἕν' ὁμορφολιβάδη,
Ἀνάμεσα σὲ δύο νιόσζικους τοῦ ζεφαντόναν μάδη.

SIMEON SETHVS, siue [potius] SETHI F. magister [k]), et protouestiarius in palatio Antiochi CPolitano [l]), vnde corrupte ab aliis Antiochenus [m]), ab aliis Vestus, vel Vestius

i) De versibus *politicis* v. *Iac. Goar.* ad Georg. Codin. de officiis magnae ecclesiae et aulae CPolitanae, pag. 43. ap. *Lambec.* comm. de bibl. caesarea vol. VI, part. 1. p. 95. sqq. et vol. IV. p. 397. not. 2. vbi praeterea citat, *Io. Meursii* Glossarium graeco-barbar. in voc. Πολιτικά. Add. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. III. pag. 80. sqq. vbi ex cod. VII. nr. 2. plut. 74. edidit tria epigrammata, et, „senariis, inquit, versibus conscripta, non quidem veteris metri; sed, quod labentibus Graeciae rebus admissum, et vndecimo praesertim Christi saeculo vsitatum fuit, non modulatum syllabarum scilicet quantitate, sed numero duodenario, et accentus in penultima positione.“ *Harl.*

k) Magistrum possis intelligere medicum, qui magister salutis apud *Cassiodorum* VI. 19. Var. epist. sed, quum non constet, medicum fuisse Simeonem, verius est magistrum intelligere de dignitate Protouestarchae.

l) In regis Gall. MS. cod. MCCLXI. Συμεὼν πρωτοβεστιάρχης τῶν Ἀντιόχου. [secund. cat. codd. MSS. *Paris.* reg. tom. II. p. 11. in cod. XXXVI. nr. 12. etc. — *Florent.* in cod. XIX. nr. 23. plut. 7. qui incipit: Συμεὼν μαγίστρου καὶ φιλοσόφου Σὴθ τοῦ Ἀντιοχέως. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 264. — Sic quoque in cod. Marcianae bibl. mox memorando etc. — Sub nomine *Vesti*, (Βέστ) est *Vindobon.* in codd. caes. CCXIII. nr. 6. et CCXV.

Vestius aut Besta Oseth m), ab aliis magister Antiochiae o) [P] dictus est. Floruit imperante Michaële Duca, quem ab a. 1071. ad 1078. praefuisse constat. Huic enim nuncupauit *σύνταγμα κατὰ στοιχεῖον περὶ τροφῶν δυνάμεων, de cibariorum*, condimentorum, aromatum, odoramentorum et aliorum quorumdam simplicium *facultatibus syntagma* per ordinem literarum, quod cum versione *Lilii Gregorii Gyraldi* p), Ferrariensis, ad calcem voluminis subiuncta, et Leonello Egani Florino medico dicata, prodiit Basileae apud Mich. Isingrinium 1538. 8. q) Hanc editionem nactus sum ex bibl. Gudiana, emendatam et suppletam locis quamplurimis manu Renati Moreau, medici Parisiensis. Et quamquam exstat editio graecolatina nitidior et melior *Martini Bogdani*, Drisna Marchici, qui graeca cum duobus MSS. codd. bibliothecae Metelianae contulit, nouamque e regione versionem, et ad voluminis calcem notas adiunxit, Paris. 1658. 8. tamen video, pleraque eum praeteriisse, quae ex codice regio Renatus adnotauit. Exordium libri legitur in codice regio [et in cod. Laurent. XIX. infra memorato:] Πολλῶν καὶ λογίων, ὦ μέγιστε βασιλεῦ, οὐχ Ἑλλήνων μόνον, ἀλλὰ καὶ Περσῶν καὶ Ἀγαρηνῶν καὶ Ἰνδῶν περὶ τροφῶν δυνάμεως συγγραψαμένων, καὶ ἐπί τινων μὲν πόῤῥω τοῦ δέοντος τὸν λόγον προσαγαγόντων, ἔνια δὲ ἢ πάντως [πάντη in cod. Laur.] ἀμνημόνευτα καταλιπόντων ἢ μνήμης ἀμυδρᾶς ἀξιωσάντων, δεῖν ᾠήθην ἐξ ἁπάντων τὰ κάλλιστα καὶ τὰ τῆς ἀληθείας ἐχόμενα ἐρανίσασθαι, (male vtraque editio ἐρευνήσασθαι,) ἀναγκαίας οὔσης τῆς τοιαύτης πραγματείας, ὡς τὰ μέγιστα πρὸς τὴν τῆς ὑγιείας συντήρησιν ἐπιτελέσης, ἧς οὐδὲν τῶν βιωτικῶν τιμιώτερον. *Quamquam multi et eruditi viri, imperator maxime, non solum ex Graecis, sed Persis quoque, Agarenis et Indis de alimentorum facultate commentati sunt, in aliis tamen longe vltra fas producto sermone prolixiores, alia vel plane sine mentione praetermiserunt, vel obscure adtigerunt. Itaque existimaui, operae me facturum pretium, si ex omnibus pulcerrima et veritati maxime consentanea colligerem, quum imprimis necessaria sit tractatio huiusmodi, quae ad valetudinem conseruandam adprime facit, qua vna nihil est in rebus huius vitae pretiosius.* Longe auctioris editione Parisiensi codicis MSti CCCXXXV. Coisliniani meminit celeberr. *Montfauconus* p. 499. Arabismis scatere et ex Arabico versus videtur hic liber *Salmasio* in funere linguae Hellenisticae p. 206. videturque Arabes siue Agarenos intelligere Simeon per τοὺς νεωτέρους siue recentiores, quos adpellat p. 92. 135. edit. Paris. et alibi [P] passim. Alioqui nominatim ab eo laudantur Graeci, Hippocra-

CCXV. nr. 2. Adpendix V. *Dioptrae Philippi Solitarii*, qua continentur *versus Constantini et Vesti grammatici* in laudem Dioptrae et auctoris eius Philippi. v. *Lambec.* V. p. 84. et 97. — De *Simeone Setho* v. quoque *Hamberger* zuverläss. Nachricht. part. IV. p. 13. sq. in nota, et *Saxium* in Onom. lit. part. II. p. 190. seq. ad a. 1075. isque praeter alios citat *Alb. Halleri* bibl. botanic. libr. I. cap. 103. p. 165. seq. et Add. p. 638. tom. II. idem tamen scribit, *Simeonem Sethum*, f. *Sethi F.* fuisse *patria Antiochenum*, *medicum CPolitanum. Harl.*] De palatio Antiochi Eunuchi, (qui consul fuit a. 431.) CPolitano eiusque curatoribus vide *Cangii* CPolin Christianam lib. 2. sect. 16. n. 5. et ad Zonaram p. 46. *Bandurium* ad antiquitates CPol. p. 659.

m) *Allat.* p. 181. de Simeonibus.

n) *Labbe* bibl. noua MSS. p. 115.

o) In edit. Basil. Συμεῶνος Μαγίστρου Ἀντιοχείας.

p) Eam promiserat Gyraldus dialogo V. de poëtis p. 283. vbi Antiochenum medicum vocat Simeonem. Nonnulla in Gyraldi versione notat Laelius Bisciola lib. 2. hor. subseciu. cap. 18.

q) Conf. catalogum biblioth. Lugdun. Batau. p. 248. *Harl.*

pocrates p. 20. 100. Dioscorides p. 79. 104. Oribasius p. 100. Galenus p. 77. 79. 92. 102. 107. 108. 118. 125. 135. 136. 139. ἐν τῷ περὶ κράσεων p. 82. Rufus medicus p. 129. 133. Homeri versus p. 83. 84. Proclus, Πρόκλος τὴν χαλδαϊκὴν φιλοσοφίαν ἐξηγούμενος pag. 141. et Constans Romanus, ὁ λογιώτατος Κώνστανς, ὁ λεγόμενος Ῥωμαῖος p. 95. seq. Passim quoque vti eum ipsis verbis Theophrasti, Dioscoridis, Rufi, Galeni, Aëtii, Aeginetae, ex Arabico graece versi Rhasis, etiam, vbi non nominat, viri eruditi obseruarunt. Praecipue vero libellum Michaelis Pselli de eodem argumento prope totum transscripsisse et in suum transtulisse, quem ille ad Constantinum Monomachum scripserat, ἐκλελεγμένον ἀπὸ τῶν ἰατρικῶν βιβλίων περὶ δυνάμεως τροφῶν καὶ ὠφελείας καὶ βλάβης. Vide *Allatii* librum de Psellis capite LI. p. 33. seq. et de Simeonibus pag. 181. vbi eum minus Attico stilo, et vocabulis multis vsum, quae apud veteres non reperiuntur, monet. In codice caesareo, de quo *Lambecius* VI. p. 110. [r]) inscribitur: περὶ ὑγιεινῆς πραγματείας διὰ τῆς τῶν ἐξαιτίων (*Cotelerius* III. monument. p. 615. legit: ἐκ τῶν σιτίων vel τῶν ἐξ σιτίων) συμμετρίας. Post *D. G. Laubii*, qui ex codice Augustano emendatum cum noua versione typis committere voluit, teste *Hoeschelio* in catalogo MSS. bibl. Augustanae p. 55. [add. *Reiseri* indic. MSS. bibl. Augustanae, p. 65. et de alio cod. p. 66. *Harl.*] et post *Antonidis van der Linden* promissam editionem desideramus etiam notas doctissimi viri *Georg. Hieron Welschii*, qui ad tres Augustanos et alios codices nouem castigatum edere voluit vna cum libro Pselli, quem Simeon descripsit, et alia eiusdem Simeonis *de odore* dissertatione, necdum in lucem a quoquam prolata. Prope omiseram, exstare etiam versionem Gyraldi editam separatim Basileae apud Petrum Pernam 1561. 8. cum castigationibus *Dominici Monthesauri*, Veronensis, qui fragmentum Simeonis *de medicina ex animalibus*, (merope et passere) subiunxit. Apud *Labbeum* quidem in bibl. noua MSS. p. 127. reperio Simeonis magistri protouestiarii *collectionem de facultatibus quorumdam animalium, cum remediis aduersus animalia noxia et Lexico Medico.* Hoc lexicon autem, dubito, an diuersum sit ab edito Simeonis libro, quod litterarum ordine digestum, lexici vicem vteunque praestat [s]). Scripsit et congessit etiam alia vel ex arabico graece vertit, quae verbis Allatii [t]) deinceps a me exponentur. Sunt autem haec:

[P] 2. Σύ-

r) Siue p. 251. seq. ed. Kollar. qui in not. *B.* adfert *Cotelerii* suspicionem; at non comprobat: contra totam epigraphen hoc modo scribendam censet: περὶ ὑγιεινῆς πραγματείας διὰ τῆς τῶν ἓξ αἰτιῶν συμμετρίας, id est, *de sanitate sex caussarum temperamento tuenda.* „Hanc enim, ait, lectionem adfirmat res ipsa; nam diligenter indicat caussas auctor, a caloris gradibus ceterisque adiunctis petitas, propter quas humano corpori vel prosint alimenta vel obsint.“ Atque haec Kollarii emendatio firmatur a cod. *Veneto* Marc. CCXCVII. in cuius postremo folio legitur fragmentum operis *Sethi*, quod inc. περὶ ὑγιεινῆς πραγματείας, διὰ τῆς τῶν ἓξ αἰτιῶν συμμετρίας. v. cat. codd. graec. Marc. p. 139. Lambecius autem indicat, operae pretium fore, vtramque edit. impressam, (n. Basileens. et Paris.) cum codice hoc caesareo diligenter et accurate conferri. *Harl.*

s) Subiungam codd. nonnullorum aliorum, quorum notitiam reperi, indicem. — *Florent.* in bibl. Medic. Laurent. cod. XIX. nr. 23. plut. 7. *Prooemium de nutrimentorum facultate, secundum ordinem alphabeti.* Praecedit ad Michael. Ducam imper. praefatio operis: quae quum multum differat ab edit. Basil. (et plane conuenit cum verbis cod. regii, a Fabric. paullo ante prolatis,) eam totam refert *Bandin.* in catal. codd. gr. Laur. I. p. 264. idem adnotat, in illo cod. sequi

[P] 2. Σύνοψις καὶ ἀπάνθισμα φυσικῶν τε καὶ φιλοσόφων δογμάτων. *Compendium et flores naturalium et philosophorum placitorum* [s]). Libris V. In iis plurima ex doctrina omnifaria Pselli non decerpsit, sed iisdem verbis et integris sententiis in sua absportauit, adeo vt duos priores libros nonnulli Psello auctori vindicatos, ediderint sub titulo: ἐπιλύσεις σύντομοι φυσικῶν ζητημάτων. *Solutiones compendiosas naturalium quaestionum.* Quos nos inter Psellianos libros recensuimus [t]). Et fortasse etiam Sethus, vt in reficiendis laborem

qui deinde cap. primum vnius paginae, quod etiam abest ab editione cit. denique vltimum caput perbreue περὶ ὀρνίθων, *de auibus turdis* promulgat. — Idem opus ibid. in cod. VI. nr. 8. plut. 75. sequuntur alia capita extra alphabeti ordinem, item de eodem argumento. v. *Bandin.* l. c. vol. III. p. 150. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CCXCVII. *Simeonis Sethi* syntagma etc. quod quidem in cod. inscribitur: Γαληνοῦ περιλήμμα περὶ τροφῶν δυνάμεως κατὰ στοιχεῖον· init. Πολλῶν καὶ λογίων, ὦ μέγιστε βασιλεῦ, et cod. DIX. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 139. et 273. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. *Barocc.* CCXXIV. *Sym. Sethi* opus περὶ ὑγιείας, oppositum *Galeno*, de facultate alimentorum, ordine alphabetico. — ibid. in cod. *Thomae Roe*, XIV. f. nr. 260. catal. MSSt. Angliae etc. vol. I. syntagma alphabet. de facultatibus alimentorum. — *Augustae* Vindel. in tribus codd. bibl. publ. de nutrimentorum virtute, libri, et syntagma. v. *Reiser.* indicem MSS. illius bibl. pag. 36. 65. et 66. — *Monac.* in cod. CV. fol. 256. *Simeonis* magistri et philosophi σὴθ τοῦ Ἀντιόχου *philosophica et medica. De olfactu.* v. cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen a. 1804. part. 7. p. 16. seq. qui miratur, quod, vt Fabric. (nostro loco) testatur, Welschius hanc tamquam dissert. de olfactu edere voluerit: idem docet vberius, non nisi breue caput esse libri quarti philosophicorum, nec vllum illorum, quae reposuit ex cod. ordinem esse, nec omnia contineri, quae Fabricius (in sectione sequenti) adferat: nihil de libro primo haberi et ceterorum quoque deesse quaepiam. Sequitur in eodem cod. ad Constantinum Porphyrogenitum imper. altera pars operis memorati Simeonis Sethi, quae M. Psello perperam tribuitur. — *Paris.* in bibl. publ. est syntagma de alimentor. facultatibus in XIV. codd. v. ind. ad vol. II. cat. MSSt. Par. voc. *Symeon Sethus.* — *Vindobonae* in cod. caesar. XXV. nr. 7. atque cod. XL. nr. 6. *Sim. Sethi* σύνοψις περὶ οὔρων· *synopsis de vrinis.* — In eodem cod. nr. 3. et in cod. VIII. nr. 1. atque cod. XL. nr. 4. est Sym. opus, a Fabricio non memoratum:

Lexicon botanicum: inc. Συμεὼν τοῦ Σὴθ λεξικὸν κατὰ ἀλφάβητον, ἑρμηνεῦον ἀκριβῶς τὰς βοτάνας. v. *Lambec.* VI. part. 2. pag. 267. et 218. ibique Kollar. not. et p. 355.

In eiusd. bibliothecae cod. XLVII. nr. 2. *Mich. Pselli* et *Symeonis Sethi* Syntagmata de alimentorum facultatibus, ordine alphab. v. *Lambec.* VI. part. 2. p. 365. qui animaduertit, hoc exemplar ad edit. Basil. 1538. 8. emendandam ac supplendam posse plurimum prodesse. De cod. XX. in eod. vol. iam in antecedenti nota egi. — In cod. CCLXVI. nr. 13. est anonymi Magistri cuiusdam, (qui *Lambecio* V. p. 418. esse videtur *Symeon Sethus*,) *oratio in S. Gregorium Nazianzenum;* sed Kollar. adnotat, hanc eamdem orationem occurrere in libro et vol. VI. part. 1. cod. X. nr. 10. (p. 81.) vbi dicitur λόγος — συγγραφὰς αὐτοῦ — περὶ Θεοδώρου τοῦ μαγίστρου· et Kollar. in nota, „vnde, ait, auctorem huius orationis *Theodorum Daphnopatam*, circa an. 956. clarum, coniicit *Oudin.* commentariorum suorum tom. II. p. 450.“ — sec. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 504. *A. Symeon. Seth de veritate corporum coelestium et de alimentorum facultate*, *Mediolani* in cod. bibl. Ambros. — p. 1199. *D. de cibis*, et p. 1201. *D. E.* περὶ τῶν τροφῶν, atque *apanthismata physicorum* in bibl. *Guil. Pelliserii. Harl.*

[t]) De Simeonum scriptis p. 182. seq.

[s]) Haec est Simeonis Sethi *physicorum Synopsis* MS. in codice regis christianiss. MCCXXXI. Labbeo p. 115. bibl. nouae SS. memorata.

[v]) Lib. de Psellis cap. LXXIII. pag. 56. [supra vol. X. p. 88. sqq. add. ad §. anteced. inter codd. memoratos. *Harl.*]

rem subterfugeret, a Psello diuulsos non sine plagii nota, reliquis tribus praeposuit, nomine suo inscriptos. Quod mirum non erit scripta vtriusque conferenti; adeo Sethus iste in Psellianos sudores insaniit. Librorum capita idem in prooemio operis imperatori indicauit, et nos primi tibi ipsius prooemii nunc ex prima editione indicabimus. Exorditur itaque: Ὁ μὲν σοφὸς Πλούταρχος, ὦ μέγιστε καὶ θειότατε Βασιλεῦ, διαφόρους δόξας ἀπαριθμούμενος, καὶ τὴν ἀληθῆ μὴ ἀποδεικνύων καὶ πιστούμενος, συγχέει μᾶλλον τὸν λογισμὸν, καὶ ἀπορεῖν παρασκευάζει, ἢ εἰς ἐπίστασιν ἄγει· τὸν δὲ μέλλοντα ἐπὶ τὴν γνῶσιν τῶν ὄντων ἰέναι, δεῖ μετὰ ἀποδείξεως ἕκαστον διαγνῶναι ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἀρχόμενον, καὶ ὁδῷ προϊόντα ἐπ' αὐτὴν ἀνιέναι τὴν τῶν ὅλων ἀρχήν. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ παρόντι, ἑτέραν ἐτραπόμην τούτων ὁδόν· καὶ πρότερον μὲν ἐκ τῶν ἐσχάτων ἀρχόμενος ἀποδείξω ἐν Πρώτῳ λόγῳ τῷ περὶ γῆς ὅτι τυγχάνει σφαιροειδὴς, καὶ ὅτι ἐν μέσῳ κεῖται τοῦ παντὸς, καὶ ὅσων σταδίων ἐστὶν ἡ περίμετρος αὐτῆς, καὶ ὅσον, καὶ οἷον μέτρον αὐτῆς οἰκοῦμεν οἱ ἄνθρωποι· καὶ πῶς τὰ ἑπτὰ κλίματα διαμεμέρισται· καὶ μέχρι τίνος ἐν τῇ ἀνατολῇ οἰκοῦσιν ἄνθρωποι· καὶ τί μὲν τὸ πέρας τῆς ἐν τῇ δύσει οἰκήσεως· καὶ τί τὸ ἐν Βοῤῥᾷ, καὶ τί τὸ ἐν νότῳ. Ἐν δὲ τῷ Δευτέρῳ περὶ τοῦ ὕδατος, καὶ θαλασσῶν, καὶ ἀέρος, καὶ πυρὸς, καὶ ἀστραπῶν, καὶ βροντῶν, καὶ κεραυνῶν, καὶ κομητῶν, ὑετῶν, καὶ χιόνων, καὶ χαλάζης, καὶ τῶν ὁμοίων. Ἐν δὲ τῷ Τρίτῳ περὶ τῶν οὐρανίων σωμάτων, καὶ φύσεως αὐτῶν καὶ μεγέθους, καὶ σελήνης, καὶ κινήσεως τῶν ἀστέρων. Ἐν δὲ τῷ Τετάρτῳ περὶ ὕλης καὶ εἴδους, καὶ φύσεως, καὶ ψυχῆς, καὶ νοῦ. Ἐν δὲ τῷ Πέμπτῳ περὶ τῆς πρώτης τῶν ὄντων αἰτίας. *Plutarchus quidem sapiens, maxime ac diuinissime imperator, varias recensens sententias, nec veram distinguens ac corroborans, turbat potius mentem, et ad dubia comparat, tantum abest, vt cognitionem adferat. Porro oportet ad rerum scientiam animum adplicaturum singula cum demonstratione* [P] *cognoscere; initio a sensibilibus sumto. Hinc deinceps ad rerum omnium principium pedetentim gradum facere. Propterea diuersam ab his in praesenti viam iniui, et prius ab extremis initio sumto, in primo libro de terra demonstrabo, eam esse rotundam, in medio vniuersi sitam; quot stadiis eius circumferentia mensuretur, quantam et qualemnam illius partem homines inhabitemus, vtque in septem climata diuidantur, et vsque quo in orientem sedem extendant, et quis sit terminus habitationis occiduae, quis borealis, et quis australis. In secundo de aqua, mari, aëre, igne, fulgure, tonitru, fulminibus, cometis, imbribus, niue, grandine et similibus. In tertio de coelestibus corporibus, natura eorum et magnitudine, de luna et motu stellarum. In quarto de materia, specie, natura, anima et mente. In quinto de prima rerum caussa.* Et vt magis distincte librorum argumenta habeas, primi capita sunt: Περὶ τοῦ εἶναι τὴν γῆν σφαιροειδῆ. Περὶ τοῦ μεγέθους τῆς γῆς. *Terram esse rotundam. De magnitudine terrae.* Secundi: Περὶ τῶν μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ στοιχείων, καὶ τῶν περὶ ταῦτα παθῶν. Περὶ ἀέρος, καὶ πυρὸς, καὶ νεφῶν, καὶ ὑετῶν, καὶ ἀστραπῶν, καὶ βροντῶν. Περὶ σεισμῶν. Περὶ κομητῶν. Περὶ νεφῶν καὶ ἀνέμων. Περὶ ἴριδος. Περὶ ἅλωνος. Περὶ κόσμων ἀπείρων, ὡς τινες τῶν φιλοσόφων ἐδόξασαν. *De elementis, quae inter terram et coelum sunt, et eorum adfectionibus. De aëre et igne, et nebulis, et imbribus, et fulguribus et tonitruis. De terrae motibus. De cometis. De nebulis et ventis. De iride. De halone* siue *area. De mundis innumeris, vt quidam philosophi opinati sunt.* Tertii: Περὶ οὐρανοῦ. Εἰ ἔμψυχος ὁ κόσμος, καὶ προνοίᾳ διοικούμενος. Εἰ ἄφθαρτος ὁ κόσμος. Εἰ τρέφεται ὁ οὐρανός. Περὶ τάξεως κόσμου. Περὶ τῆς τοῦ κόσμου ἐγκλίσεως. Περὶ τοῦ εἰ ἔστι κενὸν ἐκτὸς τοῦ κόσμου. Τίνα δεξιὰ τοῦ κόσμου, καὶ τίνα

τὴν τὰ ἀριστερά. Τίς ἡ τοῦ οὐρανοῦ οὐσία. Περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ νοουμένων. Περὶ σχημάτων ἀστέρων. Περὶ τῆς τῶν ἀστέρων φορᾶς. πόθεν φωτίζονται οἱ ἀστέρες. Πῶς γίνονται οἱ τέσσαρες καιροί. Περὶ τοῦ μεγέθους καὶ σχήματος ἡλίου. Περὶ τῆς τοῦ ἡλίου ἐκλείψεως. Περὶ οὐσίας καὶ φωτισμοῦ σελήνης, καὶ σχήματος. Περὶ ἐκλείψεως σελήνης. *An mundus animatus sit, et prouidentia gubernatur. An mundus sit incorruptibilis. An coelum nutriatur. De ordine mundi. De inclinatione mundi. An detur vacuum extra mundum. Quae sint dextra et quae sinistra mundi. Quae sit essentia coeli. De iis, quae in coelo intelliguntur. De figuris astrorum. De stellarum latione. Vnde lumen accipiant stellae. Quomodo fiant quatuor tempestates. De magnitudine et figura solis. De defectu solis. De essentia, illuminatione et figura lunae. De defectu lunae.* Quarti: περὶ ὕλης. περὶ εἴδους. περὶ φύσεως. [?] περὶ τόπου. περὶ χρόνου. περὶ ψυχῆς. περὶ ὁράσεως. περὶ ἀκοῆς. περὶ ὀσφρήσεως. περὶ γεύσεως. περὶ νοῦ. *De materia. De forma. De natura. De loco. De tempore. De anima. De visu. De auditu. De odoratu. De gustu. De mente.* Quinti: περὶ τῆς πρώτης αἰτίας τῶν ὄντων, καὶ τῆς ἀπ' αὐτῆς διοικούσης προνοίας. *De prima rerum causa, et quae ab ea oritur prouidentia. Fabr.* Codd. quorumdam notitiam subiungam. In cod. *Balusii*, capita quaedam physica, sec. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1305. *D.* — et p. 350. *C.* in cod. Laurent. XXX. plut. 57. *Sim. Sethi Ichnilates*, in quo de diuersis miraculis naturalibus agitur: de quo plura vid. ad §. 4. — *Florent.* in cod. Laurent. IV. nr. 8. plut. 58. synopsis τοῦ — Συμεὼν Βέστου τοῦ Σήθ, de quo notauit quaedam *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. II. pag. 442. — Capita quaedam ex eod. opere ib. in cod. XIX. nr. 24. plut. 7. illorum, diuerso tamen ordine dispositorum, inscriptiones reddidit *Bandin.* l. c. vol. I. pag. 264. seq. qui p. 265. etiam opus, quod in eod. cod. nr. 25. subsequitur, *de morbis et eorum cura*, ad Constantinum Porphyrogenetum imper. Setho nostro adserendum suspicatur: de quo nihil apud Fabricium. Sed *Bandin.* in ind. vol. III. p. 576. id. Michaeli Psello, cum cuius libro medicinali, (de quo v. *Bandin.* III. p. 147.) conspirat, adiudicare malit. — In cod. XXXV. nr. 27. plut. 7. Libellus, in quo astronomica, physica et metaphysica multa enarrantur, initio et fine mutilus, et auctoris nomine destitutus. *Bandin.* l. c. I. p. 298. primum subiecit vnum caput de planetarum periodis: tum obseruat; huius operis extrema, paucis exceptis, concordare fere cum iis, quae in cod. mem. XIX. recensuit: ideoque etiam Simeoni Setho adscribenda censet. — In cod. XVI. nr. 16. plut. 9. excerpta quaedam philosophica vel ex Symeonis Sethi synopsi, vel ex Mich. Pselli omnifaria doctrina; sed ordine ab Fabriciano diuerso disposita; quare *Bandin.* l. c. I. p. 414. argumentorum capita exscripsit. — *Venet.* in bibl. Marc. cod. CCLVII. synopsis physicorum. Adiungitur eiusd. Simeonis Sethi aliud opus, (quod omiserunt Allatius et Fabricius,) περὶ χρείας τῶν οὐρανίων σωμάτων· inc. περὶ μὲν τῆς κινήσεως. v. cat. codd. gr. Marc. p. 127. — In cod. *Escorial.* synopsis physicorum, et in alio cod. *Magistri Logothetae Seth ad diuersos epistolae nouem*, teste *Plüero* in Itinerar. per Hispan. p. 190. — *Matriti* in cod. reg. LXXXIV. fol. 96. Synopsis physicorum, et fol. 105. auerso est quoque opus (quod in cod. Marc. reperiri, modo significauimus,) περὶ χρείας τῶν οὐρανίων σωμάτων, *de vtilitate coelestium corporum.* Huius et reliquorum libror. capita et argumenta vberius recensuit *Iriarte* in cat. codd. gr. Matrit. p. 339-342. In eodem cod. bis liber tertius Pythagorae adscriptus est; sed iam Lascaris in libri fronte nr. 66. et nr. 99. monuit, illum esse Sim. Sethi. v. *Iriart.* l. c. p. 335. et 440. adde supra

ad vol. I. p. 783. seq. — *Vindobonae* in cod. caes. XL. nr. 13. *Historia animalium*, in capita 95. diuisa. v. *Lambec.* VI, part. 2. p. 357. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MCMXCIX. nr. 6. quaedam capp. physica et MMCCCLXXII. nr. 6. physicorum synopsis. *Harl.*

3. Eiusdem philosophica et medica dissertatio [w]) de Olfactu, habetur in bibliotheca Bauarica cod. CLXXIII. An ab ea, quae in libro quarto superioris operis non tantum de Olfactu, sed de aliis etiam sensibus, disputatione diuersa, nondum mihi compertum est.

4. Legi eiusdem, habeoque penes me Narrationem Indicam τὰ κατὰ Στεφανίτην, καὶ Ἰχνηλάτην [x]), Perzoo medico in gratiam Chosrois regis in Perside ex indica lingua in arabicam translatam, quam postea Sethus ex arabica in graecam conuertit, cui et praefationem de auctore operis, illiusque inuentione adtexuit. Ait quippe, Chosroëm, qui et Anasurenus [y]) dictus est, Dauidis filium certiorem a nonnullis factum, apud Indos monimentum exstare, ab illius regionis sapientibus conscriptum, fabellis ac praeceptis domi forisque summopere proficuis refertum, ab Arabibus Cybile [z]) et Dimne, quod apud Graecos Stephanites et Ichnilates sonarent, inter regis opes admodum custodiri, Perzoum medicum cautum virum, Indorumque linguae non imperitum ad se arcessitum, et muneribus cumulatum ad Indos misisse: Perzoum Indorum sapientum consuetudine innotuisse, cuidam pleno pectore sapienti, cum quo familiaritate contracta inter potus et epulas, et nimios sumtus consilium suum de libro communicasse, et socium in negotio fecisse. Indum Perzoi moribus admodum delectatum, licet ostia obsiderentur, perfugium inuenisse, raptumque e regia suppellectili libri Perzoo tradidisse, a quo per summum studium euolutum, in linguam arabicam [aa]) versum, et per extrema pericula reseruatum, Anasureno regi auide id cupienti tandem aliquando post reditum non sine congiario oblatum. Diuiditur in quindecim sectiones. In duabus primis Stephanitae et Ichnilatae historiola finitur, [P] in reliquis aliunde, et ex aliis animalibus fabulae confinguntur. Dictio pedestris, humilis, hiulca, saepe barbara, inconcinna, omnia e triuio. Sententiae graues, spissae: fabellae non insuaues, rebus accommodatae, vegetae, euidentes, frequens tamen earum, sicuti et sententiarum vsus narrationem saepissime obstruit, et lectorem turbat. Est nihilominus et Syntipa Persa [bb]), et Erasto dictione, et sententiis, ceterisque omnibus adcuratior, et breuitate sermonum, et fabula-

w) Hanc edere voluit G. H. Welschius, vt sub fin. §. primi notaui. [sed add. quae ego adscripsi.]

x) De huius libri editione graecolatina Berolin. 1697. 8. quam Seb. Godfrido Starckio debemus, aliisque in varias linguas translationibus dixi vol. VI. p. 460. 465. [s. vol. VII. p. 777-781. nou. ed. vbi plura adscripta sunt: sed quaedam quoque corrigenda esse, me docuit cl. *Adry* bibliothecar. coll. Oratorii Paris. et quae alio tempore et loco indicabo. Add. supra, vol. I. p. 650. seq. *Harl.*] — Non aliud scriptum intellige, quando Simeon Sethus *in libro de regni gubernatione animalium exemplo* citatur a Rigaltio notis ad Phaedrum.

y) Texeitae *Anaxiron.*

z) *Kelila et Dimna*, duo thoum siue vulpium nomina.

aa) Imo, Persicam.

bb) De hoc Syntipa et Erasto dicam infra sub extremum huius capitis.

fabularum acutior: Prooemio, et introductione nimis prolixa, adfectataque narrationum superaggestione molestior. Adferuatur praeterea in bibliotheca Augustana inter libros manuscriptos Pluteo 7. cod. III. [v. *Reiseri* indic. MSSt. bibl. August. p. 75.] et Viennae Austriae in bibliotheca imperatoria. Index Augustanus editus, et manuscriptus, et Gesnerus. Seruatur etiam penes me. Haec narratio italice versa edita fuit Ferrariae apud Dominicum Mammarillum 1584. in 8. sed in pluribus mutila. In ea sane ridiculum est, quod in prima facie libri legitur, eam ex Indica [cc]) in Agarenam linguam a Lelo Demno, Saraceno versam fuisse. Nomen enim libri Cybile et Dimne, quum non intellexisset interpres Italus, illud obtruncatum Lelum Demnum, eumque Saracenum efformauit. In eamdem apud nonnullos codices manuscriptos leguntur carmina Georgii Ceramei. Vide infra, p. 640. [ed. vet.] *Fabr. Florentiae* in cod. Laurent. XXX. nr. 1. plut. 57. narratio ista indica inscribitur; Ἰχνηλάτης Plura de illo cod. et de illa narratione Fabricium sequutus retulit *Bandin.* in catal. codd. gr. Laur. tom. II. p. 352. seq. — *Vindobonae* in cod. caesar. CCLXXXVIII. nr, 2. v. *Lambec.* V. col. 495. seq. ibique not. Kollarii, quam exscripsi supra, vol. VII. p. 779. not. *e.* vbi tamen lin. 9. legendum est *Humajun Nameh*, et docente cl. *Adry*, addendum est, editionem versionis hispanicae non esse admodum raram, et ipsam versionem factam esse ex prima versione latina, *Directorium* etc. (v. not. *oo.* ad vol. I. p. 650. seq.) — Ibid. in cod. caesar. XXVI. nr. 5. ex versione *Sym. Sethi* graeca apologorum indicorum etc. capita nouem, quae in cod. adtribuuntur *Secundo philosopho.* Conf. *Lambec.* VI. part. 2. col. 272. seq. Kollar. — Eadem narratio, gr. *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. *Barocc.* CXXXI. fin. — *Paris.* in bibl. publ. MMCCXXI. nr. 3. *Kalila we damma*, liber a Symeone Sethi ex arabica lingua in graecam conuersus: Sequuntur *Georgii Ceramei* versus iambici in huiusce operis laudem. — Eadem narratio *Leidae* in bibl. publ. in cod. quondam Bonauent. Vulcanii. v. catal. bibl. illius p. 349. nr. 93. — Edita cum Ge. Pachymeris Michaele Palaeologo, et a *Petro Possino* e graeca lingua in latinam translata, Romae 1666. fol. v. cat. bibl. Leidens. p. 221. in recensione Byzantinae historiae corporis, typis regiis editi. — *Betragen der Grossen und Kleinen, wie es seyn sollte. Oder die Fabeln des Indischen Weltweisen, Pilpai.* Aus dem Französischen übersezt von *Io. Conr. Vollgraf*, Conrect. am reformirten Lyceo zu Schmalkalden. Isenaci, 1803. 8. Conf. Hall. A. L. Z. 1805. nr. 83. m. Mart. *Harl.* Add. *Eichhorn.* Geschichte der Literatur I. p. 587. sq.

5. Vertit quoque alia ex arabica lingua in graecam: *Somniorum exactum indicem* [dd]), *siue interpretem, secundum alphabetum.* Antonius Verderius in catalogo librorum Michaelis Cantacuzeni.

6. *Paulum Arabem.* Idem Verderius, ibidem.

7. Eius-

cc) Legere tamen memini, ni fallor, ex lingua indica fuisse nuper versam et editam. *Harl.*

dd) Hic Simeon fortasse etiam auctor graecae versionis Onirocritici Achmetis, quod graece et lat. a Rigaltio editum est ad calcem Artemidori, de qua dixi lib. IV. cap. 15. §. 12. [vol. V. pag. 266. seq. ed. nou.] *Iacobus Tollius* Rigaltii editionem cum quatuor MSS. Vindobonensibus contulit, ex iisque suppleuit lacunas et ad bis mille loca emendauit, vt ex eius epistolis itinerariis p. 118. cognosces.

7. Eiusdem *Historia Chronica vulgari lingua a creatione mundi vsque ad imperium Constantini Ducae.* Apud Verderium in catalogo librorum Iacobi Marmoratae patriarchae Constantinopolitani. Alibi quoque legi: *In mundi opificium ex Genesi, et Chronicis per seriem opus collectum a Symeone magistro et rhetorico logothete ex diuersis Chronicis, et Historiis in 4.* Idemne, an diuersum a superiori: Vt taceam de rhetorico logothete, graece omnino conceptum existimo: Συμεὼν μαγίστρου, καὶ ῥήτορος τοῦ Λογοθέτου. *Simeonis magistri et rhetoris logothetae.* [*Paris.* in bibl. publ. cod. MDCCXII. est nr. 1) *Symeonis magistri et logothetae, chronicon* e variis scriptoribus collectum: nr. 5) *Symeonis magistri et logothetae, opus de mundi creatione,* e libro Geneseos, variisque chronicis et historicis collectum: nr. 7) *Symeonis* (alius, v. supra, vol. VII. p. 471.) *chronicon.* „Praefixi, (vt ait confector catal. MSSt. regg. vol. II. p. 391.) duo versus politici, quorum auctor testatur, hocce chronicon ab Adamo ad Constantinum Porphyrogenitum vsque perduci. Ibi tamen res memoratu dignae, quae, Romano puero imperante, contigerunt, litteris mandantur. Opus ineditum.“ Add. ibid. cod. MDCCVII. nr. 1. et supra, vol. VII. p. 472. — *Romae* in bibl. patrum S. Basilii *Sim. magistri logothetae chronica,* e multis chronicis compilata, et in bibl. monasterii S. Saluatoris Basilianorum Messanae, cod. LXXV. eiusd. *chronica.* vid. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 198. *B.* et 199. *A.* — In cod. *Escorial. Symeonis theologi* historicus liber e libris Geneseos et aliorum historicorum et chronicorum capp. practica theologica et gnostica, teste *Plüero* in itinerario per Hispan. p. 190. Id opus num ad nostrum an ad alium Simeonem pertineat, dubius sum. *Harl.* Sed quis in obscurissimis, et non visis lucem inueniet, et iudicium feret? *Hactenus Allatius.*

[T] SIMEON, Thessalonicensis archiepiscopus [ee]), sexto mense ante captam a Murate a. C. 1430. 29. Martii Thessalonicam [ff]) defunctus, varia scripsit, quibus et ritus et dogmata ecclesiae graecae illustrauit insigniter, et oppugnauit latinos. Itaque *Nic. Comnenus,* Graecus licet, Latinorum propugnator acerrimus p. 215. praenot. mystag. Simeonem *inter Photianos non Photianae plane ignorantiae participem virum* adpellat, *et ni desipuisset in dogmatibus, nemini recentiorum theologorum imparem. Fabr.* Conf. *Henr. Wharton* et *Rob. Gerius* ad Cauei hist. litter. S. S. eccl. tom. II. p. 113. seq. vterque citat quosdam codd. prior autem scripsit, Sim. Thessal. claruisse a. 1410. et obiisse a. 1429. mense Sept. sex mensibus ante Thessalonicam, ab Amurathe iterum expugnatam: posterior autem prodit, eum claruisse a. 1418. et vita decessisse paullo ante captam suam metropolin a. 1430. — *Oudin.* comment. de SS. eccl. tom. III. p. 2242. sqq. ad a. 1410. qui multus est de aetate, potissimum de scriptis horumque codd. et ex aliis praecipue Lambecio et Goaro multa exscripsit. — *Hamberger* zuverläss. Nachr. tom. IV. p. 682. seq. ad a. mortis 1429. et *Saxius* in Onom. litt. part. II. p. 390. seq. qui, eum mortuum esse a. 1430. adiecit. *Harl.*

1. Prae-

ee) Eugenius Nomophylax in Synodico, Dominica orthodoxiae in ecclesia Thessalonicensi recitari solito, apud *Allatium* de Simeonibus pag. 187. seq. vbi celebrantur Thessalonicae archiepiscopi *Isidorus, Gabriel,* Simeon *Gregorius* et *Niphon.* Etiam senioris Simeonis Thessalonicensis meminit *Allatius* de consensu vtriusque ecclesiae p. 863. Is est, qui Isidorum in archiepiscopatu Thessalonicensi antecessit.

ff) Ioannes Anagnosta in narratione de capta Thessalonica, in *Allatii* Symmictis p. 346. et 334.

1. Praecipuum eius opus est *de fide, ritibus et mysteriis ecclesiasticis*, quod integrum graece lucem vidit Iassii in Moldauia a. 1683. fol. curante *Dositheo*, patriarcha Hierosolymitano, et merito laudatur ab *H. Whartono* in auctario historiae dogmaticae Vsserii de scripturis et sacris vernaculis p. 440. et *Rich. Simone* in bibl. selecta tom. I. cap. 29. pag. 237. seq. *Fabr.* Fabricius noster infra in vol. XIV. p. 49. sqq. vet. ed. *Simeonis Thessalonic.* opus ecclesiasticum, quod beneficio *Maurocordati*, Hungaro Walachiae principis, acceperat, curatius et vberius descripsit, et capitum eius elenchum et quaedam specimina dedit. Ego vero h. l. reducam descriptionem operis; longum autem capitum indicem, qui si necessarius videbitur lectoribus, et nisi aliae obstiterint caussae atque impedimenta, in Supplementorum tomum coniiciam. Fabricius autem, „auspiciis, ait, et sumtu *Ioannis* ducis, labore *Ioannis Molibdi* *), Heracleensis excusum, graece lucem vidit Iassii in Moldauia a. 1683. fol. opus Simeonis hoc titulo: ΣΥΜΕΩΝ τȣ̃ *μακαρίȣ ἀρχιεπισκόπȣ Θεσσαλονίκης κατὰ αἱρέσεων, καὶ περὶ τῆς μόνης ὀρθῆς τῆς Χριστιανῶν ἡμῶν πίστεως, τῶν τε ἱερῶν τελετῶν καὶ μυστηρίων τῆς ἐκκλησίας διάλογος. Περί τε τȣ̃ θείȣ* Ναȣ̃ *καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἀρχιερέων τε, καὶ ἱερέων καὶ διακόνων, καὶ τῶν ὧν ἕκαστος τȣ́των στόλων ἱερῶν περιβάλλεται, καὶ περὶ τῆς θείας μυσταγωγίας. εἴς τε τὸ τῆς ὀρθοδόξȣ τῶν Χριστιανῶν πίστεως Σύμβολον ἑρμηνεία, καὶ τῶν τȣ́τȣ ῥήσεων ἔκθεσις, ὅθεν τε συνελέγησαν καὶ κατὰ τίνων συγκείμεναί εἰσιν. ἔτι δὲ περιεκτικὰ τῆς ὀρθοδόξȣ πίστεως κεφάλαια· ἤτοι ἄρθρα δώδεκα, καὶ ὅτι ταῦτα περιέχει τὸ ἱερὸν Σύμβολον. καὶ περὶ τῶν περιεκτικῶν ἀρετῶν. Ἀποκρίσεις τε πρός τινας ἐρωτήσεις Ἀρχιερέως, ἠρωτηκότος αὐτόν. καὶ τελευταῖον περὶ ἱερωσύνης. Μεθ' ὧν τȣ̃ σοφωτάτȣ καὶ λογιωτάτȣ* ΜΑΡΚΟΥ ΕΥΓΕΝΙΚΟΥ *μητροπολίτȣ Ἐφέσȣ ἐξήγησις τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἀκολȣθίας.* B. SIMEONIS *archiepiscopi Thessalonicensis contra haereses, et de sola recta nostra Christianorum Fide, et de sacris ritibus et mysteriis ecclesiae dialogus. Praeter ea de diuino templo et de episcopis, presbyteris ac diaconis, et de sacris stolis siue vestimentis, quibus quisque induitur, et de diuino cultu ac mystagogia. Interpretatio in symbolum fidei christianae, et vocum eius expositio, atque vnde collectae illae et quibus oppositae fuerint. Capita item et articuli, quibus recta fides continetur, et quod illa sacro comprehendantur symbolo, et de virtutibus, quae in eodem commendantur. Responsiones ad quaedam quaesita Episcopi, et denique de sacerdotio. Post haec, MARCI EVGENICI sapientissimi doctissimique metropolitae Ephesi expositio ordinis liturgiae ecclesiasticae.* Subiunctus index graecus locuples, a Ioanne Molibdo compositus.

Praemittitur volumini praefatio duplex *Dosithei*, patriarchae Hierosol. **), in quarum

*) *Τυπωθέντα διὰ δαπάνης τȣ̃ εὐσεβεστάτȣ, ἐνδοξοτάτȣ, ἐκλαμπροτάτȣ τε καὶ γαληνοτάτȣ ἡγεμόνος* Κυρίȣ ἸΩΑΝΝΟΥ *Δȣ́κα Βοεβόδα πάσης Μολδοβλαχίας, τȣ̃ μεγαλοπρεπεστάτȣ αὐθέντȣ καὶ ἀρχηγȣ̃ πάσης Ὀκραΐνης, ἐπιμελείᾳ καὶ διορθώσει τȣ̃ λογιωτάτȣ νοταρίȣ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας κυρίȣ* ἸΩΑ'ΝΝΟΥ ΜΟΛΙ'ΒΔΟΥ, *τȣ̃ ἐξ Ἡρακλείας, ἐν τῇ σεβασμίᾳ πατριαρχικῇ καὶ αὐθεντικῇ μόνῃ τῶν πρωτοκορυφαίων Ἀποστόλων, τῇ καλȣμένῃ Τζετατζȣ́ια. Ἐν ἔτει σωτηρίȣ* ΑΧΠΓ *κατὰ μῆνα Ὀκτώβριον ἐν Γιασίῳ τῆς Μολδοβίας.* Et in calce libri: *ἐπιμελείᾳ δὲ καὶ διορθώσει τȣ̃ λογιωτάτȣ κυρίȣ* ἸΩΑ'ΝΝΟΥ ΜΟΛΙ'ΒΔΟΥ *τȣ̃ Περαθίȣ, παρὰ τȣ̃ θεοφιλεστάτȣ ἐπισκόπȣ χιοίȣ, κυρίȣ* ΜΗΤΡΟΦΑΝΟΥΣ.

**) ΔΟΣΙ'ΘΕΟΣ *ἐλέῳ θεȣ̃ πατριάρχης τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς τȣ̃ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστȣ̃ καὶ Θεȣ̃ ἀναστάσεως.*

rum priore Simeon Thessalonicensis celebratur *ὁ τῆς θεσπεσίου καὶ ἀοιδίμου μνήμης Θεσσαλονίκης ἀρχιεπίσκοπος Συμεὼν, σύνοψιν τῆς τε Γραφῆς καὶ τῶν Πατέρων ἄριστα καὶ ἀσφαλέστατα ποιησάμενος, διὰ τὸ εὐμάθητον τῶν ἀγραμμάτων, καὶ διὰ τὸ εὐκατάληπτον τῶν σπουδαίων, καὶ διὰ τὸ εὐμνημόνευτον τῶν σοφῶν. Τὴν γὰρ ἀκτῖνα τῆς θεαρχικωτάτης αἴγλης πληρέστατα εἰσδεξάμενος ἥλιος πνευματικὸς τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ χρηματίζει, καταφωτίζων καὶ σοφοὺς καὶ ἰδιώτας ταῖς ἀκτῖσι τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. Καὶ ὡς ἐν χρυσίῳ μάλιστα ἡ βασιλικὴ εἰκὼν, οὕτω τῇ καθαρότητι τῆς μακαρίας αὐτοῦ ψυχῆς εἰκὼν ὁρᾶται τοῦ θεοῦ τετυπωμένη. διὸ καὶ θεοφόροις πατράσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν πρωτοτόκων συναγάλλεται τῷ πανταστίῳ τῶν τοιούτων σαλπίγγων Χριστῷ παριστάμενος. Beatae et celebratissimae memoriae archiepiscopus Thessalonicensis Simeon, qui compendium scripturae sacrae et Patrum quam optime et solidissime composuit, vt et ineruditi facile discere, et comprehendere studiosi, et docti tenere memoria valeant. Diuini enim splendoris radio plenissime imbutus, solis instar spiritualis est ecclesiae dei, qui radiis doctrinae suae doctos pariter indoctosque illuminat. Ac sicut in auro maxime regia effigies, sic in beati illius animi puritate, dei expressa imago cernitur. Quare etiam cum diuinis Patribus in ecclesia primogenitorum beatus et Christo, qui sanctarum huiusce tubarum auctor est, praesens et adsistens exsultat.* In altera praefatione, data Hadrianopoli et directa ad Ioannem, ducem *), Dositheus laudat huiusce curam ac benignitatem in promouenda Simeonis editione, publico bono demonstratem. „Hactenus Fabricius, qui dein longum capitum indicem subiecit: quorum summam et ordinem h. l. tantum dabo. 1) *contra atheos, quod est deus*, deorum cultores, Iudaeos, Simonem, magum, aliosque et latinos: 2) *de sacramentis.* 3) *de sacro ritu sancti vnguenti;* 4) *de sacra liturgia;* 5) *de diuino templo eiusque inauguratione;* 6) *de sacris ordinationibus;* 7) *de poenitentia;* 8) *de honesto et legitimo coniugio;* 9) *de sacro ritu sancti olei*, s. *euchelaei;* 10) *de sacra precatione;* 11) *de fine et exitu nostro e vita, et de sacro ordine sepulturae, et quae promemoria defunctorum solent fieri;* 12) *expositio de diuino templo — de Missa etc.;* 13) *expositio succincta diuini symboli rectae fidei nostrae;* 14) *exposit. necessaria de sacri symboli vocibus et dictis etc.* 15) *περιεκτικὰ* etc. v. ap. *Fabric.* s. Allat. nr. 4-6) — 16) *responsiones ad quaesita episcopi;* 17) *de sacerdotio etc.* (nr. 3. ap. Fabric.) 18) *Marci Eugenici expositio officii ecclesiastici. Harl.*

Huius operis partes sunt: *Ἑρμηνεία περί τε τοῦ θείου ναοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἱερῶν τε πέρι καὶ διακόνων καὶ ἀρχιερέων τε καὶ ὧν ἕκαστος τούτων στολῶν ἱερῶν, περῶν περιβάλλεται. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς θείας μυσταγωγίας λόγον ἑκάστῳ διδοῦσα τῶν ἐν αὐτῷ τελουμένων θείως καὶ τοῖς ἐν Κρήτῃ ζητήσασι ἀποσταλεῖσα, de templo et missa*, quod graece et latine edidit *Iacobus Goar* in Euchologio pag. 212. 232. Latine et minus sincerum *Iacobus Pontanus* S. I. Ingolstad. 1603. 4. pag. 425. sqq. in adpend. Opp. Sym. iunioris theol. recusum in supplemento bibliothecae patrum Morelliano Paris. 1639. fol. tom. I. pag. 865. et in Lugdunensi Bibl. Patrum tom. XXII. pag. 767. *Fabr.* Item in Colon. bibl. patr. 1618. fol. vol. XII. part. I. p. 741. — MS. *Vindob.* in cod. caes. CLXVI. nr. II.

*) Τῷ ἐκλαμπροτάτῳ, ἐνδοξοτάτῳ, εὐσεβεστάτῳ, γαληνοτάτῳ τε καὶ μεγαλοπρεπεστάτῳ αὐθέντῃ καὶ ἡγεμόνι πάσης Μολδοβλαχίας τὸ τρίτον, καὶ Ὀγκρίας τὸ πρῶτον, κυρίῳ, κυρίῳ ΙΩΑ'ΝΝΗ δέκα Βοεβόδα, τῷ ἐν ἁγίῳ πνεύματι υἱῷ ποθεινοτάτῳ τῆς ἡμῶν μετριότητος, Ἀποστολικὴν εὐλογίαν ἐν ἁγίῳ φιλήματι. Et in fine epistolae: ΔΟΣΙ'ΘΕΟΣ ἐλέῳ θεοῦ πατριάρχης τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὐχέτης τῆς σῆς ἐκλαμπρότητος.

nr. 11. et in cod. CCLXXII. v. *Lambec.* IV. p. 390. sq. et V. p. 457. sq. Koll. — ibid. in cod. CCLXX. plura sunt Simeonis Thessal. scripta, nr. 1. *dialogus ecclesiasticus et de sola vera fide, simul etiam de VII. ecclesiae sacramentis, et de templo, rebusque et hominibus ad illud pertinentibus; tum* secundum Fabricii ordinem nr. 2. 3-6. *Precationes sacrae sex* nr. 7. codicis, et nr. 8. cod. *accurata diiudicatio legitimarum et illegitimarum nuptiarum, excerpta ex libro iuridico Theodori Balsamonis;* de quibus copiose agit *Lambec.* V. pag. 451. sqq. Kollar. — ibid. p. 470. in cod. CCLXXXII. excerpta ex Simeonis Thessal. *monitis de vita ascetica, s. monastica. Monac.* in codd. Bauar. LVIII. et CCLXXXVI. *expositio de diuino templo* etc. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 1. p. 34. etc. s. cat. MSS. gr. Bauar. pag. 43. et 44. — in cod. *Harlei.* MMMMMDCXXX. opera quaedam, quorum tamen tituli non indicantur in catal. MSS. bibl. Harlei. *Oxon.* in codd. Barocc. LXXV. *de templo* etc. CVII. *expositio liturgiae;* inc. ἐξ ἀγάπης θείας. et plura sim. scripta in cod. CCXCIV. nempe sec. ordinem Fabricii nr. 1. 4. 5. ac 6. et *epistola adhortatoria ad viam salutis* etc. — *Explanatio liturgiae s. missae* est quoque *Vindobon.* in cod. caes. XIII. nr. 6. et incipit: προσήγετο δῶρα τῷ θεῷ· v. *Kollar.* Supplem. ad Lambec. I. p. 129. sq. qui obseruat, opus in hoc cod. esse multo copiosius, quam illud, quod vulgauit *Goar* in Euchologio suo pag. 212. et luce publica dignum. — *Taurin.* in cod. LXV. in quo etiam est Sim. Thessal. *dialogus contra haereses* etc. v. cat. codd. gr. Taurin. pag. 161. sq. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MCCLXVII. et MCCLXXXI. *expositio liturgiae,* et in duobus posterioribus sunt quoque *responsiones ad interrogata Gabriëlis* etc. ibid. in cod. MCCLXXXII. exstant varia *Sym. Thessal.* opera, quae omnia lucem vidisse Iassii a. 1683. dicuntur, in cat. MSS. bibl. reg. II. p. 274. — Sec. *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 478. bibl. *Venet.* in bibl. Grimana et pag. 623. *B.* in cod. *Scorial. de mysteriis ecclesiae:* — pag. 504. *A.* in bibl. Ambros. *Mediol. de sacramentis ecclesiae; de templo dei* etc. *de oratione; responsiones ad interrogata sacerdotis cuiusd. de rebus theologicis. Harl.*

Ἐκκλησιαστικὸς διάλογος κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων καὶ περὶ τῆς μόνης πίστεως τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῶν ἱερῶν τελετῶν τε καὶ μυστηρίων πάντων τῆς Ἐκκλησίας, οὐδὲν αὐτοῦ ἴδιον κεκτημένος, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν καὶ τῶν πατέρων ἐρανισθεὶς αὐτῷ καὶ συντεθεὶς κατὰ δύναμιν, ἀπολογίαν διδοὺς ἑκάστῳ τῶν κατὰ καιροὺς ἠρωτηκότων. *Dialogus aduersus omnes haereses,* in quo inter alia laudat clarum sua aetate Callistum Xanthopulum, qui a. 1395. fuit patriarcha CPolitanus, et latinos haereticis adscribit. Varia ex illo dialogo producit passim Allatius in suis scriptis, vt libro de Simeonibus p. 185. [P] de aetate ordinum pag. 42. seq. de libris ecclesiasticis p. 7. de purgatorio p. 100. 110. etc. Exstat MStus in bibl. caesarea, Vaticana aliisque. *Fabr.* Add. modo memoratis codd. inter MSSt. codd. *Paris.* bibl. publ. a Seuino ex oriente adlatos, cod. XVII. teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 1031. *C.* et *Mart. Crusium* in Turcograecia, supra, in vol. VIII. pag. 96. sub fin. *Harl.*

De septem ecclesiae Sacramentis, quem librum Fridericus Metius latinitate donauit, teste Posseuino, sed non edita est eius interpretatio: dialogum *de poenitentia* graece et latine vulgauit *Ioannes Morinus* in opere de sacramento poenitentiae Paris. 1651. fol. et recuso Bruxell. 1685. et Venet. 1702. fol. p. 471-476. nec non περὶ τῶν χειροτονιῶν libellum *de ordinatione*

tione in opere de ſacris ordinationis ritibus Pariſ. 1655. fol. Bruxell. 1686. fol. Vtraque ex Morini verſione leguntur etiam in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. tom. XXII. pag. 792. et 793. [Quosdam codd. iam paullo ante laudaui. Add. in cod. bibl. *Eſcorial. de eccleſiae ſacramentis* capita XIV. teſte *Plüero* in Itinerar. per Hiſpan. pag. 190. — *Vindobon.* in cod. caeſar. XIII. nr. 4. ſunt quoque capita XIV. conf. *Kollar.* in Supplem. ad Lambec. qui pluribus, vel ex diſertis noſtri cod. verbis in fine contra Fabric. noſtrum docet, illud ſyntagma nihil aliud eſſe, niſi partem magnam operis Sim. Theſſal. ante memorati, ſ. dialogi eccles. contra haereſes: quod etiam colligi poteſt ex ordine capitum in ed. Doſithei, ſupra poſito. Ex eo etiam cognoſcimus, quae, ab Allatio memorata, et a Fabricio pro ineditis habita, in illa editione lucem viderint. *Harl.*] — Laudant Simeonis de ſacramentis Hieremias patriarcha CPol. in reſponſionibus ad theologos Wirtenbergenſes, Franciſcus Turrianus ad Conſtitutt. apoſtol. Petrus Arcudius in Concordia pag. 6. 7. 19. et paſſim, Gabrielem quoque Seuerum Philadelphienſem plura ab eo mutuatum notans pag. 10. Similiter Allatius in pluribus ſcriptorum ſuorum locis, vt de conſenſu pag. 1139. ſeq. 1256. 1259. 1276. etc de aetate ordinum pag. 42. ſeq. 136. ſeq.

Cetera huius Simeonis adhuc quod ſciam inedita, ab eodem Allatio memorantur p. 193. ſeq. libro de Simeonibus.

2. Ἀπόκρισις πρὸς τὰς ἐρωτήσεις τοῦ ἱερωτάτου Μητροπολίτου πενταπόλεως κῦρ Γαβριήλ. *Reſponſiones ad interrogata ſanctiſſimi metropolitae Pentapolitani Gabrielis.* P. Ἔδει μὲν τὰς τοιαύτας τῶν ἐρωτήσεων ὑψηλοτέρας, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς. Reſponſiones ſunt numero LXXXV. [gg]) Legebantur in Palatina, et nunc in Vaticana, [et *Moſquenſi*, cod. CCCLXXXIX. v. *Matthaei* notit. etc. p. 248. *Harl.*] Continent multa theologica, moralia et eccleſiaſtica; et eſſent maxime vtiles, ſi ederentur.

3. Eiusdem: Περὶ ἱερωσύνης πρός τινα τῶν εὐλαβῶν Μοναχῶν ἱερᾶς διακονίας ἠξιωμένων, ἔτι καὶ τοῦ ἀρχιερέως εἰς τὸν τοῦ Πρεσβυτέρου τελοῦντος τότε βαθμόν. *De ſacerdotio ad quemdam pium monachum ſacro miniſterio inſignitum, adhuc praeſule in presbyteri ordine exiſtente.* P. Ἐν Χριστῷ μοι ἀγαπητὲ καὶ γνησιώτατε ἀδελφὲ τὴν ὀφειλὴν τῆς ἀγάπης. *Fabr.* MS. in cod. *Barocc.* CCXCIV. nr. 13. In bibl. *Bodlei.* inter aduerſaria Ger. Langbaeni, ex Sym. Theſſal. reſponſis de fine ſaeculi, et ex eiusd. quaeſtionibus de typicis Sabae et Damaſceni. v. cat. MSS. Angl. etc. I. p. 268. *Harl.*

4. Τοῦ αὐτοῦ Ἑρμηνεία συνοπτική [hh]) κατὰ δύναμιν εἰς τὸ τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἀμωμήτου ἡμῶν πίστεως τῶν Χριστιανῶν θεῖον καὶ ἱερὸν Σύμβολον. *Expoſitio compendioſa, uti potuit,*

gg) Nonnulla ex his profert *Allatius* lib. de purgatorio pag. 31. 140. 214. et contra Hottinger. pag. 8. Exſtant etiam MSS. in bibl. Bodleiana, codice *Barocc.* LXXXXI. e quibus locus adducitur ab Humfredo Hody in libro anglice edito: *the caſe of ſees vacant*, pag. 86. *Fabr.* Item in cod. *Barocc.* LXXXV. — *Vindobon.* in cod. XIII. nr. 5. ſunt tantum reſponſa decem. v. *Kollar.* ſupplem. pag. 128. ſq. integra ſunt in cod. CLXX. nr. 2. v. *Lambec.* V. ſupra vbi iam aliorum codd. mentio facta eſt, memoratum. *Harl.*

hh) V. ſupra, not. *aa* ad vol. VIII. pag. 78. *Harl.*

potuit, in orthodoxae et inculpatae nostrae fidei [P] *Christianorum sacro sanctum Symbolum.* P. Περὶ τȣ̃ ἱερωτάτȣ Συμβόλȣ τῆς ἀληθȣ̃ς καὶ μόνης τῶν Χριςιανῶν ἡμῶν πίςεως. [Conf. supra, not. ad vol. VIII. p. 78. *Mosquae* in cod. synod. LXXI. 8. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 61. et p. 321. in cod. XXXIX. in quo etiam sunt sequens opus, et *de articulis fidei. Harl.*

5. Τȣ̃ αὐτȣ̃ Ἔκθεσις ἀναγκαιοτάτη περὶ τῶν τȣ̃ ἱερȣ̃ Συμβόλȣ ῥήσεων, ὅθεν συνελέγησαν, καὶ κατὰ τίνων αὗται συγκείμεναι εἰσί. *Expositio perquam necessaria sententiarum sacri Symboli, unde collectae sunt, et adversus quos dictatae.* P. Καλὸν ἐκθέσθαι, καὶ ὅθεν τὸ ἱερώτατον παρὰ τῶν θείων Πατέρων συνετέθη Σύμβολον. *Fabr. Mosquae* in cod. synod. CCLXXIX. 8. v. *Matthaei* l. c. p. 180. *Harl.*

6. Περιεκτικὰ, ὡς δυνατὸν, τῆς μόνης τῶν Χριςιανῶν ἡμῶν πίςεως κεφάλαια δώδεκα, ἅπερ τινὲς ἄρθρα καλȣ̃σι τῆς πίςεως, σαφέςερον συντεθέντα παρὰ τȣ̃ Ἀρχιεπισκόπȣ Θεσσαλονίκης Συμεὼν, καὶ ὅτι ταῦτα περιέχει τὸ θεῖον Σύμβολον, καὶ περὶ τῶν περιεκτικῶν ἀρετῶν. *Continentia, vt fieri potuit, solam Christianorum fidem capita duodecim, quae nonnulli articulos fidei nuncupant, clarius elucidata ab archiepiscopo Thessalonicensi Symeone; eaque comprehendere sacrum Symbolum, et de comprehensiuis virtutibus.* P. Ἡ ἀληθὴς καὶ μόνη τῶν Χριςιανῶν ἡμῶν πίςις ὑπὲρ νȣ̃ν ἐςα καὶ λόγȣ. *Fabr. Mosquae* in cod. synod. CCLXXIX. 8. v. *Matthaei* l. c. p. 180. *Harl.*

7. Τȣ̃ αὐτȣ̃ περὶ ὧν καινοτομȣ̃σι Λατῖνοι [ii]). *De iis, circa quae latini innouant.* P. Πρῶτον μὲν τὸ περὶ τὴν πίςιν ἀποσφαλῆναι, καὶ προσθήκην θεῖναι τῷ ἱερωτάτῳ Συμβόλῳ.

8. Eiusdem plura referuntur ad leges et canones pertinentia a Manuele Malaxo in Nomocanone.

9. Canones etiam et hymnos in sanctos composuisse, ex Eugenio *) colligo: Καὶ ᾠδαῖς ἱεραῖς τȣ̀ς τῶν Ἁγίων χορȣ̀ς, καὶ οἴκοθεν κατασέψαντος, ὧν τὸν βίον ἐζήλωσε, καὶ ἤνυσε. *Et sacris cantibus Sanctorum choros, et ex propriis exornauit, quorum vitam aemulatus confecit.* Horum tamen ipse nihil vidi. *Hactenus Allatius. Fabr.* V. cod. Vindob. citat. nr. 7. et 8. *Harl.*

[Conf. supra in h. vol. de Melodis Graecor. voc. *Simeon. Thessalon.* — In cat. codd. gr. *Nanian.* p. 151. nr. 7. cod. LXXIV. citantur *Simeonis Thessalon.* oratio, quae tamen auctorem habet Simeonem Mamant. et supra numeratur nr. XXV. et p. 152. opus eiusd. Sim. Mam. — *Sim. Thessal.* oratio *in adsumtionem Mariae, Paris.* in bibl. publ. cod. CMLXXX. VII. nr. 7. *Harl.*]

10. Simeonis Thessalonicensis *Chronicon* MS. in Philippico imp. laudat Cangius in Glossario graeco p. 1606. nisi calami errore Thessalonicensem posuit, atque intellexit Chronicon

ii) Vide Allatium lib. de purgatorio pag. 33. 264.

*) Vbi supra, p. 326. ed. vet.

Simeonis Logothetae, quod frequentissime citat alibi, vt in diss. de hebdomo pag. 128. 129. 153. 154. et notis ad Zonaram p. 28. 55. 70. et 79. et in appendice ad glossar. p. 4. 5. 6. 7. 22. 23. 36. 45. 56. 57. 58. 59. 72. 74. 75. 83. 84. 86. 90. 92. 100. 101. 103. 106. 110. 113. 114. 115. etc. De hoc dixi vol. VI. p. 352. et 158. [s. vol. VII. p. 471. sq. et p. 683. sq. ed. nou.] vbi etiam de Historia chronica adhuc itidem inedita Simeonis Sethi, lingua graecorum vulgari, ab origine mundi ad imperium vsque Constantini Ducae, de qua paullo ante de *Simeone Setho*, nr. 7.

[P] SIMON Cretensis, qui se maluit dicere CPolitanum, ord. praedicatorum hieromonachus, non diuersus, iudice Allatio kk), a Simone Tacumaeo ll), episcopo primum Gyracii et mox Thebarum archiepiscopo, clarus temporibus Ioannis Cantacuzeni, qui imperium tenuit ab. a. 1347. ad 1355. Scripsit *epistolam ad Ioannem Nomophylacem* de conciliis, quae processionem Spiritus S. a Filio definiuerunt, cuius partes longas graece et latine exhibet *Allatius* libro de synodo Photiana pag. 453-465. et in libro contra Hottingerum pag. 334-382. Incipit: Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου Φώτιε. Alterum scriptum eiusdem argumenti *ad Manuelem Olobolum*, rhetorem, qui postea monachum induens Maximus dictus est. Incipit: Τὸ Πνεῦμα ἅγιον φιλανθρωπότατον, ὃν διὰ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος, Tertium, *ad Sophoniam* de eodem argumento, incipit: Μέμνημαι ὡς ὅτε ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σε ἀπέσταλτο παρὰ τοῦ τρισμεγίστου. Adponit etiam *Allatius* mm) iambos eius graecos quatuordecim ad Ioannem Cantacuzenum, quum imperio se abdicans Ioasaphi nomen inter monachos suscepisset a. 1355. sic inscriptos, Ἀρχιεπισκόπου Θηβῶν. [Sunt *Venet.* in cod. bibl. Marc. CLI. v. catal. codd. gr. Marc. p. 83. et supra, vol. VII. p. 788. *Harl.*] Denique, nisi alius is fuit, de Simone Iatumaeo haec habet *Sixtus Senensis* lib. IV. bibl. sanctae pag. 378. *Simon Iatumaeus, episcopus primum Gyratii et mox Thebarum archiepiscopus, patria CPolitanus, graece, latine et hebraice doctus et in diuinis scripturis continua lectione exercitatus, totius noui instrumenti seriem ex emaculatissimis Graecorum codicibus suprema diligentia in vnum redegit, subinde vero et in hebraeum et in latinum vertit sermonem, verbum de verbo fidelissime interpretans. Demum has tres editiones in tribus per singulas paginas columnis tanta industria disposuit, vt linea lineae, et dictio dictioni sibi e regione oppositae tam sensu quam verbo aptissime responderet. Claruit anno domini* 1400.

XIV. PETRVS, diaconus CPol. et chartophylax circa a. 1092. cuius responsa canonica ad interrogationes praepositas leguntur graece cum Io. Leunclauii versione in libro VI. iuris graeco-romani pag. 395-397. [In cod. *Mosquensi* secund. indic. *Matthaei* ad suam notit. codd. gr. Mosq. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCLV. nr. 17. *Interrogata et responsa Petri chartophyl. de iure canonico.* Ibid. exstant alius *Petri diaconi et philosophi* lib. *de cyclo et indictione*, in cod. CMXXIX. nr. 7. et *de sole, luna ac sideribus*, in cod. MMMLXXXV. — Secund. *Montfauc.* in bibl. *Coislin.* p. 564. in cod. CCCLXIV. *Petri* *charto-*

kk) Allatius lib. II. de consensu cap. 15. n. 11. et de Simeon. pag. 202.

ll) Iatumaeus apud Sixtum Senensem, in bibl. sancta, et Posseuinum in Apparatu sacr. Apud Caveum ad a. 1276. Iacumaeus.

mm) *Allatius* de Simeon. pag. 203.

chartophyl. solutiones quarumdam quaestionum, a monacho oblatarum: et pag. 104. 292. bis et 296. in codd. dicitur Petrus *diaconus* atque *chartophylax* interfuisse cuidam synodo Cpolit. — *Vindobon.* in cod. caes. LIII. nr. 21. *solutiones diuersarum quaestionum canonicar.* v. *Lambec.* VIII. p. 1010. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. in cod. Thomae Roe, cod. XVIII. s. nr. 264. cat. MSSt. Angliae etc. Petri chartophyl. *quaesita* et Chartophylacis cuiusdam, (an Petri?) *responsa ad quaesita* Theodosii monachi. — ibid. nr. 1432. in cod. *Guil. Laudi, Petri diaconi expositio canonis. Harl.*] Alius *Petrus Antiochenus* circa a. 1050. ad quem scripsit Mich. Cerularius, vt notaui supra p. 196. [vbi plura adscripsi.] Petri ad Cerularium epistolam MS. memorat *Lambecius* III. pag. 160. [p. 397. ed. Koll.] dedit graece et latine *Cotelerius* tom. II. monument. p. 145-162. partem ediderat *Allatius* de purgatorio pag. 695. [P] et de Consensu p. 786. et p. 1113. a verbis p. 149. edit. Coteler. ὅσα δέ σοι καὶ ἀπαρίθμηται, ad extremum pag. 160. Dominici Gradensis archiep. epistolam ad hunc Petrum cum Petri responsoria exhibet idem *Cotelerius* pag. 108. et 112-135. Incipit haec: πολλῆς ἡμῖν εὐφροσύνης. Professionem fidei hic misit ad Leonem IX. a. 1053. [nn]) Alius iunior *Petrus*, Mediolanensium episcopus, cuius λόγος ad Alexium Comnenum, probans Spiritum S. ex patre Filioque procedere, exstat graece cum versione Federici Metii, Thermularum episcopi in *Allatii* Graecia orthodoxa tom. I. p. 379-389. [*Mosquae* in cod. bibl. synod. CCCLV. nr. 3. διάλεξις τοῦ Φουρνῆ, τοῦ μονάχου, κυροῦ ἰωάννου cum *Petro Mediolan.* de processione Spiritus S. coram Alexio Comneno et synodo. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 235. *Romae* in bibl. Vaticana

nn) Praeter codd. quos supra pag. 196. memoraui, sunt quoque in cod. *Laurent.* XL. ibid. laudato, nr. 23. Petri Antiocheni ep. ad archiepisc. Tranensem in Apulia, aut Aquileiae s. Venet. quae gr. et lat. edita est a *Cotelerio* in Monumentis etc. tom. II. pag. 112. sqq. vbi inscribitur *ad Dominicum Gradensem.* — nr. 24. eiusd. ad patriarcham Alexandrinum: nr. 25. eiusd. ep. ad patriarcham Hierosolymitanum: nr. 26. et 27. duae epistolae ad papam Romae, et nr. 28. huius ep. ad Petrum Antioch. Mutuae epistolae Leonis pontif. IX. et Petri Antioch. laudantur a Baronio ad a. MLIII. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. tom. II. pag. 413. sq. — *Venetiis* in codd. Nanianis XCVI. nr. 5. CCXXVIII nr. 36. et CLIV. nr. 40. epist. ad patriarch. Gradensem s. Aquileiensem. v. cat. codd. gr. Nan. p. 189. 422. et 350. — Ibid. in cod. bibl. *Marci* XLIX. epistolae II. ad Leonem papam. v. cat. codd. gr. Marc. p. 31. et cl. *Morell.* bibl. MSt. gr. et lat. pag. 60. — Sec. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 197. *B.* nr. 39. Petri Antioch. canones, et Montf. ib. p. 197. *C.* primum canonem publicauit, *Romae* in bibl. patrum Basilii: — pag. 503. *D.* epist. ad Gradens. episc. et alia synodica, *Mediolani* in bibl. Ambros. — pag. 647. *E.* eadem epistola *Oxon.* in bibl. Bodlei. — pag. 775. *C.* et 776. nr. 113. epistola de Azymis ad episc. Venetiar. *Paris.* in cod. cardin. Radulphi, in bibl. publ. — p. 707. *E.* eadem in bibl. *Sfortiana.* — Eadem epist. est *Paris.* in bibl. publ. in tredecim codd. — epistola ad *Mich. Cerular.* aduersus latinos, ibid. in cod. MMDCCCXXX. et *homilia, quum Argyrus Italus ad confutanda Graecorum placita venit,* in cod. CMXXXVIII. nr. 3. et MCCLXVIII. nr. 5. epistola, vbi de Argyro, qui Graecorum opiniones confutaturus in orientem venerat, ac nr. 3. et 4. *Dominici Gradensis* ep. ad Petrum Antioch. atque huius responsum ad illum. — Rescriptum ad archiep. Gradensem, et de Azymis in cod. *Escorial.* teste *Plüero* in Itiner. per Hispan. p. 186. — *Mosquae* in cod. CCCLIII. nr. 12. 13. orat. de Argyro, et epist. ad archiep. Gradensem — ad Cerularium etc. in codd. XXXIV. CCCLV. tum X. XIV. XLVI. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 230. et 48. ac p. 256. nr. 26. et 27. pag. 305. sq. p. 311. p. 325. — Conf. *Du Pin* hist. eccles. vol. IX. p. 80. sq. *Caue* hist. litterar. SS. eccl. II. p. 132. ad a. 1040. *Cas. Oudin.* comment. de S. S. eccl. II. col. 605. sq. ad a. 1040. *Harl.*

Vaticana Praefationes Ambrosianae *Petri*, archiepiscopi *Mediolani*, qui postea Alexander V. papa fuit. — In bibl. *Bodlei*. Io. Phurni disceptatio cum *Petro Mediolan*. episcopo. v. *Montfauc*. Bibl. biblioth. MSS. p. 158. *B.* et 642. *E.* etc. *Harl.*] — Alii *Petri*, qui graece scripserunt praeter apostolum, fuere: *Petrus* episcopus *Alexandrinus*, martyr a. 311. et alter a. 380. defunctus et tertius S. Basilii et Gregor. Nysseni frater, episcopus *Sebastenus*, de quibus dixi volum. VIII. p. 411. seq. [vol. IX. p. 316. sqq. nou. ed.] *Petrus Argiuorum* episcopus, cuius oratio in SS. Anargyros Cosmam et Damianum Allatio inspecta incipit: ἀστέρες μὲν αἰσθητοὶ τῷ στερεώματι. [v. supra, vol. X. p. 214.] *Petrus Mansur Damascenus*, monachus, qui circa a. 1158. vixit, variorum asceticorum scriptor, quae in bibliothecis adhuc inedita delitescunt. Vide *Lambecium* IV. p. 200. [oo]) *Cauei* diss. de dubiae aetatis scriptoribus, et *Michaelem le Quien* ad Ioannem Damascenum tom. I. p. 653. Fuit et *Petrus illustris*, ad quem scripsit S. Maximus, et cuius apud Photium mentio cod. CLXXXXIV. [pp]) et *Petrus Moggus*, Alexandrinus episc. fauens haeresi Eutychis et defunctus a. 490. *Petrus Fullo* episcopus Antiochenus, infamis additione ad trisagium a. 485. [qq]) de quibus *Tillemontius*

oo) Siue p. 441. ed. Kollar. in cod. CLXXXVII. nr. 2. — In cod. caesar. CCLIII. nr. 20. ex *Petri Damasceni* libro ascetico excerpta varia. v. *Lambec*. V. p. 344. — *Venet*. in cod. *Naniano* CCXXIX. nr. 1. opusc. *de virtutibus et vitiis*. v. cat. codd. gr. Nan. pag. 423. fin. — Alios bene multos codd. iam excitaui supra ad vol. IX. pag. 718. not. *rr*. vbi Fabr. in contextu p. 717. sq. de Petro Mansur egit et Le Quien locum adposuit. Conf. *Cauei* diss. I. subiunctam eius hist. litt. SS. eccl. ed. Basil. tom. II. p. 15. vbi quoque de *Petro*, Argiuorum episcopo, agitur. *Harl.*

pp) Ex Maximi epist. fragmentum *Vindob*. in cod. LXVIII. adnotante *Kollar*. in not. *A.* ad Lambec. VII. pag. 241. sq. additque, idem legi apud Combefisium tom. II. p. 293. et 306. lin. 17. — In cod. *Coislin*. CCXCIII. Maximi epist. ad *Petrum Illustrium*, contra dogmata Seueri. v. *Montfauc*. bibl. Coisl. pag. 411. — De *Petro Mongo*, *patriarcha Alex*. Monophysita, v. *Schroeckh*. hist. eccl. christian. tom. XVIII. pag. 510. sq. et 516. *Harl.*

qq) *Vindobon*. in cod. LVIII. nr. 3. Actis concilii CPolit. sub Menna patriarcha a. C. 536. celebrati praemittuntur nouem epistolae diuersorum auctorum ad *Petrum Fullonem*, (de quibus plura vide in Syntagmate canonum cum Io. Zonarae commentariis, ed. gr. lat. Paris. pag. 529-556. et in edit. concilior. Paris. Labbean. tom. IV. col. 1057. sq. et 1097. sqq.) et ib. nr. 4. Felicis III. papae epistola, ad Zenonem contra Petrum Fullonem, quo ipsi nuntiat, illum fuisse depositum, quod *Trisagio* addidisset haec verba: *qui crucifixus es pro nobis*. Plura, praesertim de Trisagio, disputat, et praeter alios, *Matthaeum Raderum* in Aula sancta imperatoris Theodosii iunioris, Augustae Vindel. 1608. 8. cap. 14. pag. 135. sqq. laudat *Lambec*. VIII. pag. 1036. sqq. — In eodem cod. nr. 5. sunt ipsa acta eiusdem concilii, nec non acta concilii Hierosolymitani sub *Petro*, *patriarcha Hierosolymitano*, *contra haereticos Acephalos* a. C. 536. quae exstant gr. et lat. in edit. conciliorum Paris. Labb. tom. V. p. 269. sqq. notante *Lambec*. ibid. p. 1040. sq. — *Mosquae* in cod. bibl. typographei synodalis X. de *Petro Fullone*, qui etiam *Lycopetrus* dictus est; *patriarcha Antiocheno*, et eius discipulo *Sergio*. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. pag. 308. nr. 64. et 65. — Ille Petrus damnatur in *Definitionibus fidei orthodoxae*, editis ex cod. *Coislin*. CCV. a *Montfaucon*. in bibl. Coisl. pag. 265. sq. — Notabilem et singularem locum, in Adpendice Panopliae dogmaticae Euthymii Zigabeni. ex cod. caesar. LXXVII. nr. 82. in primo Ἀναθεματισμῷ de illo *Petro*, haereseos Massalianorum, Phundaiatorum s. Phundaitorum et Bogomilorum auctore, qui se Christum adpellasset, et se post mortem resurrecturum esse pronuntiasset etc. ideoque condemnato, excerpsit *Lambec*. III. pag. 426. et *Kollar*. in not. *A*. pag. 429.

montius tom. XVI. memor. *Petrus CPol.* episcopus, monothelita, ab a. 655. ad 666. *Petrus* item *Nicomediensis*, de quibus supra p. 198. ed. vet. etc. *Fabr.* Siue in indice scriptorum in concilio Lateranensi et sexto CPol. vbi sex *Petri* occurrunt. — *Vindobon.* in cod. XLV. nr. 46. est anonymi recensio compendiaria conciliorum etc. quam edidit *Lambec.* VIII. pag. 934. sq. in qua nominatur synodus CPol. sub *Petro*, (patriarcha CP. *Monotheleta* ab a. 652-656.) τȣ̃ ἀληθῶς Ἰακωβίτȣ, μᾶλλον δὲ θεομισήτȣ κατὰ τῶν ἁγίων πατέρων· add. ibid. p. 1040. — Hisce paucorum Petrorum memoriam adhuc adiungam. *Petrus Hispanus*; qui quidem adnumerandus est scriptoribus latinis; hic vero memorandus est, quia eius *Dialectica* graece versa est a *Georgio Scholario.* Ex Dialectica magistri Petri Hispani, gr. *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXXIII. 1. plut. 71. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. III. p. 20. — *Mosquae* in bibl. synod. cod. CCCXI. ex eiusdem Dialectica, interprete Scholario, et eiusdem περὶ τῶν τοπικῶν προβλημάτων· v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. pag. 205. nr. 40. et 41. — item *Vindobon.* in cod. XXXIX. v. *Lambec.* VIII. p. 818. qui in not. 3. „claruit, ait, circa a. C. 1270. patria Vlyssiponensis, ac professione medicus, summulisque logicalibus, ab ipso compositis, clarissimus, atque tandem, ex cardinale episcopo Tusculano, summus pontifex sub nomine *Ioannis* XXI. seu potius XIX. a d. 13. Sept. 1276. vsque ad d. 20. Maii a. 1277. quo obiit.“ — Secundum *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. p. 23. *C.* nr. 402. et p. 120. *A.* nr. 5375. *Romae* in bibl. Vatic. Petri Hispani *Thesaurus pauperum.* — eiusd. in Logicam Aristotelis et alia scripta, in variis bibliothecis obuia, excitantur a *Montfaucon.* in bibl. citata. v. indic. sub voc. *Petri Hispani.* — Huius Summulae logicales, cum Versorii expositione prodierunt Colon. 1487. 4. Venetiis 1589. 4. et multo saepius tum illae, tuam alia eius scripta: v. *Panzeri* Ann. typogr. vol. V. pag. 246. sq. ac vol. X. p. 406. sq. in indicibus. Medica eius et philosophica scripta tum edita tum MSS. recenset *Lud. Iacob.* biblioth. pontific. libr. I. p. 537. Plura de eo eiusque scriptis horumque editt. prodiderunt *N. Antonius* in bibl. Hispan. vet. tom. II. p. 50. *I. Brucker.* in histor. crit. philosoph. tom. III. pag. 815. *G. Caue* in hist. litter. S. S. eccles. tom. II. p. 322. sq. ad a. 1276. *Io. Tob. Koehler* in: vollständige Nachricht vom Pabst Iohann XXI. welcher vnter dem Namen *Petrus Hispanus* berühmt ist. Gotting. 1760. 4. qui etiam *Summulas logicales* nostro vindicat, docetque, iuniorem quemdam Petrum Hispanum in illo opere quaedam mutasse: *Hamberger* in zuverläss. Nachricht. etc. part. IV. p. 440. sqq. *Saxius* in Onom. litt. part. II. p. 318. sq. ad a. 1276. — Add. *Fabr.* infra in vol. XIII. in elencho Medic. vett. vbi p. 361. sqq. plures *Petri medici* enumerantur. — *Petri Syncelli Michaelis patriarchae Hierosolymitani de diuersitate nominis:* λόγος,

429. addit, illam adpendicem gr. et lat. cum adnotatt. euulgatam esse a *Iac. Tollio* in Insignibus itinerarii Italici etc. Traiecti ad Rhen. 1696. 4. p. 106. Add. *Lambec.* V. p. 284. nr. 1. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. VI. nr. 7. plut. 86. breuiter indicatur a *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. III. p. 295. copiosius autem a *Montfauc.* in Bibl. bibliothecar. MSSt. p. 406. *E. Petri, patriarchae Hierosolym.* demonstratio, quod haeretici insanientes omnes octo dicant hebdomadas SS. ieiuniorum, s. variorum haereticorum auctoritates circa hoc argumentum. — In bibl. *Bodlei.* inter collectanea Rich. Iamesii, in cat. MSSt. Angliae etc. I. p. 259. nr. 19. ex tribus libris de imagine mundi, editis a *Petro patriarcha Hierosolymitano. Harl.*

γος, aliisque, *Monac.* in cod. Bauar. CI. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 6. p. 41. sq. Sub nomine *Michaelis Syncelli* opusc. *de constructione orationis* exstat Venet. in bibl. Marc. cod. CCCCXLII. v. cl. *Morelli* bibl. MS. gr. et lat. I. p. 311. — *Petrus Patricius*, qui Leoni sapienti, (a. C. 889. sqq.) imperanti codicem Theodoreti Cyrensis curat. graec. adfectionum obtulit atque dicauit epigrammate ibid. praefixo, quod integrum ex cod. *Vindobon.* CLXXI. publicauit *Lambec.* in commentar. vol. IV. p. 399. sqq. ed. Kollar. — De *Petro* quodam diuite et auaro *Publicano*, qui a summa inhumanitate et truculentia ad summam erga pauperes misericordiam et sanctitatem vitae diuinitus conuersus est, narratio *S. Ioannis*, cognomine *misericordis*, archiepiscopi Alex. desumta ex vita dicti Ioannis, a Leontio, Neapoleos Cypri episcopo conscripta, in cod. *Vindobon.* CXLIV. nr. 46. et cod. XV. nr. 29. v. *Lambec.* IV. pag. 243. ibique Kollar. qui in nota *B.* alios codd. caesar. nominat, et vol. VIII. p. 492. — Ibid. p. 251. nr. 16. cod. XIV. martyrium et vita *Petri* et nouem aliorum, sub Leone Isaurio, imperatore. — Add. supra vol. X. pag. 311. sq. vbi plurium aliorum *SS. Petrorum* vitae a Fabricio et a me memorantur. — In *Lambecii* comment. etc. vol. VIII. pag. 888. sqq. de cod. XLIV. nominantur aliquot *Petri*, qui a. C. 459. subscripserunt concilio CPolitano sub Gennadio patriarcha, n. Petrus, episcopus Ἡφαίςε, alius, episcopus metropolis Γαγγρῶν, alius, episcopus metropolis Nicaeae; alius, episcopus Θύσθεως. — Sed tempore et lectorum patientia ne abutar, vereor, vel simplici commemoratione omnium *Petrorum* antiquiorum, qui numero fere sunt infiniti, et quorum multorum notitiam suppeditabunt indices ad *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. et ad alios catalogos MSSt. in variis bibliothecis obuiorum. *Harl.*

XV. LVCAS CHRYSOBERGES patriarcha CPol. ab a. 1155. ad 1169. rr) a quo in *Leunclauii* iure graeco rom. libr. III. p. 217. sqq. habemus decreta synodalia XIII.

1). *Ne fiant nuptiae septimi gradus.* Libri III. iuris graeco rom. p. 217. *Fabr. Florent.* in cod. Laurent. II. nr. 82. plut. 5. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 9. *Harl.*

2). *De*

rr) Conf. de eo *Cauei* hist. litter. S. S. eccl. II. p. 231. ed. Basil. ad a. 1155. qui obseruat, *Lucam* secundum *Baron.* (annal. eccl. tom. XII. ad a. 1148. vbi de eius electione agitur,) fuisse ab a. 1148. ex monacho factum patriarcham CPolit. additque, eum a. 1166. synodum celebrasse CPolitan. et a. sequenti obiisse: (v. *Baron.* l. c. ad a. 1166.) et *Oudin.* in comm. de S. S. eccl. II. ad a. 1140. col. 1179. sq. Vterque memorat quosdam codd. caesar. ap. Lambec. Exstant vero in bibl. *Vindobon.* cod. CCXCII. nr. 7. Io. Chrysost. *Lucae Chrysobergae*, et anonymi cuiusdam *carmina quaedam iambica.* Lucae carmen incipit φαῖνε τὰ ῥητά. v. *Lambec.* V. commentar. p. 524. sq. Kollar. — ibid. pag. 470. nr. 2. cod. CCLXXXII. in excerptis ex variorum scriptis, in his ex *Lucae Institutionibus asceticis* s. *monasticis:* inc. τὸ νυχθήμερον ποιᾶ εὐχὰς δισχιλίας. — Ibid. vol. VI. part. I. pag. 68. de cod. VI. adnotante Kollar. nr. 5. not. excerptum *Lucae* ad disciplinam eccles. pertinens; incip. ὡς τοῖς ἀρχιερεῦσιν μὲν ἔφθασαν αὔξαν. — Ibid. in vol. VIII. pag. 965. nr. 14. cod. XLVIII. in quo est *Lucae poema* versibus politicis de diaeta moderata ratione dierum festorum et ieiuniorum totius anni, compositum rogatu cuiusd. foeminae, priusquam fieret patriarcha: inc. Δεῦρο ψυχὴ βασίλισσα, ψυχὴ φιλοσοφοῦσα. — *Mosquae* in cod. LVI. bibl. typogr. synod. συνοδικὸν σημείωμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς νεκρᾶς μηνὶ ἀπριλλίῳ κε· ἡμέρᾳ β. ἰνδικτ. ιδ. προκαθημένου Λουκᾶ· incip. ὡς καθαροὺς καὶ ἀμώμους. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. pag. 332. nr. 18. *Harl.*

2) *De clericis, qui se immiscent saecularibus negotiis.* p. 220.

3). *De praefectis in extraneo monasterio tonsis.* p. 222.

4). *De indecoris et scenicis ritibus, sanctorum notariorum festo abrogandis.* pag. 223.

5). *De depositione Ioannis, Amathuntis episcopi, irrita, quod inaudita Cypriorum ecclesiae synodo facta esset.* p. 223.

6). *Ne ecclesiae laedantur transactione episcopi.* p. 223.

7). *De iis, qui testificantur contra filium spiritualem.* p. 224.

8). *De episcopo per vim tonso.* p. 224.

9). *De iureiurando irregulari* (ἀκανονίςῳ) *non seruando.* p. 224.

[P] 10). *De homicidio voluntario* p. 224.

11). *De aduocatis.* p. 225.

12). *De infantibus captiuis baptizandis et infantibus Agarenorum* p. 226.

13). *Ne clerici turpilucres fiant, aut medici.* p. 226.

XVI. NEOPHYTVS presbyter et monachus ἔγκλειςος siue inclusus, circa a. C. 1190. cuius sermones triginta MStos in bibl. Colbertina exstare testatur *Cotelerius* tom. II. Monument. p. 679. quorum quintus est de monacho per daemonem decepto a. 1185. [Hodie in cod. *Paris.* bibl. publ. MCLXXXIX. et singulae illae homiliae referuntur in catal. MSS. illius bibl. II. pag. 244. *Harl.*] Occurrunt etiam sermones quidam huius Neophyti morales MSti in bibl. *Coisliniana* p. 404. [ss]). Primus et secundus desideratur.

3) De baptismate. Incipit: πρῶτον περὶ πρώτης θείας φωνῆς καὶ ἐντολῆς.

4) Sermo apologeticus de latrone. Incipit: Τὸν τοῦ κόσμου ἰσοςοίχειον λόγον.

Sex homiliae in praecepta saluatoris. 5) Incipit: Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ συνεργείᾳ καὶ χάριτι.

6) Incipit: Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει.

7) Incip. ζητεῖ λοιπὸν ὁ λόγος ἡμῶν ὁ ἕβδομος.

Vv 2 8) Incip.

ss) In cod. Coisl. CCLXXXVII. — *Taurin.* in cod. reg. CLXVI. sermo *in natiuitatem I. Chr.* atque narratio prodigiorum quae facta sunt in templo etc. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 253. Memorabo etiam *Neophyti hieromonachi* orat. in S. Myronem, metropolitam Ephesi. v. supra, vol. X. p. 295. — De alio v. supra, vol. VIII. pag. 94. et ib. p. 93. de alio *Neophyto*, aliis in monasterio Constantis, in monte Atho. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 128. sq.

8) Incip. ἧκε λοιπὸν ὁ λόγος ἡμῖν ἁρμοδίως.

9) Incip. Θεῦ τῦ ἀγαθῦ καὶ ὑπεραγάθυ καὶ παναγάθυ.

10) Incip. Ἰδὲ τὸ τέρμα τῶν ἐντολῶν τῦ Κυρίυ.

11) Homilia paraenetica de obedientia. Incipit: ὤφειλον, ἀδελφοὶ, συχνάκις ὑμῖν προσομιλεῖν. *Fabr.* Praeterea est in cod. *Paris.* CCCXCV. nr. 19. orat. in coena domini dicta, in qua agitur de sacerdotio Christi, de azymo, de coena et de Theodosio Iudaeo. *Harl.*

Neophyti monachi Catenam in canticum canticorum memorat *Io. Garnerius* in auctario Theodoriti p. 185. b. [In nota *h.* ad Caueum l. infra cit. haec adduntur: „Neophyti *catena in Cantica et in ecclesiasten* MS. gr. in bibl. Bauarica; *Prologi et catenae in Cantica canticorum*, gr. Paris. in bibl. collegii S. Iesu, (sed postea vendita;) *Elucidationis* breuis *in Apocalypsin*, gr. in bibl. Colbertina meminit *Le Long* bibl. sacr. vol. II. pag. 876." *Harl.*] Eius lamentationem de calamitatibus Cypri a. 1191. a Richardo Angliae rege [uu]) captae graece cum versione sua edidit *Cotelerius* tom. II. monument. pag. 457-462. Incip. νεφέλη καλύπτει ἥλιον. [MS. *Venetiis* in bibl. Marc. cod. DLXXV. in quo etiam est eiusd. *Neophyti de diuinis mysteriis.* v. catal. codd. gr. Marc. p. 304. — In bibl. *Mazar.* cod. LXXXVII. nr. 5. v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSSt. pag. 1318. *E. Harl.*] Alius et iunior fuit saeculo decimo tertio Neophytus, Cypri episcopus, de quo supra pag. 170. III. Memoratur et Neophytus ἔγκλειστος ὁ ἀπὸ τῆς μονῆς τῆς Εὐεργέτιδος, inter patriarchas CPol. a. 1154. et alii quatuor iuniores hoc nomine, quos ordine notatos habes volum. VI. pag. 760. [tt]). Alius etiam ab his Neophytus *Rhodinus*, cuius *synopsin doctrinae christianae* citat *Allatius* de consensu p. 248. 309. *Orationem I. de Sacramentis* pag. 309. vbi Graecum et in Graecia diu [P] versatum adpellat. *Tractatum de septem sacramentis ecclesiae* et *librum secundum Panopliae* pag. 1259. et 1340. *Fabr.* — Huc reducam, quae *Fabric.* infra p. 541. vet. ed. adiecerat: „*Neophytus Rhodinus* Cyprius de septem ecclesiae sacramentis, graece editus, Romae 1628. eiusdem Panoplia, 1630. Ἐξήγησις εἰς τὴν ᾠδὴν τῆς Θεοτόκυ, 1636. Eiusdem martyrium S. Neophyti it. Synopsin vernaculam doctrinae christianae laudat *Nic. Comnenus* pag. 28. 328. — *Neophyti* monachi scholium de numeris Indicis citat *Cangius* ex cod. Colbertino

tt) Vide *Allatium* de consensu II. 13. p. 639. et *Cangii* familias Byzantinas in Isaacio Comneno pag. 184. *Fabr.* add. *Cauei* hist. lit. SS. eccl. II. p. 251. ed. Basil. ad a. 1190. *Harl.*

uu) Ed. vet. sed in noua ed. vol. VIII. p. 103. illum catalogum patriarcharum CPol. ordine alphabet. compositum omisi. v. ibid. not. ad pag. 101. Hic tamen ex illo catal. locum habeant." Neophytus ἔγκλειστος a. 1154. dubius. Neophytus *Athen.* 1599. et 1607. 1611. Neophytus *Heracleae* *episc.* 1636. Neophytus *Hadrianopoleos* *) 1686. Neophytus iunior, *Heracleae* metropol. 1708." *Harl.*

*) Duobus codd. *Mosquensibus*, CCCLIV. et CCCLV. ab vno ex possessoribus haec nota fuit adscripta: εἰς χρῆσιν Νεοφύτυ φιλαρέτυ, μητροπολίτυ ἀδριανυπόλεως, τῦ ἐκ τῆς παλαιᾶς Ἠπείρυ, obseruante *Matthaei* in Notit. codd. gr. Mosq. p. 232. et 234. *Harl.*

tino 1758. vv) Idem consulendus est de *Neophyto* chemico et de herbis scriptore inedito." Hactenus Fabric. Sed in catal. codd. MSSt. regg. Paris. tom. II. p. 472. in cod. MMCCLVI. nr. 12. sic indicatur opus: *Neophyti monachi Prodromeni*, de plantis, aliisque rebus ad curandos morbos idoneis: opus ineditum, et ordine alphabetico dispositum, ἀμμωρακὸν καὶ λευάκνθιμον· et pag. 476. in cod. MMCCLXXXVI. nr. 8. *Neophyti monachi* collectanea ad rem medicam pertinentia, ordine alphabetico disposita; coniecta quoque ad marginem scholia. — Neophyti *de dentium morbis* in cod. bibl. *Guil. Pellisserii*, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 1199. *D.* et p. 1399. *D.* memoratur cod. bibl. *Taurin.* quo contineri dicitur *Neophyti monachi medicinale*, f. *de medicamentis simplicibus*; in indice tamen ad catal. codd. gr. bibl. *Taurin.* dicitur inesse *Neoph. Prodromeni demonstratio de plantis* cuidam codici: sed nec paginae nec numeri codd. signum additur, nec vacat, grande illud volumen ideo perlustrare. — Aliorum praeterea *Neophytorum* praecipue *monachorum* in codd. aut alibi repertorum faciam mentionem. — *Neophyti monachi* diuisiones summariae totius Aristotelis philosophiae, et eiusd. definitiones, partim ex Aristotele, partim ex aliis philosophis collectae, *Paris.* in bibl. publ. cod. MCMXVIII. nr. 1. et 2. — *Neophyti* epitome in *Porphyrii* quinque voces, et in Aristotelis Organon in cod. Vindobon. CXXXVI. 2. v. *Lambec.* VII. p. 548. — *Neophyti monachi* de 24. litteris *Romae* in bibl. Vaticana, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 9. *A.* — De *Neophyto martyre* v. supra, vol. X. pag. 296. et in cod. bibl. *Sfortianae* est Magni Logothetae CPol. sermo de miraculis S. *martyris Neophyti.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. pag. 702. *A.* add. *Lambec.* VIII. pag. 715. sqq. et pag. 1078. nr. 3. inter epp. *Gregorii Cypri*, patriarchae CPolit. a. 1283-1289. in cod. caesar. LXVII. de Nicolao, monastico nomine dicto *Neophyto*, episcopo Prusae in Bithynia. — In cod. caesareo CCLXVI. nr. 15. inter eos, qui in synodo CPolit. a. C. 1351. m. Aug. condemnationi sectatorum Barlaami Calabri et Gregorii Acindymi subscripserunt, nominatur quoque *Neophytus*, metropolita Βιζύης. v. *Lambec.* V. pag. 422. Haec sufficiant, et conf. indicem voc. *Neophyti. Harl.* *Neophyti* hierodiaconi Peloponnesii eruditissimum commentarium in Gazae grammat. Introduct. librum quartum, Bucurestii 1768. editum laudat cel. *Wolfius* praef. ad b Reizii lib. de prosodiae gr. accentus inclin. p. XVIII. *Beck.*

XVII. IOANNES *Citrius*, siue Citri in Macedonia episcopus, clarus circa a. 1200. Latinis infestus, scripsit *de Consuetudinibus et dogmatibus Latinorum*, ex quo nonnulla producit *Allatius* de consensu pag. 1122. sq. 1167. et contra Hottingerum p. 129. et aliis in locis. *Responsa* eius XVI. ad totidem *interrogata Constantini Cabasilae*, Dyrrhaceni archiepiscopi, exstant cum Io. Leunclauii versione in *Marqu. Freheri* iure graeco-romano lib. V. pag. 323-335. Longe plura autem occurrunt apud Diplouaticium in synopsi iuris graeci. Et *responsiones centum ad Cabasilam* citat *Nic. Comnenus* in praenotionibus mystagogicis pag. 188. 205. 219. 220. easque apud Graecos vim legis habere testatur p. 212. *Responsa ad Heronem diaconum* citat p. 411. Miratus tamen sum, quod idem pag. 225. hunc Ioannem Citrium rudem iurisprudentiae hominem non dubitat vocare, idque ait liquere ex eius responsionibus, quem ipse pag. 143. ad eas ipsas responsiones prouocans dixerat Graecorum iuris consultissimum. *Fabr.* Quaedam de eo tradit *Caueus* in hist. lit. S. S. eccl. II. pag. 279. ad a. 1203. quo anno

 eum

vv) Sec. catal. MSSt. regg. *Paris.* est cod. MMCCCL. nr. 6. vbi sic citatur: *Numeri Indici, quibus scholium Neophyti monachi accedit.*

eum adhuc claruiſſe et Theodoro Balſamoni aetate parem fuiſſe, contendit aduerſus Allatium, qui de conſenſu occidental. et oriental. libr. II. c. 13. nr. 4. pag. 703. putat, in prooemio reſponſionum ad Marcum Alexandrin. pro a. 1203. reponendum eſſe 1193. — *Io. Citrii* opus *de Latinorum ritibus et dogmatibus* eſt *Paris.* in bibl. publ. codd. MCCLXXXVI. — MCCCLXXIV. et MCCCLXXV. — In eius Reſponſis ad Conſtantin. Cabaſilam Dyrrachii archiep. p. 327. Iuris gr. rom. ed. Leuncl. citantur quaedam illius Conſtantini, quae exſtant in cod. *Coislin.* CCLXXXVIII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 392. — *Florent.* in cod. Laurent. II. nr. 75. plut. 5. ſunt quaedam Conſtantini Cabaſilae interrogationes ad *Ioannem,* epiſcopum *Citri.* v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 8. — *Oxon.* in cod. Barocc. CLVIII. et *Romae* in bibl. Vatic. (v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 28. *B.*) excerpta e reſponſis *Ioannis* epiſc. *Citri* ad Cabaſilam. — *Vindobon.* in cod. LI. nr. 14. ſunt capp. 30. in codd. LII. nr. 6. et LIII. nr. 6. capp. 24. ex eiusd. reſponſis canonicis collecta et diſpoſita a Matthaeo hieromonacho. v. *Lambec.* VIII. pag. 990. 1001. et 1006. — excerpta ex illis ibid. in cod. CCLXXXII. nr. 4. v. *Lambec.* V. pag. 470. et p. 570. cod. CCCIV. ſcriba fuiſſe dicitur *Ioannes Citrius*, cognomine *Dalaſſinus*, a. Chr. 1221. — In *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 111. nr. 3887. ſcriptum eſt, in cod. Vatican. exſtare *Ioannis Ciſtrae,* (hoc ſi recte excuſum eſt homoque a Ioan. Citrio non diuerſus,) vita, auctore anonymo. *Harl.*

XVIII. [Quae Fabricius in hac paragrapho de *Coſma* etc. ex edit. Aldina addiderat, ea iam ſupra pag. 175. ſqq. ſuo loco repoſui. *Harl.*]

XIX. Claudam hoc caput breui, quam ſupra ad caput de Simeone Setho nr. 4. promiſi, de *Syntipa* Perſa et *Eraſto* obſeruatione. Fertur nimirum liber moralis argumenti, ex ſyriaco, vt aiunt, graece, et alius ex graeco latine verſus, de ſeptem philoſophis ſapientia ſua filium regis ab illecebris et calumniis nouercae immunem ſeruantibus. Prior adhuc ineditus laudatur ſubinde a *Cangio* in adpendice ad Gloſſarium graecum, ſub nomine: *Syntipae Philoſophi*, p. 5. 10. 35. 41. 47. 52. 63. 74. 85. ſq. 88. 103. 104. 108. etc. Titulus libri: *πρόλογος τοῦ λεγομένου Συντίπα τοῦ φιλοσόφου, μεταβληθεὶς ἐκ τῆς Συριακῆς βίβλου, ὡς εἶχεν αὐταῖς λέξεσιν, εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν. Διήγησις ἐμφιλόσοφος συγγραφεῖσα παρ' ἡμῶν περὶ τοῦ τῶν Περσῶν βασιλέως Κύρου καὶ τοῦ γνησίου τούτου παιδὸς, καὶ τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ Συντίπα, καὶ περὶ τῶν τοῦ βασιλέως ἑπτὰ φιλοσόφων, καὶ τῆς μιᾶς αὐτοῦ πονηρᾶς καὶ ἀναιδοῦς γυναικὸς, καὶ πῶς τὴν κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως διαβολὴν κατεσκεύασεν ἡ μητρυιὰ αὐτοῦ. Ταύτην οὖν διήγησιν προϊστόρησε Μοῦσος ὁ Πέρσης πρὸς τὴν τῶν ἀναγινωσκόντων ὠφέλειαν.* Incipit: *Βασιλεύς τις ἦν Κῦρος ὀνόματι, ᾧ καὶ ἦσαν γυναῖκες ἑπτά.* MS. in bibl. caeſarea, et reg. Paris. et Venetiis in bibl. S. Marci. Vide *Montfauconi* Diarium italicum p. 40. et *Neſſel.* parte V. p. 171. [Secundum *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 742. B. *Paris.* in cod. reg. 3400. *fabula Syntipa* (ſic) *de Cyri filio* et pag. 904. *A.* in cod. *Paris.* CLI. *fabula Syntipa de Cyri filio et VII. Sapientibus. Auctor dicitur eſſe Muſus Perſa.* — Ibid. pag. 478. *C. Venet.* in bibl. Grimana: Πρόλογος etc. (vti Fabricius ex Cangio citarat inſcriptionem et principium.) Additur hoc iudicium: „Videtur eſſe nugaciſſimi Graeculi commentum." De cod. *Veneto* bibl. Marc. DCV. v. catalog. codd. gr. Marc. pag. 313. — *Moſquae* in cod. CCLXXXV. de quo v. cel. *Matthaei* Notit. codd. Moſq. pag. 186. ſq. et

ſq. et in praefat. ad edit. Syntipae fabularum, de quibus poſtea ſermo erit. In hac primum animaduertit, indicem, quem ex Cangio Fabricius notauit, conuenire in omnibus cum cod. Moſquenſi. Tum pag. VI. ex epigrammate, quod ante fabulam de Cyro legitur, et quod p. VIII. primum omnibus vitiis, quibus codex refertus eſt, ſeruatis, dein a ſe correctum adpoſuit, docet, vtrumque librum ſyriace ſcriptum, ſuadente Gabriele, vrbis Melonymi duce, graecum eſſe factum a *Michaele Andreopulo*, grammatico, homine chriſtiano. Conf. etiam ſupra ad vol. I. pag. 399. et pag. 636. §. IX. *Harl.*] In multis ſimilis eſt altera, quae ex Graeco verſa fertur Narratio de *Eraſto*, filio imp. Diocletiani, nouercae Aphrodiſiae amoribus repugnante, eiusque hinc odiis et inſidiis ſubducto per ſeptem ſapientia inſignes philoſophos, Euphradigorum, Demiurgum, Ternum, Enoſcopum, Philanthropum, Agathum et Leucum. Haec in variis linguis et diuerſo titulo legitur etiam typis exſcripta. Germanice ſaepius vidit lucem, atque inſcribitur: *Die ſieben weiſen Meiſter.* Gallice Paris. 1709. 12. *Hiſtoire du Prince Eraſtus*, fils de l'Empereur Diocletien. Exſtat et italice, [Gli Avvenimenti compaſſionevoli d'*Eraſto.* Venet. 1563. 8. et *Eraſto* dopo molti ſecoli ritornati al fine in luce. Venet. 1550. 8. in *Pinelli* bibliotheca, edit. a Iac. Morellio, tom. V. p. 7. nr. 3277. et 3279. Multo plures, etiam antiquiores, editiones recenſentur a *Iac. Maria Paitono* in bibliotheca degli autori antichi gr. e latini volgarizzati, tom. II. p. 14. ſqq. *Harl.*] et hiſpanice, vt vetuſtiorem gallicam verſionem praeteream, Lugd. 1666. 8. *les Sept Sages de Rome, ou hiſtoire de Pontianus Empereur. Fabr.* — *Moſquae* in cod. ſynod. CCLXXXV. ſunt quoque LXII. *fabulae Syntipae,* quae indicem habent: Συντίπα τȣ̃ φιλοσόφȣ ἐκ τῶν παραδειγματικῶν· et, antea plane incognitae, primum editae ſunt a *Chriſtiano Friderico Matthaei,* praemiſſa inſcriptione: *Syntipae, philoſophi Perſae Fabulae LXII.* gr. et lat. ex duobus codd. Mosquenſibus primum edidit et animaduerſiones adiecit *Ch. Fr. Matthaei* etc. Lips. 1781. 8. Hic vir graece doctiſſ. recenſendo codicem illum in Notitia codd. gr. Moſq. p. 186. ſq. ed. in 8. docet, in illo cod. exſtare nr. 8. *Syntipae* ἐκ τῶν παραδειγματικῶν αὐτȣ̃ λόγων· Ἄνθρωπος ἀκȣ́σας φωνὴν τέττιγος· nr. 13. *Syntipae* fabulae, (quas edidit Matthaei,) et nr. 27. Syntipae ἐκ τῶν παραδειγματικῶν αὐτȣ̃ λόγων· ὄνος ἀκȣ́σας φωνῆς τέττιγος· atque ſic incipit prima fabula in editione. In praefatione autem ad illam, „etſi, inquit, illi priori libello, (n. fabulae de Cyro etc.) etiam inſertae ſunt narrationes et fabulae, tamen ibi XXVII. tantum reperiuntur, ſuntque ab his, quae hic (n. in editione,) leguntur, diuerſae. — Certum eſt, vtrumque apographum Moſquenſe ante ſaec. XIV. ſcriptum eſſe. Graecitas et oratio interpretis prope accedit ad eam, quae eſt in fabulis Aeſopi. Minus tamen pura eſt in multis, diſſolutior interdum etiam, crebrisque repetitionibus et verborum ambagibus taedii plena et moleſta. Facta plerumque nude narrantur, nullis interpoſitis ſententiis aut iudiciis. Lepore autem et gratia magis etiam carent, quam ſimplicitate et breuitate. — Codex Syntipae continet duos libellos, fabulam illam de Cyro, et has fabulas, bis a duobus negligentiſſimis hominibus ſcriptas. Vtrumque apographum ſcriptum eſt in charta bombycina, ſaec. vt videtur XIV. aut XIII. Duo tamen diuerſa exemplaria illi ſcribae expreſſiſſe videntur. Nam et lectiones probas diuerſas habent, et in vitiis raro conſentiunt, eſtque nonnumquam exemplum alterum altero integrius.“ Hactenus cl. Matthaei, qui etiam in doctis adnotatt. vtriusque codicis varias lectiones diligenter adfert comparatque. *Harl.*

CAPVT

CAPVT XXXIX. (olim XLIII.)

DE IOANNE VECCO, GENNADIO ET SCRIPTORIBVS ALIIS GRAECIS, ROMANAE ECCLESIAE FAVENTIBVS, VEL CVM GRAECA EAM CONCILIARE CVPIENTIBVS.

(*Cum supplementis G. C. Harles.*)

I.

IOANNES BECCVS siue VECCVS, graecis Βέκκος, Βέκος vel Βέκων [ww]) ex magnae ecclesiae chartophylace *patriarcha CPol.* ab a. 1274. in locum exauctorati Iosephi, Galesii abbatis, vsque ad obitum Mich. Palaeologi imp. post quem a. 1282. defunctum, Iosephus sub Andronico iterum restitutus est, Ioannes vero post id tempus iterum iterumque relegatus [xx]) in carcere a. 1298. obiit. Photianus primum, deinde lectis Nicephori Blemmydae scriptis [yy]) Λατινο-

ww) Vide *Io. Boiuini* notas ad Nicephorum Gregoram p. 752. et 728.

xx) *Pachymeres* lib. IX. *Allatius* de consensu lib. II. c. 15. §. 8. et de Georgiis infra pag. 673. seq. Vide etiam *Lambecium* lib. V. pag. 186. seq. *Fabr.* S. pag. 391. ed. Kollar. Ibi Lambec. scribit, *Io. Beccum* sub Michaele Palaeologo imp. esse a. C. 1275. d. 29. Maii patriarcham CPolit. electum; idem prouocat de Becco ad *Georgii Pachymeris* historiam imperii Michael. Palaeologi libr. V. c. 24. et eiusd. historiam imperii Andronici Sen. libr. III. c. 29. cum obseruatt. Petri Possini part. I. libr. III. c. 6. §. 4 et part. II. lib. III. cap. 2. §. 8. ac 9. — In tomo synodico Georgii Cyprii aduersus Latinorum haeresin a. C. 1292. in cod. *Matrit.* regio LXVII. nr. 290. (v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 283.) et in cod. *Mosquensi* synod. CCCLIV. nr. 10. (v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 233.) Beccus sede patriarchali deturbatur et condemnatur cum iis, qui isti adsentiunt. *Iriart.* adnotat, illum tomum, sed diuerso multoque breuiore titulo graece prodiisse ex regis Franco-Gallici bibl. codice MMMCCCCXLII. descriptum, in *Anselmi Banduri* Imperio orientali, vol. II. p. 942. — Refutatio *Becci* et *Acindyni*, *quod*, *quae datur nobis*, *non sit gratia diuina*, *sed ipsa natura et hypostasis Spiritus S.* a Georgio Cyprio edita, laudatur in *Marci Monachi* dogmatica collectione dictorum s. locorum, adornata contra Barlaam et Acindynum, et edita a *Montfauc.* in bibl. Coislin. e cod. Coislin. CCLXXXVIII. p. 405. sq. — De *Ioanne Becco*, viro sui temporis et ingenio et eruditione celeberrimo, eiusque scriptis conf. supra, vol. III. pag. 497. *G. Cauei* histor. litt. SS. eccl. tom. II. p. 319. sq. ad a. 1276. *Io. Fabric.* in Historia bibl. Fabric. tom. II. p. 338. *Sax.* in Onom. lit. part. II. p. 318. et *Schroeckh.* in hist. eccles. christiana, germanice scripta, tom. XXIX. pag. 435. sq. 446. sqq. 451. sqq. et 455. sq. *Harl.*

yy) *Nic. Comnenus* praenot. mystagog. pag. 202.

Λατινόφρων, plurima scripsit, quibus latinae ecclesiae dogmata siue tueri siue cum graeca conciliare adnisus est omni studio, idem propter ingenium, eloquentiam atque doctrinam et imperatori Michaeli acceptissimus, et aliis admirandus. Eius scripta multa interciderunt, certe non sunt edita: nam quae sigillatim scripsit *aduersus Methonensem*, *aduersus Ioannem Phurnem*, *aduersus archiepiscopum Bulgariae*, *aduersus Georgium Moschamparem*, atque iterum aduersus eumdem compositae ἀντιῤῥήσεις, lucem necdum viderunt. Horum quidem meminit ipse apud *Allatium* tom. II. Graeciae orthodoxae p. 8. sq. Vide infra, p. 678. Eorum tamen omnium epitome vel neruus continetur, vt est credibile, in scriptis, quae typis exscripta habemus. Sunt autem haec:

1. Περὶ τῆς ἑνώσεως καὶ εἰρήνης τῶν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Ῥώμης ἐκκλησιῶν. *De vnione ecclesiarum veteris et nouae Romae liber.* Incipit: τὸ ἐπὶ πᾶσιν ἀψευδὲς τοῦ Σωτῆρος. Graece cum *Leonis Allatii* versione in huius Graecia orthod. Rom. 1652. 4. tomo I. pag. 16-224. Singillatim in hoc scripto *Photium* oppugnat Veccus p. 154. sq.

2. Ex Vecci λόγῳ siue libro περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης τὸ τοῦ σκανδάλου ἀλόγιστον καὶ ἐκ μόνης ἱστορίας ἀποδεικνύντος, *de pace ecclesiastica*, *ad absurditatem scandali ex sola historia demonstrandam*, ampla excerpta dat *Allatius* de aetatibus ordinum pag. 165-169. et de purgatorio [P] p. 591-626. et *Guil. Beueregius* tom. II. magni synodici pag. 273-292. vbi multa de synodo Photiana. Incip. ἦν ἂν μακάριον ἀληθῶς. *Fabric.* V. supra, vol. X. p. 674. init. et infra, vol. XI. p. 59. nr. 18. ed. vet. — In cat. MSS. bibl. reg. Paris. tom. II. p. 279. inesse dicitur in cod. MCCXCV. nr. 22. *Becci tomus dogmaticus. Harl.*

3. Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *De processione spiritus S.* capita XII. tom. I. Graeciae orthodoxae p. 225-359. Incip. Καὶ ἐπεὶ πρὸ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγη τις ἀνέκυψε ζήτησις. *Fabr.* *Io. Vecci* et aliorum scripta quaedam circa processionem Spiritus S. in Arcudii Opuscul. aureis theologicis, Romae 1630. 4. et 1670. 4. (in cat. bibl. *Nic. Rossii* p. 82. et in bibl. *Bodlei.* inter libros Rob. Huntington. nr. 6114. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. pag. 283. ab aliis ipsoque Fabric. citatur ed. a. 1671.) — MS. *Paris.* in cod. Radulph. in bibl. publ. *Becci* de processione Spiritus S. — ibid. de process. Spirit. S. contra Photium. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 769. *E.* nr. 15. et p. 775. *A.* nr. 29. *Harl.*

4. Epistola de professione fidei ad Ioannem XXI. papam. Latine apud *Allatium* de consensu lib. II. cap. 15. §. 5. pag. 746-752. Incipit: *Principis boni optimum esse finem.* [add. infra, vol. XI. p. 643. ed. vet. *Harl.*]

5. Σημείωμα siue *synodalis sententia* a. 1280. de loco Gregorii Nysseni, (pro Spiritus S. processione ex patre et filio) petita ex eius homilia in *pater noster*, quae incipit: ὅτε προσῆγεν ὁ μέγας Μωσῆς. Graece et latine tom. I. Graeciae orthodoxae pag. 366-374. Huius σημειώματος initium: καὶ θρὶξ ἐμπεσοῦσα τῷ ὀφθαλμῷ. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLVIII. nr. 3. *Becci scholia tria in totidem Basilii M. Gregorii Nysseni et Cyrilli Alexandrini. Harl.*

6. Διαθήκη. *Testamentum* ab exsule scriptum. Graece et latine tom. I. Graeciae orthodoxae p. 375-378. et lib. II. de consensu cap. 15. §. 8. p. 763. Incipit: πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ἐξορίαις καὶ φυλακαῖς. Exstat etiam in notis *Petri Possini* ad Pachymerem tom. I. p. 541. sq. *Fabr.* MS. *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXXI. nr. 4. plut. 7. v. *Bandin.* catal. codd. gr. Laur. I. p. 292. *Harl.*

7. *Ad Alexium Agallianum*, magnae ecclesiae CPol. diaconum, *de processione Spiritus S. epistola.* Incipit: ἐγὼ μὲν οὐκ ἄν ποτε ἀνέσχου ᾠήθην τοιαῦτα. Tom. I. Graeciae orthod. p. 360. 365.

8. Ἐπισημείωσις τῶν αὐτοῦ ἁπασῶν βίβλων καὶ γραφῶν συμφωνίας. *De omnibus suis libris et scriptionum suarum consensione, animaduersio* ad Theodorum Sugdaeae episcopum: hunc enim malo intelligere, quam Theodorum Xiphilinum, magnum ecclesiae oeconomum, cui promiserat, se de dogmatibus non scripturum neque contradicturum, quicquid alii dicerent, ὡς οὐ γράφοι, ὡς οὐκ ἀντείποι περὶ δογμάτων, κἂν ὅ τι λέγοιεν ἄλλοι, quod deinde seruare non potuit, vt refert *Pachymeres* lib. VI. Incipit: καὶ τὴν παροῦσαν δέξαι τὴν βίβλον, φίλον μοι ψυχῆς ἐνδιαίτημα, Κύριε Θεόδωρε. Tom. II. Graeciae orthodoxae pag. 1-10. Rom. 1659. 4.

9. Περὶ ἀδικίας ἧς ὑπέστη, τοῦ οἰκείου θρόνου ἀπελαθείς. *De iniustitia, qua adfectus est, a proprio throno eiectus.* id. pag. 11-36. Incip. ἐσιώπησα, μὴ καὶ εἰσέτι σιωπήσωμαι.

10. Λόγος ἀπολογητικὸς καὶ ἀντιῤῥητικός. *Oratio partim apologetica de iniustitia, qua adfectus est, partim antirrhetica ad prauas expositiones nonnullarum scripto traditarum auctoritatum.* id. pag. 36-83. Incipit: Τὰ μὲν οὖν ἐφ' οἷς ἀδίκως τοῦ οἰκείου ἡμεῖς ἀπηλάθημεν θρόνου.

[P] 11. Ἀπολογία. *Apologia, nullo modo nostras consuetudines destrui, si ecclesiarum vnionem acceptamus, sed ad conciliandam in Christo pacem multum conducere, quod inter se in adserendo dogmate conueniunt.* id. pag. 84-94. Incipit: πρόσεχε οὐρανὲ καὶ λαλήσω. [In bibl. Bodlei. codd. *Barocc.* LXXI. et CXI. *Harl.*]

12. Τῶν πρὸς τὸν Σουγδαίας Θεόδωρον α', β', γ'. *Ad Theodorum, quem ipse Sugdaeae episcopum ordinauerat, libri III. de processione Spiritus S. ex patre et filio.* Primi initium: ἐπειδὴ τὸν εὐαγγελικὸν ζυγόν. id. p. 95. Secundi: Σὺ μὲν ἀγαπητὲ ἀδελφέ. pag. 117. Tertii, quo *Photius* speciatim oppugnatur: πάλιν σοι τὰ γράμματα πρὸς ἡμᾶς. pag. 133-148. Hos libros ex Allatii versione *Bartoldus Nihusius* subiunxit *latine* epistolae eiusdem Allatii ad Boineburgium de consensione vtriusque ecclesiae, Mogunt. 1655. 8. Tertium graece et latine dederat *Allatius* ipse ad calcem libri de purgatorio p. 827-856. Rom. 1652. 8.

13. Τῶν πρὸς Κωνσταντῖνον α', β', γ', δ'. *Ad Constantinum* (Meliteniotam, de quo dixi volum. IX. p. 198.) [vol. X. p. 400. not. *n.* nou. edit.] *libri IV.* de eodem argumento.

mento. Primi initium: φθάνω μὲν τάξας καὶ οἷον διορισάμενος p. 149. Secundi: οὐδὲ τὴν δευτέραν σὴν ἀποπέμπομεν αἴτησιν. pag. 169. Tertii: Ναὶ, ναὶ τὰ ἐπηγγελμένα σοι. p. 287. Quarti: ἀπορεῖ καὶ πάλιν, καὶ οὐκ ἀποροῦμεν ἡμεῖς. p. 202-214.

14. Εἰς τὸν τόμον τοῦ Κυπρίου κατὰ τῶν νεοφανῶν αἱρέσεων αὐτοσχεδιασθεὶς, λόγος α', β'. *In tomum* Georgii *Cyprii* patriarchae CPol. spiritum S. e patre per filium procedere negantis, *et nouas eiusdem haereses, libri duo extemporales* ad Theodorum Sugdaeae episcopum, quem adloquitur p. 252. σὺ δὲ, γνήσιε υἱὲ, φίλτατέ μοι Θεόδωρε. Primi initium: ἔμελλεν ἄρα πολλάκις κατὰ καιρόν. pag. 215. Secundi: δεύτερος ἡμῖν οὗτος ὁ κατὰ τοῦ Κυπρίου ἀγών. pag. 252-286. Λόγον tertium contra Cyprium citat *Nicolaus Comnenus* p. 356. praenot. mystagogic. et tertium suum τῶν τοῦ Κυπρίου αἱρέσεων ἔλεγχον memorat Veccus ipse in animaduersione de libris suis tom. II. Graeciae orthod. pag. 7.

15. Ἀντιῤῥητικά. *Refutationes aduersus D. Andronici Camateri* sub Manuele Comneno pridem *Drungarii Viglae* siue praefecti vigilum (de quo supra in cap. anteced. §. VII.) *super scripto traditis testimoniis de Spiritu S. animaduersiones.* Incipit: βουλόμενος ἡμᾶς τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην ἀεὶ προάγειν ἐπὶ τὸ βεβαιότερον. p. 287-521.

16. Ἐπιγραφαί. *Epigraphae* siue *praescriptiones XIII. in dicta ac sententias sanctorum patrum a se collectas de processione Spiritus Sancti.* Incip. ῥήσεις [?] διάφοροι γραφικαὶ συλλεγεῖσαι εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. pag. 522. 641. Has epigraphas graece et latine ediderat *Petrus Arcudius*, Corcyraeus, in opusculis aureis, Rom. 1630. 4. 1671. 4. [al. 1670.] vna cum scriptis quibusdam Gregorii Palamae et aduersus Palamam Bessarionis, nec non Demetrii Cydonii, et Maximi Planudae. Habentur et MStae in bibl. caesarea. Vide *Lambecium* V. pag. 186. *Fabr.* Siue p. 317. sqq. ed. Kollar. in cod. CL. nr. 14. — it. ibid. p. 390. sqq. in cod. CCLXII. — *Venetiis* in cod. *Naniano* CCCIII. nr. XIII. Κεφάλαια· οὗ ἡ ἐπιγραφή. etc. Atque (Mingarellius) in cat. codd. gr. Nanian. pag. 508. contendit, id opus, quod ab Allatio diuiditur in *Epigraphas*, diuidendum esse in *capita*, et inscribendum: *Capitula de processione Spiritus Sancti.* Idem docet, illam collectionem esse apud Allatium in fine mutilam, et quae apud ipsum postrema sint verba, ea in hoc codice legi pag. 357. opus vero totum absolui p. 359. tum post illa verba sequi in codice testimonia desumta ex Clemente Alexandrino, et aliud ex S. Maximi epistola ad Marinum. — In eod. cod. nr. 14. Auctoritates patrum, quibus, *Purgatorium* esse, confirmatur. Tum alia plura ad confirmandam processionem Spiritus Sancti ex filio. Ac demum aliud caput additur, quasi supplementum operis *Becci*, et inscribitur p. 367. ἀποδείξεις καὶ ἐκ τῶν οἰκουμενικῶν ἁγίων συνόδων; plura dedit ex eo Mingarell. Adferuntur postea auctoritates aliarum synodorum generalium II. III. IV. V. VI. et VII. — Ibid. in bibl. *Marc.* codd. CLX. et CLXI. *Auctoritates patrum de processione Spir. Sancti;* capita numerantur in margine XIX. sine nomine quidem auctoris, qui tamen in posteriore cod. per notam Bessarionis indicatur *Veccus.* v. cat. codd. gr. Marc. pag. 90. — *Florent.* in bibl. Medic. Laurent. cod. XIV. nr. 4. plut. 10. sunt XII. capp. *Io. Becci* ἐπιγραφῶν. cum totidem *Gregorii Palamae* confutationibus, et card. *Bessarionis* apologiis. — in cod. XII. nr. 20. plut. 4. *collectio mirabilis,* s.

Io. Vecci Epigraphae etc. in hoc etiam cod. in fine operis alia adferuntur excerpta, quae desunt in Allatii Graecia orthodoxa tom. II. post pag. 641. vid. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 483. et 535. — Idem ibid. p. 546. coniicit, ea, quae exstant in cod. XXII. nr. 4. plut. 4. περὶ Τριαδικῆς καὶ ἀσυγχύτȣ τάξεως, *de ordine Trinitatis personarum distinctio*, ex *Vecco* esse desumta, qui simile quoddam opus confecit, editum a *Petro Arcudio*, Romae 1630. — Eadem ἐπιγραφῶν collectio, *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLXX. nr. 4. — *Matriti* in cod. regio LXXVII. insunt *Gregorii Palamae* — de processione Spir. Scti sermones; *Io. Becci Epigraphae*, et *Palamae* antiepigraphae; *Barlaami* monachi de eodem argumento, etc. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 279. sqq. singula copiosius persequutum. — In cod. *Coislin.* C. *Gregorii*, archiep. Thessal. contra Beccum et alia de eodem argumento. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 171. sq. add. ibid. p. 405. sq. — Conf. *Oudin.* in comment. de scriptorr. eccles. III. pag. 510. sq. ad a. 1270. qui praeterea adnotat, illas sententias a Vecco collectas, reperiri apud *Bzouium* in Annalibus, tom. XIV. ad a. 1339. item *Epistolam Io. Vecci ad romanum pontificem a. 1277.* missam esse gr. et lat. in conciliis, ed. Labbeanae tom. XI. col. 1033. Idem a pag. 506. historiam fataque Vecci et controuersias inde enatas fusius enarrat, prouocatque ad *Henr. Spondanum* in continuatione Annal. Baronii ad a. 1274. nr. 15. ad a. 1283. nr. 9. et 10. atque ad *Anton. Arnaldum*, Doctorem Sorbonic. de perpetua ecclesiae catholicae fide circa Eucharistiae sacramentum, lib. III. capp. 3. et 4. pag. 299. sqq. *Harl.*

Memorat etiam *Allatius* p. 767. de consensu, Κεφάλαια τινὰ περὶ τȣ̃ ἁγίȣ Πνεύματος, *capita quaedam de Spiritu S.* Incip. εἶτα καὶ πάλιν οἱ αὐτοὶ καθ᾽ ἑξῆς. Nec non *titulos de recens natis haeresibus.* Incipit: ἔμελλεν ἄρ᾽ ἀντ᾽ ἐπισκόπȣ κατὰ λύκȣ καὶ αἱρεσιάρχȣ.

Nic. Comnenus pag. 14. praenot. mystagog. citat Io. Vecci *orationem I. de inauguratione sua,* quae incipit: ἀκȣ́σατε ἱερὸν συνέδριον, φίλοι συμπράκτορες, ἀρχιερεῖς ἀδελφοί.

Orationem quartam de vnione ecclesiarum pag. 164. 207.

Synodicon de clericorum ordinatione, apud Canonarcham, Christophorum Campanam pag. 292. *Synodicon de officio parochi* pag. 310. *Synodicum III.* pag. 145. *Synodicon* a. 1275. promulgatum *de capite corpori S. Mamantis abscisso* pag. 242.

Epistolam encyclicam pag. 203. *paraeneticam ad vnionem* p. 346. *Fabr.*

[*Mosquae* in cod. synod. CCCXXIV. de synodo oecumenica, ἥ τις ἀποκατέστησε Φώτιον – εἰς τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως· ὑπὸ τȣ̃ λόγȣ τȣ̃ Βέκκȣ. inc. ἦν ἂν μακάριον· v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. pag. 212. Pertinet ad nr. 2. Idem forsan opus, in cat. MSSt. Angliae etc. vol. I. p. 55. nr. 691. in cod. *Guil. Laudi* XXXIX. sic citatur: *Acta synodi oecumenicae*, quae Photium, patriarcham, in thronum CPolitan. restituit, et scandala novae et antiquae Romae sustulit, *ex relatione Becci scribae. Harl.*]

[In cat

[In cat. MSSt. gr. bibl. *Escorial.* in: *Ed. Clarke* Briefe von dem gegenwärt. Zustande des Koenigr. Spanien, ex versione germ. *Io. Tob. Koehler*, Lemgo 1765. 8. pag. 406. citatur *Io. Bechii* (vel potius, arbitror, *Beccii*) patr. CPol. de vnione ecclesiarum: (v. supra, nr. 1.) In *Plüeri* autem cat. MSS. Escor. pag. 173. mentio illius op. nulla fit; sed male tribuuntur *I. Bechio* (sic) patr. CPolit. paraphrasis in Aristot. libros ethicorum ad Nicomachum, item aduersus legem Saracenorum apologiae IV. et aduersus Mahometem, libri IV. quae a *Clarkio* l. c. adscribuntur *Io. Cantacuzeno*, imper. Byzant. *Harl.*

II. GENNADIVS [zz]), qui primus nouae Romae patriarcha post imperii Graecorum orientalis excidium [a]) renunciatus est, ante susceptam dignitatem, GEORGII SCHOLARII nomen habuit [b]). Ita testantur auctores historiae Constantinopolitanae apud Crusium in

zz) Haec quae de Gennadio CPol. sequuntur petita sunt ex eruditiss. Viri *Euschii Renaudoti* obseruationibus ad Gennadii homilias de SS. Eucharistia. editis Parisiis, 1709. 4. p. 40. seq. quibus pauca quaedam per notas adiunxi. [Id Gennadii opus *de Sacramentis* genuinum esse, dubitat *Gerius* ad Cau. hist. cit. pag. 172. *Harl.*] Ea Lector conferet cum iis, quae de eodem Gennadio Allatius diatriba de Georgiis, hoc ipso volumine infra p. 760. seq. ed. vet.

a) A. 1453.

b) De hoc Gennadio, et de controuersia, num vnus Georgius Scholarius, an duo tresue eiusdem nominis fuerint, plures scripserunt. Aliis omissis, conferendi sunt *Frid. Spanhem.* in Introduct. ad hist. S. p. 140. et summa H. E. pag. 835. it. in Exercitat. histor. theologic. de perpetua dissensione ecclesiae graecae et orientalis a romana, part. I. §. 9. et 10. tom. II. opp. pag. 491. — *Io. Moller.* in Homonymoscopia pag. 468. sqq. qui, (vt alii quoque fecere,) ἐπέχει, et plures adducit, in vtramque partem disputantes; *H. Warton.* in adpend. ad G. Cauei hist. litt. S. S. eccl. pag. 140. sq. ed. Basil. ad a. 1438. qui potissimum *Phranzae* testimonio in hist. libr. II. c. 19. nixus vnicum Scholarium illo saeculo floruisse autumat, et *Robert. Gerium*, ibid. p. 171. sqq. ad a. 1453. qui copiose ostendere studet, diuersos fuisse Georgios Scholarios, et de scriptis, eorum codd. et quorumdam editt. agit. — (*Phil. Iac. Lambacher*) in dissertat. litter. de editione quadam antiqua *Gennadii Scholarii de via salutis humanae*; subiuncta eius bibliothecae antiquae Vindobonensis ciuicae etc. part. I. Viennae Austriae 1750. 4. qui pag. 4. sqq. censet, duo quidem fuisse diuersis temporibus ecclesiae CPolit. antistites, qui nomen Gennadii habuerunt, alterum, miraculis sanctum circ. medium saeculum V. alterum, qui etiam Georgius Scholarius dicitur et floruit ante captam a Turcis CPolin, et posthaec; sed cum Renaudoto contendit, Leon. Allatium ex hoc vno Gennadio duo Gennadios Scholarios perperam fecisse. Idem plura de eius vita et doctrina etc. adnotat. De *Lambacheri* diss. plura scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. 2. p. 312. sqq. — *Iac. Brucker.* in Histor. philosoph., tom. IV. part. I. p. 69. sqq. §. IV. qui Renaudotio de vno Georgio Scholario adsensum praebet. — *Saxius* in Onom. lit. part. 2. pag. 447. sq. ad a. C. 1454. cui dubium videtur, idemne sit, qui Marci Ephesii amicus, an diuersus. In primis copiosus est de Gennadio et longam de eo, praecipue de eius doctrina et scriptis dissertat. conscripsit *Cas. Oudin.* in comment. de SS. eccl. tom. III. col. 2469-2514. Postquam in prologo recensuit Renaudoti dissert. de Gennadio, agit in cap. 1. de Genn. vita et doctrina; in cap. 2. de sententia *Friderici Spanhemii*, qui in exercitat. cit. de perpetua dissensione eccl. gr. etc. part. I. sect. 9. et 10. opinatur, Gennadium numquam Latinis, neque in synodo Florentina neque post synodum fauisse, neque ante adeptam sedem patriarchalem, neque postea, illum semper vsque ad mortem Graecorum ritibus et opinionibus constanter adhaesisse, et omnia, quae producuntur in Latinorum gratiam a Georgio Scholario scripta, spuria esse, falso ipsi adscripta ab aliis Graecis Latinorumque partes sectantibus. Atque Spanhemii iudicio subscribit

in Turco-graecia [c]). *Elegerunt*, inquit, *philosophum dominum Georgium, virum sanctum et pium, iudicem imperatorii iudicii, et electionem eius iuxta consuetudinem acclamationibus comprobantes, constituerunt patriarcham, adpellantes Gennadium. Hunc*, vt scribit Malaxus, *Ioannes Palaeologus, quum in Franciam seu Italiam proficisceretur, vbi habita est octaua synodus* [d]), *secum duxit tamquam sapientissimum.* In actis graecis Florentinae synodi Sess. 25. Georgii Scholarii verba ad imperatorem referuntur, a quo rogatus sententiam de sancienda cum latinis concordia, respondit, se iam editis orationibus exposuisse, quae sibi mens esset, amplecti romanae ecclesiae doctrinam de capitibus inter vtramque [P] ecclesiam controversis, quae mox synodali definitione explicata sunt. Earum quoque orationum mentio fit in apologia Iosephi Methonensis; et magna inter eruditos quaestio est, num de iis, quas habemus graece et latine in bibliotheca patrum, et in conciliorum collectionibus, intelligenda sint graecorum actorum verba. Erat tunc *Georgius Scholarius* inter laicos, iudexque primarius aulae imperatoriae; atque adeo nihil mirum, quod in definitione synodica scribendo non adfuerit: nam soli ecclesiastici subscribebant, et ex laicis praeter imperatorem nemo. Reuersus Constantinopolim Gennadius anno 1439. post absolutam synodum in magna apud Ioannem imperatorem Constantinumque fratrem et successorem dignitate vixit, vsque ad annum 1453. qui imperio Graecorum Constantinopolitano supremus fuit. Quid vero totis his annis tredecim Gennadio factum sit, diuinauit Allatius, neque enim a graeco vllo auctore didicit, eum catholicae fidei, quam Florentiae cum aliis Graecis professus fuerat, obseruantissimum, schismaticos voce et scriptis confutasse, praesertim vero Marcum Ephesium schismatis antesignanum, latinoque nomini infensissimum. Quia tamen ex variis actis et monumentis, quorum pauca edita sunt, reliqua seruantur in bibliothecis, intelligitur, eodem tempore quemdam Georgium Scholarium Marco Ephesio summa familiaritate coniunctum, multa aduersus Latinos scripsisse, Matthaeus Caryophylus [e]), et eum sequutus Leo Allatius,

scribit Oudin. tum in capp. 3. et 4. de scriptis Georgii Scholarii et editis et maxime msstis in biblioth. Britann. aliisque et pag. 2488. ex Car. Dufrenii, domini du Cange Glossario med. et infimae Graecitatis, duce Renaudotio, quosdam Gennadii libros, ab Allatio omissos, refert. In cap. 5. 6. et 7. exhibet operum Gennadii notitiam ex MSS. codd. bibl. reg. Paris. ex Eus. Renaudot. In cap. 8. repetit de cod. Opp. Gennadii, quem habet Renaudot. et indicat summam syntagmatis opusculor. eiusdem, Paris. 1709. 4. In cap. 9. recenset, quae *Manuel Malaxus* iunior in historia patriarchica CPolitana pag. 107. sqq. vsque ad pag. 120. Turcograeciae lib. II. Mart. Crusii et Mart. Crusius in notis ad illum libr. p. 187. 189. et 190. retulerunt, et ex Man. Malaxo perlongum exscripsit locum: item, quae Gerlachius aliique Graeci recentiores de Gennadio scriptis mandarunt. Illi igitur VV. DD. ad quos lectores ablego, otium mihi fecerunt.

Praeterea fuerunt *Gennadii* plures, nim. *Ganensis*, (v. infra in h. vol. p. 440. ed vet.) tum tres medici, (v. infra vol. XIII. pag. 167. sq. in elencho Medicor. vett.) et *Gennadius Heracl. Metropol.* (v. infra, *Demetr. Procop.* de eruditis graecis, sect. XLVII.) — In *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 589. *E.* de cod. caes. Vindob. CXVII. (vti quoque in cat. codd. gr. Bau. pag. 50. cod. CXIIX.) citantur opera contra Latinos *Gennadii Bulgariae*, qui si a Georgio Scholario diuersus est: vt praetermittam *Gennadium, Massaliensem presbyterum*, ante a. 495. scriptorem latinum, de quo v. *Fabricii* bibl. med. et inf. latin. tom. III. p. 30. sqq. ed. Mansi. *Harl.*

c) P. 107.

d) Florentina.

e) V. infra in h. vol. pag. 415. nr. 7. ed. vet. *Harl.*

Allatius f), duos Gennadios, duos Georgios Scholarios effinxerunt, illum, qui concilio Florentino interfuit, catholicum: alterum schismaticum esse iusserunt. Hic monachus factus, Gennadii nomen, simul cum habitu religionis accepit; ille ex laico factus patriarcha post captam vrbem, Gennadius quoque nouo nomine adpellatus fuit, qui post annos quinque, depositis infulis patriarchalibus, in monasterium se recepit, atque anno circiter 1460. diem suum obiit. Imo alium quemdam *Georgium Scholarium Cortesium* g) exstitisse suspicatur Allatius, quem auctorem existimat diuersorum aduersus Latinos operum; atque ita tres Georgios Scholarios et Gennadios recenset, sed, vt infra videbitur, plane infeliciter. Hanc tamen eius coniecturam sequuti sunt omnes ferme theologi, donec R. Simon h) vir doctissimus

f) Item *Lambec.* comment. V. p. 460. sq. vbi vero Kollar. subscribit Renaudoti iudicio: vol. VII. pag. 239. sq. nr. 7. et alibi, atque in indicibus. Pariter alii catalogorum codd. confectores discernunt duo eiusdem saeculi Georgios Scholarios. *Harl.*

g) Sic *Florent.* in bibl. Medic. Laurent. cod. XXVII. nr. 1. plut. 58. inscribitur liber τοῦ Γεωργίου Κορτέση τοῦ Σχολαρίου *de elementis et litteris, de accentibus et octo partibus orationis, seu potius in Grammaticam introductio prima.* v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 470. qui adnotat, MS. etiam exstare Mediolani in bibl. Ambros. et Romae in S. Siluestrina et Vallicelliana. — Ibid. in cod. XIII. nr. 30. plut. 74. sunt *Georgii Curtesii* (Κουρτέση) *Scholarii* epistolae XVIII. quarum inscriptiones et initia adtulit *Bandin.* l. c. III. p. 107. sq. obseruat vero praeter alia, epistolarum Georgii Scholarii selectas quasdam superesse in cod. regio MMCMLV. sed ex eorum nominibus, ad quos illae missae sunt, ab illis, quas l. c. recensuit, diuersas esse colligit. In indice tamen ad vol. III. p. 511. suspicatur, istum Georgium Curtesium eumdem esse cum Georgio Scholario, patriarcha CPolit. — Secundum *Pluerum* in itinerar. per Hispan. pag. 170. in codd. bibl. *Escorial. Georgio Curtesae* (sic) *Scholario* tribuuntur libri duo, de constructione siue Chronographia, et tamen alia quoque opp. quae Georg. Scholar. patriarcham CPol. habent parentem. Conf. supra ad vol. VI. pag. 342. sq. et infra de scriptis Gennadii ad nr. 24. *Harl.*

h) Lib. de transsubstantiatione contra Tho. Smithum a. 1685. 12. *Fabr.* *Smithus* in sua de hodierno ecclesiae graecae statu epistola dixerat, Gabrielem Seuerum, Philadelphiae archiepiscopum, hominem nullius aut imbecilli ingenii, vel primum vel saltem inter primos fuisse, a quo voc. μετουσίωσις, exprimendo *transsubstantiationis* figmento perquam idonea, fuerit efficta. Contra hunc surrexit *Dominus de Moni,* (sub quo nomine delituit *P. Richard Simon,*) in: Histoire critique de la Creance et des coutumes des Nations du Levant, Francof. ap. Frid. Arnald. 1684. 12. et 1693. 12. cap. II. et dogma illud graecae ecclesiae cum romana commune esse contendit, et produxit Gennadium, patriarcham CPolit. plus quam centum annis Gabriele antiquiorem, aliosque. (v. Lips. acta erudit. a. 1684. m. Nou. p. 490. sqq.) Simonio se opposuit *Th. Smith* in *Miscellaneis*, Londini, impensis Sam. Smith. 1686. 8. cap. II. et euincere studuit, locum, e Gennadio productum, esse suspectum, et a *Meletio Syrigo*, graeculo tenebrione ac romanis partibus addictissimo, Gennadio dolose suppositum, in Gennadii scriptis editis ineditisque nihil tale deprehendi, ex aliisque argumentis concludit, ὑποβολιμαῖον esse Gennadium, a Meletio Syrigo et inde a Simonio productum etc. (v. acta erudit. a. 1687. m. Febr. pag. 92. sqq.) Necdum Simon. vadimonium deseruit, sed caussam suam iterum agere parauit in: La creance de l'Eglise orientale, sur la Transsubstantiation, avec vne reponse aux nouvelles objections de M. Smith, Paris. 1687. 12. et *Niceron.* in Nachricht von den Begebenheiten v. Schriften ber. Gelehrten, ex vers. Baumgarten. part. 2. p. 35. vbi adnotatur, Simonium postea edidisse adpendicem contra auctores actor. litt. in Hollandia, qui male in compendium redegissent eius librum. Inter alia respondet, Gennadium sua plurima scripsisse post patriarchatum in monasterio;

mus docuit certiſſimis argumentis, vnicum fuiſſe Gennadium. Quia tamen haec quaſi in παρέργῳ ab eo ſcripta ſunt, quum breuitas operis non pateretur, vt totam ex antiquis monumentis quaeſtionem explicaret, ſupereſt, vt, quantum licebit, paucis eam expediamus.

[P] Gennadius ſane, qui Georgii Scholarii nomen habuit, patria, vt videtur, Conſtantinopolitanus, doctrina, eloquentia et iurisperitia magnam ab ineunte aetate famam apud ſuos conſequutus, in aulae imperatoriae miniſterio fuit, antequam Ioannes Palaeologus in Italiam proficiſceretur. Tunc vero iudicis primarii munus ſuſtinebat, Κριτὴς τῆς βασιλικῆς κρίσεως, vt non ſolum hiſtoria politica et eccleſiaſtica apud Cruſium, ſed varii etiam opuſculorum tituli teſtantur. Negotiorum ipſe moleſtiam conqueritur ad Philelphum ſcribens, his verbis: ἀλλ᾽ ὑπὸ τῶν ἐν τῷ δικάζειν θορύβων οὐδ᾽ ἀναπνεῖν σχεδὸν συγχωρούμενος, καὶ ἄκων ἐξαμαρτάνω τι πρὸς τοὺς φίλους. *Sed iudiciorum tumultu oppreſſus, vix reſpirare vt concedatur, etiam inuitus nonnihil erga amicos delinquo.* Quod etiam in aliis quibusdam ad amicos epiſtolis, et in orationibus apologeticis non obſcure deſignat. Interea cum doctiſſimis Italis *Franciſco Philelpho*, *Ambroſio Camaldulenſi*, *Marco Lipomano*, patritio Veneto, litterarum commercium habebat, quarum plures exſtant haud inelegantes in codice regio MMCMLV. paucae in Colbertino MMMMCMLVIII. verum ſumma librariorum negligentia ſine die et conſule, aut loco vnde miſſae ſunt, adeo vt hiſtoriae Gennadii mediocrem omnino lucem adferant. Philelphus ipſe graeco quodam carmine teſtatur, ſe admodum iuuenem in eius adhuc iuuenis familiaritatem veniſſe, Conſtantinopoli quum eſſet:

Ὅν μοι ὄντι νέῳ νεαρὸν πάνυ, δῖα θεάων
Ἐν Βύζαντος ἔρῳ ἥψατο Καλλιόπη.

Quem iuueni mi olim, iuuenem Byzantis in vrbe
Calliopes diae conciliauit amor.

Ad noſtrum enim Gennadium pertinet hoc Philelphi [i]) carmen, non, vt cenſet Allatius [k]), ad

rio; mirum ergo non eſſe, ſi ſcripta eius in patriarchali eccleſia non reperiantur. Idem copioſe probat contra Allatium, Gennadium hunc et Georgium Scholarium eumdem eſſe. Subiungit excerpta quaedam gr. latina ex *Gennadii* et *Meletii Syrigii* libris de transſubſtantiatione, enumeratque ſpeciatim opp. *Gennadii* MSS. in bibl. Paris. regia. (Conf. actor. erudit. Supplem. I. ſect. 2. pag. 75. ſqq.) Neque tamen pollicem preſſit *Th. Smith*, ſed vindicauit ſuam ſententiam in nouis *Miſcellaneis*, Londini, 1690. 8. Primo capite continetur reſponſio ad nuperas D. Simonii in libro ſuper fide Graecorum de dogmate transſubſtantiationis cauillationes; ſuam ſententiam de voc. μετουσιώσεως eiusque nouitate, de Gabriele Philadelph. et Gennadii teſtimonio ὑποβολιμαίῳ, de Georgio Scholario vlterius ſtabilire, et aduerſus Simonii exceptionem vindicare ſtuduit; *apologiam* pro quinque capp. concilii Florentini cum Arcudio et Caryophilo abiudicat Gennadio, quum poſt concilium Florentinum eorum, quae olim in gratiam Latinorum conceſſerat, palinodiam cecinerit. Inprimis autem ea Gennadio adfingi probat, quae pro transſubſtantiationis dogmate Meletius Syrigius et Simonius adduxerunt. (conf. acta erudit. a. 1691. m. Febr. p. 81. ſqq.) *Harl.*

i) Philelphus Conſtantinopolim iuuenis profectus eſt, Emmanuelis Chryſolorae filiam duxit. *V. Poggium de Philelph. epiſt. ad Iuſtinianum l. 1.*

k) Infra, p. 769.

ad nescio quem Georgium Scholarium Gennadium, metropolitam Phasorum. Argumento est, quam modo laudauimus, epistola, quae in regio codice octaua est, qua Philelpho scribit, imperatori summopere placuisse scriptas ab eo litteras, cuius perspectam haberet erga se humanitatem. Vtebatur familiarissime Georgius Scholarius *Luca Notara*, Magno Duce, imperatoris Ioannis Palaeologi genero, ad quem exstant aliquot non inelegantes epistolae, et Ducis ad Scholarium; imperatoris eiusdem fratre *Constantino Palaeologo*, qui imperauit vltimus Christianorum, ad quem scripta est secunda epistola [?] regii codicis; *Theodoro Despota*, eorum fratre, quem funebri oratione laudauit, quae exstat in eodem codice; et aliis praecipuae dignitatis viris. Inter ecclesiasticos colebat prae caeteris *Marcum Ephesium* [l]) ad quem exstat decima quinta, qua significat, mittere se defensionem doctrinae Aristotelis contra Gemistum Plethonem, tum etiam Nomophylacem, Chartophylacem *Paisium* Cretae, vt videtur, archiepiscopum, et alios non paucos. Ad hos exstant epistolae de priuatis plerumque negotiis, omnes sine die et consule. Plures opinor interciderunt, quia elegantiores tantummodo selectae videntur fuisse, vt antiquis Demosthenis, Isocratis, Libanii, et aliis praecipuorum auctorum adiungerentur, vt in codice Colbertino; reliqua perierunt, vt multa alia Gennadii opera, quia auctor numquam ea, vt videtur, colligenda curauit; sed post eius obitum a studiosis in codices relata sunt, quaecumque tam Constantinopoli, quam in monasteriorum bibliothecis delitescebant.

3. Tricesimo aetatis anno Georgius Scholarius votum fecit amplectendae solitariae vitae, quod tamen non nisi paulo ante captam vrbem et post Ioannis Palaeologi mortem persoluit. Ita de se scribit in apologia ad Constantinum: *Quod*, inquit, *ego nondum tricesimum annum egressus firmiter statuerim et vouerim Christo, magistratum vt incommodum quiddam negotium abdicare, et ad priuatam vitam, quam Christus nobis designauit, declinare tamquam multae philosophiae, spei quoque futurorum, et vno verbo boni cuiuscumque plenissimam, nullus arbitror meorum ciuium ignorat.* Caussam, cur tam diu distulerit, fuisse refert parentum curam, quos in senili aetate destituere absque impietate vix poterat, et quasdam alias.

4. Itaque sub Ioanne Palaeologo Georgius Scholarius imperialis iudicis munus sustinens, quum procurandae concordiae inter latinam et graecam ecclesiam caussa imperator in Italiam proficisceretur [m]), in eius comitatu Ferrariam primo, mox Florentiam venit. Ita testantur auctores ferme omnes, et acta graeca concilii. Ferrariae, vt videtur, scriptae sunt epistolae duae, vna Venetias ad Marcum Lipomanum, ad Ambrosium Camaldulensem altera. In prima scribit, optasse se ad eum proficisci, *sed fortuna quaedam*, inquit, *me ad imperatorem currere cogens, aureis Venetiis commorari non sinit, neque lepores huius vrbis et gratias degustare, in qua Lipomanus optimus primarium locum obtinet; sed statim atque excensum fecimus, iter ad imperatorem per flumen instituimus*, nempe forassis, quia serius [?] aduenerat. In altera ad Ambrosium, quem non alium esse existimamus quam Camaldulensem,

l) V. infra, p. 529. sq. ed. vet. *Harl.*

m) A. 1438.

sem, ita scribit: *At quandoquidem cum imperatore, qui te plurimum diligit, nos quoque vnionis desiderium ad tuam vrbem transfert, aut potius ipse ex tali desiderio nobis transmigrandi necessitatem imposuit; reliquis quidem sufficit, tuam adire vrbem, et habere illic delicias, spectacula, aedes magnificas, et alia domesticis non inferiora. Nobis vero angulum aliquem concede tui monasterii, quod in cara vrbe carissimum habes et ornas. Ita eos, qui te maxime diligunt, tuorum tibi coniunctissimis non immerito praeferes, tuncque facilius vna esse nobis licebit, neque morbos causabimur, neque tantum ex infelicitate nostra dolorem capiemus. Quod si aliquando rursus, minus tamen omnino, quam nunc, te a nobis diriungunt publicorum negotiorum curae, hanc absentiam monachorum illic viuentium virtus et sapientia solabuntur. Quos quidem sub tali patre et rectore ad virtutem prouectos, utilissimos et iucundissimos accedentibus fore confido, adeo vt singuli ipsorum sufficiant non habentibus patrem.*

5. Non alieno ab ecclesiastica concordia animo Scholarium fuisse praeter ea, quae supra dicta sunt, suadet particula epistolae ad Magnum Ducem, quam aliena interpretatione corrupit Allatius n), dum eam ex Graecia scriptam existimauit, quum ex Italia missa fuerit. *Nunc vero scito, nos praeclara omnino tranquillitatis initia experiri:* quae verba ad ecclesiasticae concordiae spem videntur referenda. Sed quae legitur act. 25. Florentini concilii in graecis actis Georgii Scholarii responsio eiusmodi est, vt viro pio pacisque studiosissimo dignissima videatur. Rogatus enim ab imperatore sententiam de vnionis decreto, ita respondit: o) *Optime et potentissime imperator, quam ego quidem habuerim et nunc habeam sententiam de proposita vnionis materia, indicat sermo a me vtcumque compositus, et huic nostrae synodo oblatus, quo sacros hosce adhortabar patres ad vnionem et auxilium rebus Constantinopolitanis ferendum. Testantur etiam duo libelli, quos antea compositos, nunc praesenti synodo trado, quorum alter consilium dat vt fiat, et quomodo fieri debeat vnio, et exponit, quicquid aliud ad hanc materiam spectat: alter vero quaestionem ipsam tractat, estque illi scopus, ostendere, doctores ecclesiae inter se concordes esse non rationibus ac demonstrationibus humanis, sed sacrae scripturae et doctorum eorumdem sententiis.* Eosdem libros oblatos synodo fuisse testantur eadem acta paulo superius: *Post orationem Bessarionis obtulit nobis Scholarius dominus Georgius tres orationes pro vnione deliberatiuas, cohortans animansque nos ad amplectendam vnionem.* Vulgo [P] existimant, illas ipsas orationes esse, quae cum actis concilii et seorsim sub Georgii Scholarii nomine editae sunt, contra quam sensit Matthaeus Caryophylus, qui hanc vulgarem opinionem solidissimis rationibus confutauit, aduersus quas Allatiana defensio nihil aut parum facit. Sed de his, quia operosior quaestio est, dicetur, vbi de operibus Scholarii disputandum erit. Id habet autem Caryophyli sententia commodi, quod si suppositas Scholario p) fuisse a Graecis concordiae studiosis orationes istas statuimus, nulla ferme superest de vno vel geminis Scholariis et Gennadiis controuersia. Qui enim foetum hunc celeberrimo apud Graecos schismatis tenacissimos auctori supposuit, potuit etiam nullo negotio actis graecis inserere, quae illic ad illarum auctoritatem confirmandam leguntur.

n) Infra, p. 766.
o) *Ex vers. Caryoph. p. 478. edit. Par.*
p) Hoc neutiquam credibile videtur, et a Gennadio ipso eiusque amicis et inimicis continuo falsitatis conuictum fuisset.

tur. Nam si haec pauca verba excipiuntur, et Marci Ephesii epistola, quae ante paucos annos ab Allatio edita est, vix quicquam in illius saeculi monumentis occurrit, vnde Gennadium siue Scholarium constet ecclesiarum sanciendae concordiae nauasse operam, quum in eadem disrumpenda deinceps ad extremam vsque aetatem pertinacissime occupatus fuisse videatur.

6. Siue igitur, vt fieri omnino potuit, Georgius Scholarius Graecos Florentiae ad vnionem hortatus fuerit, siue secus egerit, id enim plane obscurum est, reuersus cum Ioanne Palaeologo Constantinopolim, adiunxit se Marco Ephesio in oppugnanda vnione, quae Florentiae sancita fuerat. Atque illo, vt videtur, temporis interuallo scripsit Georgius multa aduersus Latinos opuscula, quae exstant in variis biblioth. regiae codicibus, nempe *homiliam ad Λατινόφρονας de purgatorio, et responsionem ad eorum obiectiones; de processione Spiritus Sancti*, et alia quaedam, de quibus dicetur suo loco. Hac occasione Georgius Scholarius in Ioannis Palaeologi offensionem incurrit, grauiter commoti, quod vnionem tanto labore a se procuratam, et cuius beneficio auxilia ab Italis in summo rerum suarum discrimine necessaria sperabat, Scholarius voce, scriptis et auctoritate, quae erat apud populares suos praecipua, disturbare conaretur. Testis ipse in oratione apologetica ad Constantinum imperatorem, ita tamen vt Ioanni simulatam potius indignationem quam sinceram adscribat. *Deinde*, inquit, *optimo illo imperatore indignationem prae se ferente ob verorum dogmatum defensionem; committendum non existimaui, vt, quibus fabula ignota erat, videretur, quod me ira imperatoris ad Christi iugum compelleret,* [P] *et quod inuitus ad tranquillam vitam confugerem.* Illam enim caussam adsignat, cur viuo Ioanne votum monasticae vitae diu ante conceptum non impleuerit.

7. Eo etiam regnante, post reditum ex Italia scripsit orationes in homiliarum modum multas, quae legebantur concionis loco, vel scribebantur, postquam viua voce erant declamatae, vt ex inscriptione, quae occurrit in nostro codice, colligimus. Etsi enim laicus vsque ad susceptam patriarchalem dignitatem Georgius Scholarius vixerit: vix tamen dubitare licet, eum coram imperatore et senatu singulis sextis feriis ex suggestu concionatum fuisse, non, quod magistratus ille, quem gerebat, ecclesiasticam quamdam dignitatem adiunctam haberet, sed quia in imperatorio triclinio vespertinis et pomeridianis horis declamabat, non ex ambone, aut mane inter synaxes; hoc enim sacerdotum secundum ecclesiasticam disciplinam munus erat, et similes Leonis philosophi et aliquot aliorum laicorum orationes exstant.

8. Testatur ipse Scholarius, reconciliatum tandem sibi fuisse extremo vitae tempore Ioannem imperatorem, iamque sibi non obscure fauentem vitam cum morte commutasse. Quamuis porro apud latinos omnes auctores et graecos vnioni addictos legamus, imperatoris animum a concordia, quam Florentiae subscriptione firmauerat, nusquam fuisse alienatum, dissentiunt tamen schismatici ferme omnes. Ita legitur in titulo pseudosynodi Constantinopolitanae, in Addendis apud Allatium: [q]) *Quae*, inquit, *habita fuit post exactam*

 ipsum

q) *Add. ad l. 3. De perp. cons. pag. 1380. et seq.*

pseudosynodum Florentinam vnius et dimidii anni internallo, et post obitum Ioannis Palaeologi, qui cum Latinis sentiebat, ab Italis sub spe auxilii delusus, ante tamen obitum orthodoxo dogmati adsensum praebuerat. Tunc Scholarius domesticis rebus ordinatis, erat mox sese in monasterium recepturus, quum propositum mutare coactus est. Obiit eodem circiter tempore Marcus Ephesius paullo ante mortem Ioannis Palaeologi. Georgius morientis supremas voces excepit, et in eius verba iurauit, Deo et angelis in testimonium aduocatis, seruaturum se veterem fidem, et contra Florentinam vnionem perpetuo ex amici et praeceptoris sui sententia pugnaturum. Haec ipse scribit in epistola ad Constantinopolitanos tamquam notissima: mortuum vero oratione laudauit, quae exstat in variis codicibus. Exstant quoque in codicibus regiis [r]) extrema Marci Ephesii morituri ad Scholarium verba, [P] quibus ipsi graecae ecclesiae et eius dogmatum defensionem commendat [s]); Scholarii quoque responsio, quae huic epistolae plane consentanea est.

9. Ioanni Palaeologo successit Constantinus frater, imperatorum Constantinopolitanorum postremus, exeunte anno I. Ch. 1448. apud quem statim Scholarius accusatus est, quasi ecclesiasticis, apud quos plurimum poterat, auctor fuisset procrastinandae coronationis, quae ecclesiastico ritu cum variis precibus celebrari solebat. Neque negabat plane Georgius Scholarius differendam esse, donec ecclesiae et reipublicae consuleretur; sed non alio id aiebat fecisse animo, quam vt labefactatam maiorum fidem restaurandam curaret, tam fidei quam imperatori consulens, ab hominum vero nefariorum consiliis alienissimus, quippe qui nouum imperatorem singulari amore complecteretur, et ab eo in melius res suas commutatum iri speraret, cuius gratia aduersam, vt sciebant omnes, fortunam fuisset expertus. Quum vero Constantinus imminentem sibi, et quae post annos vix quinque consequuta est, cladem metuens, auxilia ab Italis postularet, quae Nicolaus V. pontifex romanus non aliter pollicebatur, quam si Florentinam vnionem confirmaret, et ad eam amplectendam Graecos praesertim ecclesiasticos et monachos compelleret, missae sunt a pontifice legationes aliquot Constantinopolim. Prima videtur fuisse episcopi Cortonae, qui cum graecis theologis saepius disputauit, annis circiter quatuor ante captam vrbem. Graecorum partes tuebatur Georgius Scholarius, qui disputationes scripto complexus est, et variis opusculis Latinos refellendos suscepit. Meminit ipse in epistola ad Constantinopolitanos scripta 29. Nouembris anno 1452. in qua scribit, perseuerare se in ea doctrina, quam exposuerat in disputationibus habitis aduersus Cortonae episcopum, *ad demonstrationem*, inquit, *eius, quae apud nos est, veritatis, et multis variisque operibus, quae scripta pro patria fide diuino munere, vt etiam in confessione fidei suae, vel potius catholicae ecclesiae, quam ante annos tres elaboratam publicauerat.*

10. Eo circiter tempore Georgius ob vnionis odium, quo omnia imperatoris consilia vehementer turbabat, sibi, vt videtur, metuens, saeculo renuntiauit, et in monasterium

Omni-

r) In cod. bibl. publ. Par. MCCXVIII. nr. 23. ib. nr. 10. est *Marci Eugenii* epist. ad Georg. Scholarium, qua ipsum reprehendit, quod ad Latinos desciuerit. *Harl.*

s) Haec *Marci Ephesii* vltima verba cum *Gennadii* responsione edidit *Renaudotus* ex cod. reg. MMCMLXIII. graece, addita latina versione, p. 70-75. ad Gennadii homilias de eucharistia.

Omnipotentis, vrbi proximum, se recepit. Scripsit simul valedictoriam orationem ad Constantinum, [P] quae exstat in codice regio, qua non solum criminationes aduersariorum conatur diluere; sed saepe in suis laudibus nimius, res gestas pro maiorum religione tuenda, susceptosque labores in coelum tollit, ita vt vanitatis et proteruiae, in qua accusatus est, culpa non vacet. Quum hanc orationem scriberet, adhuc laicus in monasterio Omnipotentis residebat: vnde migrans in Cardianeti, illic schema siue habitum religiosum accepit. Ita docet nos huius orationis inscriptio in regio codice. Videtur autem simul accepisse nomen *Gennadii*, iuxta vulgarem apud Graecos consuetudinem, vt, qui mundo per vitae monasticae professionem renuntiarent, etiam nomen antiquum quasi per alteram natiuitatem mutarent; mox enim Gennadius vocari coepit, atque adeo, antequam patriarcha designaretur, contra quam ex Malaxo, Historia politica, et quibusdam aliis auctoribus docuit Allatius t). Quo solo argumento, etsi nullius ponderis, totam de duobus Gennadiis disputationem superstruxit. Vnde etiam refellitur altera eius historica obseruatio circa Gennadii professionem monasticam, quam abdicata patriarchali dignitate, et quinquennio post captam vrbem factam existimat, quum nouennio plus minus abdicationem praecesserit. Nec enim Malaxi et Theodori Zygomalae, qui Historiam politicam concinnauit, tanta est auctoritas, vt auctorum aequalium testimonia labefactet. Nam Michaël Ducas ante captam vrbem Gennadii monachi nomine designat eum, qui antea Georgius Scholarius dicebatur.

II. Quum Gennadius saeculo valedixisset, misit imperator ad Nicolaum papam Bryennium Leontarem. Isidorus cardinalis Russiae paulo post a Nicolao V. legatus Constantinopolin venit anno 1452. vt Ducas in historia u) docet, quo nemo melius ecclesiasticas res illius temporis videtur explicasse. Is igitur legatum Constantinopolin adpulisse scribit mense Nouembri, anno secundum Graecos 6961. qui erat Christi 1452. habitis de ecclesiarum concordia sermonibus, imperatorem et quosdam ecclesiasticos consensisse, vt vnio Florentina obseruaretur, ecclesiasticorum et monachorum plures et praecipuos ab ea fuisse alienissimos. *Nihilominus*, inquit, *qui Henotico obtemperare videbantur clerici, sacerdotes et diaconi, imperator et senatus in magnam ecclesiam conuenerunt, vt concordibus animis et vnitis diuinam liturgiam celebrarent, sinceraque mente vota Deo redderent. Tum etiam schismatici ad Pantocratoris monasterium currunt, Gennadium, antea Georgium Scholarium, adeunt, consiliumque* [P] *ab eo quomodo se gerere debeant petunt. Is inclusum se cella tenebat; accepta ergo charta, sententiam suam consiliumque rogatus, scripto aperuit, quo talia continebantur: Miseri Romani, quare aberratis*, etc. quae apud Ducam leguntur. *Haec et alia plura quum scripsisset, cellae suae ianuae a cunctis postea lecta clauo adfixit, iterumque intra eam se conclusit.* Scilicet ex variis et aliis huius temporis actis et epistolis intelligitur, post habitas cum episcopo Cortonae et aliis Latinis de vnione disputationes, Gennadius se in cellam receperat, neque prodibat in vulgus: ita fortassis iubente Constantino, vel cogente potius, ne vnionem, quam siue per dissimulationem, siue sincero animo conabatur procurare, viri apud plebem et ecclesiasticos acceptissimi auctoritas disturbaret. Questus est ipse saepe intentatas minas; atque ea potissimum caussa fuisse videtur seruati per annos

t) Infra, p. 764.
u) *Ed. reg.* 142.

nos admodum duos silentii statim post susceptum religiosum habitum. Eo temporis intervallo scripsit orationem contra simoniacam haeresim ad Constantinum duobus ante excidium vrbis annis, cuius titulus in cod. reg. talis est: Γενναδίου μοναχοῦ τοῦ Σχολαρίου κατὰ τῆς σιμονιακῆς αἱρέσεως, ἤτοι ἀπιστίας. Ἐγράφη δυοῖν ἔτεσι πρὸ τῆς ἁλώσεως, καὶ ἐπέμφθη τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ἀλλ᾽ ἐκεῖνος οὐδέ τι βελτίων ἦν. *Gennadii monachi, qui et Scholarius, contra simoniacam haeresim, siue infidelitatem. Scripta est oratio duobus annis ante captam vrbem, et missa imperatori Constantino, sed ille nihilo melior effectus est.* Epistolam item ad eumdem, cuius initium est: ἀλλ᾽ οὐκ ἔξεστι μοναχοῖς, ἄριστε βασιλεῦ, σπανίοις καὶ δυσποριστοις τρέφεσθαι βρώμασιν. *Verum non licet monachis, optime imperator, raris nec facile parabilibus alimentis vti:* quae officii tantum caussa scripta videtur, vt de misso fortassis munusculo gratias ageret. Exstat decima in cod. reg.

12. Scripsit etiam homilias quasdam; sed controuersiis ecclesiasticis plane se non immiscuit vsque ad aduentum cardinalis Russiae. Nam paullo antequam adueniret, scripsit Gennadius ad Ἁγιορείτας, hoc est, *sancti montis Atho monachos*, epistolam hortatoriam, vt in antiqua fide, omissa synodi Florentinae definitione, permanerent; quam epistolam misit per eiusdem montis monachos duos, Anastasium et Simonem, vt ipse in cuiusdam epistolae fragmento testatur. Scripsit etiam ad imperatorem 12. Martii, eodem, vt videtur, anno, vel 1453. paullo ante cladem. Orationem quoque recitauit coram eo, magna nobilium ciuium frequentia, in monasterio Pantocratoris seu Omnipotentis, περὶ τῆς ἱλώσεως τοῦ θεοῦ καὶ τῆς οἴκοθεν παρασκευῆς, *de [?] placando numine et interiori praeparatione*, 15. Nouembris a. 1452. forte antequam legatus venisset: nam imperatorem omnino dehortabatur Gennadius ab vnione Florentina obseruanda; quod praesente legato nec ipse ausus fuisset, nec passus imperator. Quum vero, vt supra ex Duca dictum est, frustra plerisque reclamantibus renouata esset vnio, statim eam voce et scriptis Gennadius impugnauit. Exstat ea de re opusculum virulentissimum hoc titulo: Γενναδίου ἐλαχίστου Σχολαρίου ἐπὶ τὴν δι᾽ ἐγκατάλειψιν Θεοῦ ματαίαν καὶ ἄλογον καὶ ἀσύνδετον καινοτομίαν τῆς πίστεως. *Gennadii minimi Scholarii de ea, quae per Dei desertionem facta est, vana, inepta et inconcinna fidei innouatione.* Scriptum fuit in monasterio Pantocratoris, in quod venisse Gennadium intelligimus, imperatore ita iubente, existimante, illum, si latinismum, vt vocant, amplexus fuisset, reliquis, vt idem facerent, statim persuasurum; sed contrarium prorsus accidit: neque enim a sententia sua remoueri Gennadius potuit, nec efficere, vt negotium vnionis omitteretur, quae, vt ex scholio cod. reg. discimus, in eodem monasterio perfecta est vno mense, postquam Gennadius orationem suam recitasset. Vnde turbatis iam omnino rebus, et Turcis vrbem obsidione cingentibus, vnionem liberius coepit impugnare, et latinismo insultare petulantius.

13. Interea quum, vt scribit Ducas, cella se iterum conclusisset, et neminem admitteret, scripsit epistolas duas, vnam ad Constantinopolitanos omnes ecclesiasticos, 27. Nouembris datam, cuius titulus est: Γεννάδιος ὁ ἁμαρτωλὸς, τοῦ Θεοῦ δοῦλος καὶ ἐλάχιστος, τοῖς εὐγενεστάτοις πολίταις τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἅπασιν ἱερωμένοις καὶ κοσμικοῖς. *Gennadius peccator, dei seruus et minimus, nobilissimis ciuibus Constantinopolis, omnibus tam sacri ordinis quam saecularibus.* Haec ita incipit: Γινώσκετε πάντες καλῶς. Alteram ad ecclesiasticos,

fiasticos, quae eodem tempore data videtur, et missa dicitur *ad magnum ecclesiarcham*, Syropolum scilicet, auctorem historiae synodi Florentinae, *magnum Chartophylacem Agallianum, quando ecclesiastici conuenire iussi sunt in palatium Xylocerci, et celebrata est liturgia, quum omnia ex sententia cardinalis et trium pontificum anni istius gesta essent* 15. Nou. In ea *excusat se, quod non venerit, testaturque, se cum millies exposuerit sententiam de hoc vnionis negotio suam, displicereque sibi illam vehementer, tam imperator quam reliqui omnes intelligant in eadem se persistere.* Mox vnionem et latinae ecclesiae fidem vehementer exagitat.

14. Scripsit praeterea, vt Ducas obseruat, breuem contra latinismum querimoniam; sed, quae ab illo auctore refertur, differt ab [P] altero eiusdem exemplo, quod suppeditat codex regius in haec verba: *O pauperes, perdidistis omnia, et nunc tandem abiicitis pietatem turpiter et absque conscientia. Quum enim deberetis ad deum confugere in praesenti rerum statu, a deo separamini. Ego innoxius sum, testemque habeo deum, eius sanctos et vos ipsos, quod nihil vmquam neglexerim. Et nunc ita me deus iuuet, malam vnionem facitis, peribitis. Calumniamini me, et minas intentatis; sed etiam si mortem, quam minamini, inferatis, ego ad illam subeundam paratus sum. Quid enim iuuat viuere, vt videam dei tam manifestam erga vos derelictionem? Domine, ne sinas hos homines in talem ruinam praecipitari, ne iustificetur orthodoxa fides in oriente; in occidente et in insulis contra nostram vrbem, ita vt, quia illam et te negleximus, pereamus. Iustifica potius illam, ita vt non pereamus. Da illis aures ad audiendum, quandoquidem est, qui verbis significet voluntatem tuam, aut me eripe, domine, a praesenti vita citius, antequam videam talis impudentiae fructus vindemiantem. Non negabo te, amica orthodoxia, neque te mendaciter dissimulabo, augusta traditio, quousque spiritus meus in hoc corpore permanebit. Ne me igitur amplius tentetis, o homines: etenim numquam eiusmodi vnionis particeps ero, quia neque sic cum Latinis vniti eritis, et a deo separati, infamiam aeternam sustinebitis.* Neque tamen velim in dubium reuocari, quod a Duca relatum exemplar est, quod quisque per otium potest cum altero comparare. Adfixum autem pependit a prima mensis Nouembris, vt inscriptio docet, post cardinalis aduentum, vt habet codex MS. Iis quoque postremis temporibus, aut saltem vltimo Constantini anno, alia scripsit Gennadius aduersus Λατινόφρονας, vt duodecim capitula ad imperatorem Constantinum missa per papam Ignatium, alia ad magnum ducem: Metropolitarum subscriptiones, siue synodales definitiones aduersus Florentinam vnionem, et diuersas apologias legato aut episcopo Cortonae pro Graecis contra Latinos datas, quae non alium, quam Gennadium auctorem videntur habuisse.

15. Quantus fuerit graecorum schismaticorum, praesertim monachorum et monialium, aduersus Henoticos furor, narrat Ducas [v]), et variis exemplis confirmat. Omnes Gennadium quasi ducem et magistrum sequebantur, ex cuius sententia a Latinorum et Henoticorum communione separati, non modo turbas in ecclesiis, sed tota passim vrbe seditionem fecerunt. Quae dum a Turcis obsideretur, Gennadius saepe vaticinatus est apud suos imperii ruinam et vrbis cladem, non aliam tot malorum caussam adsignans, quam quod paternam fidem prodidissent, et Latinis haereticis fuissent per legatum reconciliati.

15. Ca-

v) Ducas p. 142.

[P] 16. Capta est vrbs 29. Maii an. 1453 et eodem anno Gennadius, quo nullus Graecis acceptior, Sultani Muhamedis iussu electus est patriarcha, vt Malaxus, Historia politica, Phranzes et alii docent. Fugerat cum aliis, et extra vrbem se receperat, atque eo interuallo temporis, quod ab vrbis excidio ad eius electionem effluxit, Monodiam scripserat, qua publicam deplorauit calamitatem. Exstat illa in variis codicibus, et partim edita est in Turco-graecia et in Bibliotheca patrum. Qua ratione ad thronum patriarchalem adsumtus fuerit, refert ipse in epistola, cui titulus, τοῖς ἁπανταχοῦ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, *ad omnes fideles in Christo Iesu*, quum dignitatem abdicauit. *Multi*, inquit, *eo die liberabantur ab iis, qui prius, qua se ratione eriperent, nesciebant. Ego vero pondus inutile, in victorum hostium manibus eram, quum semel amicos exorassem, et iis nolentibus succurrere, Deo omnia commisissem. Ego quidem non mediocri pecunia redemissem licentiam latendi alicubi, et communes calamitates cum peccatis meis deplorandi. Sed huic domino latitantem manifestauerunt, hunc ipsum esse vociferantes, quem oporteret animarum nostrarum curam gerere, simul laudibus ad coelum tollentes, quem latentem saluare oportebat, si vere talem esse ipsi apud se existimassent, non eiusmodi labyrinthis includere. Statim itaque raptus sum ex remotiori loco, et ingredior vrbem magis infeliciter, quam quum ex ea egressus eram. Sed transferente domino, iubeor monasterium plane desertum et conculcatum regere, et liberator absque pecunia fieri monachorum, qui simul degerent, monachorum, qui prius malitia et tumultu omnia impleuerant, qui etiam nunc, plusquam opus erat, praetexentes Christianorum calamitates, occasionem explendi concupiscentiam nacti, infamia quidem sacrum olim ordinem, scandalo spectatorum animas, omni malo totum orbem repleuerunt. Deinde aedificare cogor, templa euersa a fundamentis excitare, et necessaria prouidere istis, vtinam Christianis, qui singulis in locis reperti, qua ratione secundum leges patriam viuerent deumque colerent, non curabant. Deinde coacta est synodus multorum episcoporum ex Europa et Asia confluentium, quorum suffragiis ego primum diaconus, deinde presbyter, deinde episcopus et patriarcha constituor.*

17. Quae in patriarchali munere constitutus Gennadius gesserit, vix aliunde habemus, quam ex Historia ecclesiastica graecobarbara w). Quum Turcae S. Sophiae templum et patriarcheium occupassent, ipse ad SS. apostolorum monasterium se recepit, vastum et iam solitudine horridum, vnde eodem aut sequenti anno fugit, veritus, ne caedis commissae erga Turcam, cuius cadauer intra muros repertum erat, [P] poenae a Christianis exigerentur. Videtur porro Gennadius vrbe profugisse: nam tres βιαίας ἀνόδους, siue violentos in vrbem regressus commemorat in aliquot opusculorum titulis iuxta antiquissimum regium codicem. Ter autem vrbe excessit, semel quum hostis irrumperet, iterum post caedem, quae intra muros SS. apostolorum patrata est: tandem deposito patriarchali munere, quum se recepit in monasterium Prodromi ad Menoeceum montem, vnde compulsus est in vrbem redire, et tunc aliquas homilias ad populum habuit. Hinc emendanda, quae ante paucos annos prodiit Philippi Cyprii patriarchalis historia x), qui statim patriarchas Constantinopolitanos

w) *Turcogr. lib. II. p. 108.*

x) V. infra p. 543. vet. ed. *Harl.*

politanos ad Pammacaristae habitasse scribit contra historicorum omnium fidem, vt et multa alia, quae hunc auctorem siue potius consarcinatorem saepe hallucinatum esse demonstrant.

18. Quum ex fuga rediisset, sed, quo anno, nescitur, habuit Gennadius orationem, siue disputationem illam celebrem, quae graece, latine, imo et turcice, sed graecis litteris edita est, περὶ τῆς μόνης ὁδοῦ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀνθρώπων. Occasionem narrat Historia graeco-barbara y). *Eo tempore*, inquit, *idem Sultanus ipsemet intrauit patriarcheium, quumque in templum Pammacaristae venisset, in sacellum ingressus est, vbi hodie armarium rerum sacrarum est, et cum patriarcha Gennadio libenter sermones contulit. Tunc, omni metu posito, vniuersam ei patriarcha veritatem fidei christianae aperuit, scripsitque pro numero quaestionum eius capita viginti . . . quae et dedit Sultano.* Subiiciuntur autem haec capitula loco citato, cum turcica interpretatione Acumatis siue Achmetis Beroerae praefecti. At in nostro codice non per quaesita et responsa haec apologia scripta est, sed continua oratione, qualem coram Sultano Gennadius habuit, antequam compendiariam illam christianae fidei expositionem scripto complecteretur. Edita est quoque oratio ipsa multoties z), tum seorsim, tum in Bibliotheca patrum.

19. Paulo post quam hanc orationem habuisset Gennadius, patriarchali se dignitate abdicauit, aegre obtenta a Sultano venia: mox epistolam *) seu potius prolixam orationem apologeticam scripsit *ad omnes fideles in Christo Iesu*, τοῖς πανταχοῦ πιστοῖς ἐν Χριστῷ. Narrat, quomodo post praedictam saepius vrbis et totius imperii cladem comminationemque diuinae vindictae ob susceptum latinismum, capta vrbe, in hostium manus venerit, et ex fuga retractus, patriarcha renuntiatus [P] fuerit, licet inuitus: cui tandem muneri, statim atque per Sultanum licuit, renuntiandum statuerit, tum quia destitutus esset eorum auxilio, qui oneris partem secundum ecclesiasticas leges sustinere debuerant, tum ob impensos inaniter labores in auferendis scandalis, et componendis simultatibus. Varias etiam calamitates refert, quas ab inuidis fuisset perpessus, qui patriarchatum non obscure ambientes, multa ipsi negotia facessebant: significat tandem, se dignitati renuntiare, vt iam sibi soli vacet, poenitentiamque in tranquilla et solitaria vita de peccatis suis agat. Haec est illa παραίτησις, quam in codice ecclesiae Constantinopolitanae descriptam fuisse memoriae et auctoritatis caussa docet Historia ecclesiastica apud Crusium.

20. Mox recepit se Gennadius in monasterium S. Ioannis Baptistae in monte Menoecaeo prope Serras vel Pherras, vt scribitur in cod. regio, quum annos quinque et menses aliquot ecclesiae Constantinopolitanae praefuisset, atque ita eius abdicatio ad annum 1459. refertur. Videtur tamen aliter statuendum; nam titulus orationis, quam habuit Gennadius in fu-

y) *Turcogr. lib. 2. pag. 109.*

z) Infra p. 773. et volum. VI. p. 697. [vol. VIII. pag. 92. ibique not. *ww.* nou. ed. in primis *Lambecher.* in diss. cit. p. 8. sqq. *Harl.*]

*) Exstat illa epistola in cod. reg. *Taurin.* CLXXXIX. fol. 74. v. cit. codd. gr. Taur. pag. 267. *Harl.*

aa) Pag. 120.

in funere Theodori Sophiani, sui ex fratre nepotis, docet, pronuntiatam fuisse 28. Septembris anno 6965. secundum Graecos, hoc est anno Christi 1457. a Gennadio monacho. At vulgo non ita adpellatur in titulis eorum opusculorum, quae in patriarchatu scripsit. Quae coniectura confirmatur altera satis verisimili. Nam in monasterio Ioannis siue Prodromi, multa Gennadius elaborate scripsit, quae, si secundum Panuinii et Genebrardi chronologiam obiit anno 1460., vnius anni interuallo vix poterat absoluere: tales sunt tractatus de existentia et natura animarum, de purgatorio, de praedestinatione ad Iosephum Thessalonicensem, tres alii de praedestinatione sermones, epistolae ad Theodorum Brennum siue Bryennium, et alia nec pauca nec extemporalia. Vnde quum nemo huc vsque ex certis graecae historiae monumentis annum Gennadii supremum designauerit, si quis eum vltra annum 1460. vitam produxisse statuat, non inaniter videbitur coniectari. Nam in regio cod. Homilia de transitu b. Mariae virginis scripta Constantinopoli dicitur in monasterio Pammacaristae, quum tertio in vrbem redire coactus fuisset anno ͵οβʹ, hoc est, vt nemo non intelligit, 6972. secundum graecam chronologiam, qui annus respondet anno Christi 1464. cuius certus character est indictio 12. quam huic anno adiunctam habet canon annorum expansorum ab Allatio editus, [P] in opere de dominicis et hebdomadibus Graecorum [bb]). Scripsit etiam opusculum περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ λατρείας, post abdicatam dignitatem in Menoeceo monte et monasterio Prodromi an. mundi 6966. qui est I. Ch. 1458. Itaque iam ab anno 1458. aut 1457. si vera est inscriptio orationis in funere Sophiani, Gennadius monachus vocabatur, et patriarcha esse desierat: quum, si Malaxo et Historiae barbarae fides habenda est, non ante 1459. priuatam vitam repetiisse videatur. Tum etiam non recte statim eum obiisse scribunt, quum annos vt minimum quatuor superuixerit. Atque haec sunt, quae de Gennadii vita et rebus gestis in tanta historiae recentioris caligine obseruare potuimus.

21. Multa scripsit Gennadius praeter ea, quae variis locis dudum edita sunt. Nam quaecumque tribus suis Georgiis siue Gennadiis Allatius adtribuit, hunc nostrum auctorem habent; sed plura longe in bibliothecis delitescunt, quorum indicem qui leuiter inspexerit, mirari desinet, virum doctissimum parum accuratam in iis recensendis criticen exercuisse. Vix enim quartam eorum partem viderat, et plerumque alienis oculis. Neque tamen etsi plura et certiora designamus, omnia Gennadii opera existimabimus explicuisse. Sparsa si quidem et disiecta hinc inde scrinia a studiosis post illius mortem collecta sunt, atque ita non mirum est, quaedam intercidisse. Homiliae ante patriarchatum scriptae, Constantinopoli repertae sunt post captam vrbem, quaedam Thessalonicae et Callipoli, vt alia eiusdem scripta, quae deinceps recensebuntur, omittam: adeo vt mirari nemo iure queat, quod nonnulla perierint in tanta reipublicae et ecclesiae graecae calamitate.

22. Ex iis, quae supra exposita sunt, manifestum est, Georgium Scholarium *Philelpho*, *Lipomano*, *Ambrosio Camaldulensi*, latinis hominibus, coniunctissimum; Graecis vero, *Lucae Notarae* [cc]), *Theodoro Despotae*, et aliis, eumdem iudicis primarii munus in aula

bb) Pag. 1522.

cc) Inter subscriptores epist. encyc. vocatur Νοτάρας ἐπίσκοπος Γάζης in subscriptione concilii Ephesini oecumenici III. adpellatur Νετέρας in Labb. ed. concilior. Paris. tom. III. col. 542. et 692. adnotante *Lambec.* VIII. p. 891. *Harl.*

aula Ioannis Palaeologi sustinuisse, Florentiam in eiusdem imperatoris comitatu venisse animo promto et alacri ad procurandam vtriusque ecclesiae concordiam, ita tamen, vt ab episcoporum et patriarchae nutu penderet, quum laicus inter eos sententiam dicere non posset. Eo fortassis animo apud imperatorem exposuit, quid sibi factu optimum videretur, et consilium de amplectenda vnione dedit, quod refert graecorum actorum Scriptor: cuius idcirco fides vacillare non debet. Syluester enim Syropulus [dd]), latinismi non suspectus, refert formulam concordiae circa quaestionem de processione [P] Spiritus sancti, quae a Georgio Scholario composita, coram imperatore et Graecorum praecipuis lecta fuerit. Orationum, quae cum iisdem actis circumferuntur, nulla in nostris codicibus memoria est, neque illarum meminit Syluester Syropolus, et eas Georgio Scholario Matthaeus Caryophylus abiudicat. Etsi enim non indiligentiae solum nomine, sed perpetuo aduersus Latinos odio suspectissimus Syropulus esse debeat: nemo tamen graecae recentioris historiae vel mediocriter peritus, cuiusdam Critici praeposterum iudicium, quo homini fidem omnem abiudicat, sequendum existimabit; sed Allatio potius credet, qui Syluestrum agnoscit auctorem vnum ex adseclis patriarchae, non eum tamen, qualem e cerebro suo effinxit temerarius interpres [ee]), *linguam et mentem synodi Graecorum, doctum, elegantem, antiquis Graeciae luminibus comparandum*, quum pessime scribat et semibarbare. At ille Georgium Scholarium in synodo cum Marco Ephesio vnionem impugnasse non refert, atque ita actorum graecorum fidem non impugnat, cum eo tamen Florentia se proripuisse testatur peracta synodo. Nullus interea occurrit siue apud graecos auctores editos siue manuscriptos alter, quem Caryophylus et Allatius designant, Georgius Scholarius, qui Constantinopoli substiterit, quum Ioannes Palaeologus et Iosephus patriarcha, simul cum Graecis aliis, Ferrariae et Florentiae vnioni sanciendae operam darent.

23. Marco Ephesio vtebatur familiarissime noster Georgius; duos autem eiusdem nominis et cognominis eodem tempore, summa doctrinae, praesertim vero philosophiae Platonicae et Aristotelicae, laude floruisse, iisdem amicis vsos, quum circa religionis negotium vehementissime dissiderent, id quidem fieri vix potuisse, nemo non videt. At ex meris coniecturis ita statuere, vt Caryophylus et Allatius fecerunt, sine vllis auctorum testimoniis, confusa et insuper habita temporum ratione, absurdum prorsus est et excusatione caret. Neque enim, vt ita apud se haberent, ceterisque suadere conarentur, alia caussa fuit, quam quod Georgium Scholarium, qui Florentino concilio cum purpuratis aulae Constantinopolitanae interfuit, ex suasoria oratione, qua Ioannem Palaeologum hortatus est ad vnionem, catholicis adiunxerint, quem deinceps Constantinopolin reuersum non agnoscunt. Tunc enim contraria prorsus sensisse illum, certis argumentis ex historia illorum temporum constat, maxime vero scriptis in Latinos acerbissimis, [P] quae tam singulares Georgii Scholarii auctoris notas prae se ferunt, vt benignam nullam interpretationem aut falsae inscriptionis accusationem admittant. Hoc autem solo argumento tota Allatianarum disputationum strues nititur, tam in opere *de perpetuo consensu*, quam in *diatriba de Georgiis*; et in *exercitationibus*

dd) *Hist. concilii Flor. p. 243.*

ee) *Rob. Creygthonus in Praefat. ad Syropuli historiam.*

bas aduersus Robertum Creyghtonum. Quod argumentum cogit nos, vt de fide Georgii Scholarii siue Gennadii quaestionem instituamus, tanquam institutae disputationi neccessariam.

24. Statim vero fatendum est, non plane constare, quae Florentiae circa vnionem Georgii Scholarii sententia fuerit, praeterquam ex citatis actis act. 25. quae non quibusdam regiis codd. solum, sed libris vetustis consentiunt, antequam graece Romae prodirent, atque adeo falsitatis aut interpolationis suspicione vacant [ff]). Eum enim reconciliandis in pristinam concordiam ecclesiis fauisse haud mediocriter, non actorum sola fides confirmat. Ea siue Xantopulum siue alium auctorem habeant, praestant sane salebrosis Syropuli narrationibus, tum naturali quadam simplicitate et nitore orationis, tum etiam rerum gestarum historia, quae ab actis latinis raro dissentit, cum monumentis ecclesiasticis vtraque lingua exstantibus, tam editis quam MSS. nullo negotio potest conciliari. Ex illorum autem testimonio, ex epistola ad magnum Ducem, et altera ad Ambrosium Camaldulensem, non dubitamus adserere, Scholarium cum Graecis aliis, praesertim patriarcha Iosepho vnioni fauisse, et imperatorem scripta oratione hortatum fuisse, vt illa secundum propositam a pontifice romano definitionis formulam componeretur. Orationes tamen illas secundum Caryophyli sententiam aut falsas aut admodum interpolatas esse, non immerito suspicamur. Nam in plerisque exemplaribus mentio captae vrbis interseritur, cuius clades cum non nisi post annos duodecim consequuta sit, locum illic non habebat. Ita etiam suadent alia non pauca, quae in his orationibus a viris doctis obseruata sunt. Hac occasione propensioris in latinos animi videtur Marcus Ephesius, arctissima cum Scholario amicitia coniunctus, scripsisse ad illum epistolam, quam edidit Allatius [gg]), communicatam a viro cl. Emerico Bigotio, qui eam ex Ambrosianae biblioth. Mediolanensis codice descripserat, et quam integerrimam nacti sumus in optimo codice MS. biblioth. reg. *Ὅσης ἡμᾶς ἐνέπλησας ἡδονῆς, ἡνίκα τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐγένȣ, καὶ τȣ͂ εὐσεβȣ͂ς καὶ πατρίȣ φρονήματος, καὶ τῇ καταδικασθείσῃ παρὰ τῶν ἀδίκων κριτῶν [τ] συνηγόρησας ἀληθείᾳ, τοσαύτης ἐκ τȣ͂ ἐναντίȣ λύπης καὶ κατηφείας ἐνεπλήσθημεν, ἀκούσαντες, μεταθέσθαί σε πάλιν καὶ τἀναντία φρονεῖν τε καὶ λέγειν, καὶ τοῖς κακοῖς οἰκονόμοις συντρέχειν ἐπὶ τὰς μεσότητας καὶ οἰκονομίας. Quantum voluptatis et laetitiae nobis attulisti, cum rectam fidem, et piam patriamque sententiam amplexatus es, et condemnatae ab iniustis iudicibus, veritatis patrocinium suscepisti; tantum e contrario moerore et tristitia repleti sumus, cum ad aures nostras peruenit, te rursum alterata facie pugnantia tenere loquique, et cum pessimis oeconomis vna confluere ad procuranda media vnionis et dispositionis.* Ita vertit Allatius; melius dixisset, *ad media quaedam et temperamenta:* id enim, vt ex actis constat, satagebant imperator et patriarcha, Bessarion, Isidorus et alii, quorum in numero tunc erat Georgius Scholarius, vt salua doctrina, integraque disciplina, quas a maioribus acceperant, concordia cum latinis coalesceret. *Fabr.* In bibl. Bodlei. in cod. *Laud.* LXXVIII.

ff) Conf. infra, vol. XI. pag. 679. sq. ed. vet. de Synodo Florentina, et p. 677. sqq. de synodo Ferrariensi. Add. *Baumgarten.* Nachrichten von merkwürd. Büchern, tom. VI. p. 425. sqq. et pag. 451. de quibusdam Gennadii scriptis, in tomo II. edit. promulgatis, et quae infra de oratt. ad §. 2. et 76. de scriptis Gennadii adscripta sunt. *Harl.*

gg) *Allatius in Creygthonum p. 88.*

LXXVIII. nr. 8–13. et 22. sunt *Marci Eugenii*, Ephesii metropolitae, relatio de synodo Florentina; eiusd. epistola ad Georgium quemdam presbyterum, in Methonem missa; eiusdem epistola ad Scholarium; eiusd. apologia seu confessio extemporaria, sub mortem facta; Scholarii responsum, et Marci Eugenii syllogismi contra Latinos. de processione Spiritus S. cum apologia s. responsione Gennadii Scholarii: adde codd. infra ad §. 3. de Gennadii scriptis nominatos, et ab *Oudino* l. c. p. 2481. sq. excitatos, vt alios in praesenti omittam. *Harl.*

25. Quod vero synodum Florentinam designet Ephesius, probant subsequentia epistolae verba. Ἀλλ' ἐρεῖς ἴσως ὡς οὐκ ἐπὶ τἀναντία γέγονεν ἡ μετάθεσις, μεσότητα δέ τινα καὶ οἰκονομίαν περισκοποῦμεν. οὐδέποτε διὰ μεσότητος, ἄνθρωπε, τὰ ἐκκλησιαστικὰ διορθώθη. μέσον ἀληθείας καὶ ψεύδους οὐδὲν ἐστιν. *Forsan asseres non in contraria mutationem factam, medium vero quoddam et temperamentum inuestigamus. Nusquam, mi homo, eiusmodi mediis res ecclesiasticae in melius reformatae sunt: medium inter veritatem et mendacium nullum est.* Citat verba Gregorii theologi de synodis Arianorum, quas Caiphae concilium vocabat, vbi Christus condemnatus esset, mox addit; Ἆρ' οὐ προσήκει ταῦτα τῇ νῦν ἡμετέρᾳ συνόδῳ; καὶ πάνυ μὲν οὖν φαίην ἂν ἔγωγε. Et infra: Καὶ ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι, καὶ ὄντως ἱστὸς ἀράχνης ὁ παρ' αὐτῶν συντεθεὶς καὶ ὀνομασθεὶς ὅρος. *Nonne haec conueniunt huic nunc congregatae nostrae synodo, et omnino sane mea quidem sententia. . . . Telam aranearum texunt; vere enim araneae tela est, composita et ab ipsis nominata definitio.* Hortatur, fugere Sodomam et Gomorrham: reprehendit, quod dignitatis et diuitiarum amor, et alia mundana commoda eum peruerterint, iubet cogitare, quam cito finem acceptura sint, et iudicium subeundum. Ὥσπερ ἡ ψευδώνυμος σύνοδος ἀπαιτήσεται τὸ αἷμα τῶν ἀπολλυμένων ψυχῶν, τῶν σκανδαλισθέντων ἐπὶ τῷ μυστηρίῳ τῆς πίστεως, τῶν τὴν ἀφόρητον βλασφημίαν καὶ ἀσυγχώρητον ταῖς ψυχαῖς ὑποδεξαμένων τὴν κατὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ εἰς δύο τολμώντων ἀρχὰς ἀναφέρειν τὴν αὐτοῦ ὕπαρξιν, τῶν ὑπαχθέντων τοῖς ἀθέσμοις καὶ [τ] λατινικοῖς ἔθεσιν. *Vt etiam pseudosynodus rationem reddere cogetur sanguinis pereuntium animarum, eorum, qui scandalizati fuerunt in mysterio fidei, qui intolerabilem blasphemiam et irremissibilem contra Spiritum sanctum amplexi sunt, quique audent ad duo principia eius subsistentiam referre, qui illegitimis Latinorum ritibus abduci se passi sunt.*

26. Hanc epistolam Florentiae scriptam oportuit statim atque Scholarius orationem illam exhibuisset, cuius in actis graecis mentio est, vel saltem paulo postquam Constantinopolin Graeci redierunt. Neque interest, quod vterque Ephesius et Scholarius Florentiae simul essent. Sed Ephesium verisimile est, quo plus haberet ponderis eius oratio, eam scripto comprehendisse. Sane tam perspicue synodum Florentinam designat, vt Allatius ipse, qui nodos eiusmodi saepius rescindere, quam explicare solet, aquam sibi haerere non diffiteatur, sed recurrit ad suum illum Scholarium siue Gennadium schismaticum, ad quem datam arbitratur, nulla ratione fultus, quam quod, si ad Scholarium, qui cum imperatore ad concilium venit, scripta sit, concidit tota duorum Gennadiorum fabula. At quum liquido adpareat, non alium hoc loco designari, quam virum doctissimum, philosophum, in amplissima dignitate constitutum, qui ad concordiam reliquos hortatus fuerit, quod de suo Gennadio schismatico ne suspicatur quidem Allatius, haec in laruam illam cadere non

 possunt,

possunt, Gennadium nempe alterum, qui obscurus in cella, solo in Latinos odio commendatus, ante captam vrbem diem suum obiisse dicitur.

27. Verum etsi Scholarius Florentinam vnionem oratione laudauerit: non tamen eam subscriptione firmauit, quum laici non subscripserint. Atque ita nihil propemodum egisse sibi visus est, quasi oratoris potius more sententiam dixisset imperatori periucundam, Graecorumque adflictis rebus commodissimam. Atque ita Constantinopolin reuersus, Marco Ephesio reconciliatus est, et a Latinis Henoticisque abalienatus, vnde in Ioannis Palaeologi offensionem incurrit, quod habemus ex eius Apologetica ad Constantinum oratione, quae Allatio numquam visa est. Nulla tota interuallo temporis, quod inter Florentinae synodi finem, et Ioannis Palaeologi obitum intercessit, alterius Georgii, siue Gennadii mentio est; sed tantum huius nostri, qui coniunctissime cum eo vixit, qui suos ei pro Aristotele contra Gemistum libros dicauit, qui morienti adfuit, et, Deo teste, multis praesentibus [?] ecclesiae suae aduersus Latinos defensionem in se recepit, quique tot libros edidit, quibus vnio Florentiae facta conuelleretur, qui graecos antistites adhuc laicus a coronando Constantino deterruit, et tandem in monasterium se recepit paullo ante captam vrbem. Quae omnia ex sola ad Constantinum epistola tam perspicue demonstrantur, vt in obscurum alterum Gennadium cadere nequaquam possint, quem Florentiam iuisse, vnioni fauisse, philosophum, iudicem primarium, Notarae amicissimum, Italis doctis coniunctissimum, Marci Ephesii discipulum et pernecessarium fuisse, nemo vnquam vllo idoneo testimonio probare potest, multo minus id, quod Allatius palmarium argumentum habet, Scholarium non nisi, postquam dignitatem abdicasset, monasticam vitam professum esse, *Fabr.* Conf. *Oudin.* l. c. col. 2473. sqq. vbi quoque locum adducit ex Dufrenii du Cange Glossario ad scriptorr. med. et inf. Graecitatis, tom. II. col. 1281. et locum ex epistola Marci Ephesii ad Georg. Scholar. in cod. regio MMMCXVIII. *Harl.*

28. Quia vero illum in eadem semper, quam Florentiae significauerat, concordiae cum Latinis sanciendae sententia fuisse existimauit, non mirum, si quem latino nomini infensissimum esse negare non poterat, alium fuisse existimauit. Alius nempe factus est, dum mutauit sententiam, tot graecorum antistitum exemplo, qui vnioni subscripserant, quod Scholarius non fecerat. Quo vero circa Florentinam synodum animo fuerit, nemo iam coniecturis adsequi diuinando debet, sed eius orationibus credere. Praecipua est valedictoria ad Constantinum, in qua non aliam inimicis suis calumniandi caussam fuisse testatur, quam quod innouationi per definitionem synodalem factae totis viribus obsisteret. Idem probant varia aduersus Latinos et Latinophronas scripta, disputationes cum Cortonae episcopo, et alia, quae vel supra designata sunt, vel in Notitia eius operum designabuntur: tum quae sub Isidori cardinalis aduentum, et in ipsa obsidione scripsit, tandem oratio codici magnae ecclesiae inserta, quum patriarchale munus deposuit. Priores enim demonstrant eum, qui iudicis primarii dignitate ornatus, Florentiam in imperatoris comitatu profectus est, ipsum esse, qui tantas contra Latinos et Florentinam vnionem turbas excitauit: posteriores eumdem patriarcham primum designatum, ex quo Constantinopolis in Turcarum potestatem

testatem venit, omnes inter se consentiunt, et lucem alterae alteris foenerantur, vt insititium illum nullo neque loco, neque tempore consistere patiantur.

29. Operae pretium est, ipsius Gennadii de se ipso scribentis verba referre, ex inedita epistola ad ciues suos ecclesiasticos et saeculares, scripta sex ante captam vrbem mensibus. Postquam initio questus [?] est, peti se variis inimicorum calumniis, intentari minas, *non alia*, inquit, *ratione, nisi quod nolumus separari a patria traditione, et simul cum ipsis impudentes contra Deum esse. Nisi desidero pacem ecclesiarum, et concordiam Christianorum omnium, sed veram, spiritualem, ecclesiasticam, iustam et salutarem, vita mea pace careat. . . De primo autem capite, nempe quod religionem adtinebat, dico et testor, quod hanc ego sanctam matrem ecclesiam cum aliis tribus sanctissimis patriarchis habui semper et habeo tamquam veram matrem orthodoxorum Christianorum, in qua, sicut initio praedicationis euangelicae, iuxta domini praedictionem fidei probatio efficaciter perficitur, ex omnibus apostasiae incursibus. Omnia etiam huius ecclesiae dogmata amplector tamquam diuina, verissima et salutaria, quorum vnum est, quod Spiritus sanctus ex Deo et patre procedit siue subsistit, quemadmodum habetur in symbolo omnium generalium conciliorum. Neque enim ex patre et filio, vt Latinorum symbolum dicit, et Florentina synodus inauditis explicationibus exponit. Amplector factam contra Beccum Latinophronem sanctam et magnam synodum, et eam firmiter inter oecumenicas collocandam censeo, quia schismatici absentia oecumenicae synodo qualitatem non aufert. Eiusdem terribilem sententiam cum sententiis et anathematismis trementer suscipio, tamquam sacram et diuinam sententiam, quae de Latinorum dogmatibus, et de papae commemoratione conuenientia decreta statuerit. Persisto in ea promissione, qua me obstrinxi beato Ephesino episcopo, quum ad Deum migraturus esset, coram Deo, angelis et hominibus, et disputationibus, quas habui aduersus episcopum Cortonae, ad demonstrationem veritatis, quam profitemur, vt etiam diuersis operibus, quae pro patria fide diuino munere publicaui: confessione quoque fidei meae, vel potius catholicae ecclesiae, quam ante biennium accurate elaboratam euulgaui: subscriptionibus etiam, quas cum ecclesiasticis viris, eadem nobiscum sentientibus, scripta firmauimus legati tempore, et deinde post legationem domini Bryennii, cuius particeps nullo modo fui, quum nusquam papae commemorationem suscipere statuissemus, quamdiu circa praecipua fidei dogmata diuisi et discordes essemus ab eo, sequuti praedictae synodi definitionem, patrum nostrorum magistrorumque omnium.*

30. Idem in epistola ad Syluestrum magnum ecclesiarcham, et ad Agillianum Chartophylacem, reliquosque ecclesiasticos scripta, quum liturgia publice celebraretur, post renouatam vnionem cum Isidoro cardinale Russiae, legato apostolico, postquam excusauit se, quod vocatus ire ad synodum renuisset: *Ad quid porro haec synaxis habita est? Nempe quia, ex quo vnio per populum facta est, (Vah! nam diuisio est a Deo,) ecclesiasticorum consensum obtinere gestiunt. Relinquite me horum inexpertum: meam [?] enim de hoc negotio sententiam millies dominus noster imperator, et eius consiliarii, et vos omnes perspexistis. Ante hos siquidem dies misi ad eum per venerabilem monachum et sacerdotem D. Ignatium capitula duodecim de hoc argumento, quae et ipsi vidistis. Ego vero aliud quid ab eo, quod nunc dico, numquam dicam, quandoquidem Florentinam illam synodum eo loco habeo, quo apud Deum est, et veritas docet, Christianique omnes legitimi ecclesiae orientalis filii, iuxta sanctorum patrum sententiam*

tentiam et conscientiam suam sentiunt; et vt clarius dicam, eam synodum talem existimo, qualis pseudooecumenica illa sub Constantio fuit, quae Consubstantiale, vt sibi videbatur, sustulerat. Quoniam item mea sententia est, quod, qui papae commemorationem facit, aut facienti communicat, etiam consilio aut adhortatione, talis apud me est, qualis is, quem damnauit sancta et magna synodus Constantinopoli congregata, quae Latinorum doctrinam examinauit, Beccumque tunc, et qui eadem cum illo sentiebant, deposuit. Neque existimo leue quiddam esse papae, aut alterius cuiusquam episcopi commemorationem. Sed spiritualis paria sentientium communio, et perfecta subordinatio erga legitimos pastores in commemoratione illa consistit. Synodi vero et sancti patres definiunt, vt, a quorum opinione abhorremus, eorundem communionem fugere nos oporteat. Multa alia eiusmodi definiunt vobis haud ignota. Prae omnibus vero dominus dixit: Alienum non sequentur, sed fugient ab ipso, quia non norunt vocem alienorum. Absit quoque, vt ecclesiam meam, quae sancta est orthodoxorum mater, faciam haereticam, suscipiens papae commemorationem, quamdiu papa ea confitebitur et credet, quorum caussa a nostra ecclesia non suscipitur. Si quis enim nunc confiteatur, eum recte dispensare verbum veritatis, fatetur is, maiores suos fuisse haereticos. Sententia igitur mea talis est, fuit et erit, eroque extra communionem papae et omnium, qui illi quocumque modo communicant, vt patres nostri, quorum pietatem imitari nos decet, quum nec sanctitatem nec sapientiam illorum habeamus. Haec sane oratio non est latini hominis, aut eius, qui in Romanorum sententiam transierit. Est autem eius, qui in aula vixerat, qui Florentiam profectus erat, quique patriarcha post captam vrbem statim creatus est; quod non sola probat codicum MSS. fides, sed vel vna epistola ad omnes fideles valedictoria, quum dignitatem deponeret, abunde confirmat.

31. Porro quaecumque de duobus Gennadiis siue Scholariis a Caryophylo aut Allatio disputata sunt, praeter ea, quae carptim delibauimus, non tanti videntur esse, vt ad singulare examen reuocanda sint. Id enim non nisi prolixa et taediosa commentatione potest absolui, sed absque vllo operae pretio. Nam cui semel perspecta fuerit breuis, [366] quam ex certis monumentis delineauimus, historiae Gennadianae synopsis, is statim intelliget, in quibus et quoties hallucinatus fuerit vir doctissimus. Mirari vero satis non possumus, eum, quum primum in opere *de perpetuo consensu* hh), edito anno 1644. contentiosum hunc de duobus Gennadiis funem ducere coepisset, deinde paullo post dissertationi de Georgiis ii) totam suam verbotenus disputationem inseruisset, post annos triginta non secundis aut tertiis vel tricesimis curis meliorem factam in opere contra Creyghtonum kk) recoctam, iterum dedisse, ita vt verba ipsa, iocos, sales religiosissime, ne mutato quidem apice, seruauerit. Qui itaque vnam harum dissertationum nouit, ambas alteras nouerit.

32. Fefellit virum doctissimum Caryophyli ll) iudicium de duobus Gennadiis; quae opinio, quum ad adserendum catholicae ecclesiae Gennadium commodissima videretur, eam, quo se duceret, non satis praeuidens, sequutus est non alio fine, quam ne periret auctoritas

hh) Lib. 3. c. 5. seq.
ii) Infra p. 760. seq.
kk) P. 94. seq.

ll) Praef. ad Gennadii apologiam pro V. capitibus concilii Florentini, Rom. 1628. 4.

ctoritas apologeticarum pro Florentina synodo orationum, quae tanti non erat, vt totam idcirco ecclesiasticae historiae recentioris seriem conturbari necesse foret. Caryophylus duplicem Gennadium cur primus somniaret, ratio nulla erat, nisi quod ex collectore Bibliothecae patrum Margarino Bigneo didicerat, quo nemo fortassis in ferenda de veterum scriptis sententia infelicior fuit, ex Bellarmino et aliis, quorum critice in exscribendis aliorum commentariis tota constabat.

Gennadii, siue Georgii Scholarii, operum Notitia.

QVAECVMQVE a Gennadio scripta ad nos peruenerunt, aut ante patriarchatum scripsit, aut in ipso patriarchatu, aut deposita dignitate, quum priuatus in monasterium S. Ioannis baptistae prope Serras ad Menoeceum montem se recepisset. Hunc ordinem eius operum, qui vitae seriem sequitur, quidam MSS. codices repraesentant, qui tamen id habet incommodi, quod de multis non ita liquet, vt, quando scripta sint, certo habere possimus, quo in genere sunt homiliae complures et minutiora quaedam opuscula. Sed tamen hunc ordinem, quia commodior est, sequemur. *Fabr.* In *Montfauconii* Bibl. biblioth. MSS. quidam codd. memorantur, qui *Varia* Gennadii tantummodo continere dicuntur, omissa singulorum mentione: ex gr. p. 1308. *A.* in bibl. card. *Mazarini* ita notatur: *Gennadii Scholarii cod.* CXV. nr. 18. *cod.* CXVI. nr. 3. *Gennadii*, *cod.* IV. — pag. 1326. *C.* in catal. des MSSts de M. — de Mesme, *Georgius Scholarius graec.* in 4. — pag. 1397. *D.* in cat. bibl. Taurin. *Gennadii C. P. episcopi opuscula.* — In cat. MSS. gr. Bauar. p. 17. cod. LII. *Georgii Schol. Protosyngeli et aliorum scripta pro Latinis.* — In *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 737. *B.* citantur codd. reg. Paris. MMCMLVI-MMCMLXI, *Georgii Scholarii contra Latinos* et *Gennadii opera.* ibid. p. 777. nr. 32. in ead. bibl. Par. *Georgii Scholarii opp. multa, vbi quaedam contra Latinos. Harl.*

1. Georgius Scholarius, adhuc laicus, circa Florentini concilii tempora scripsit *epistolas*, vt videtur bene multas, quarum selectae quaedam [T] supersunt in cod. regio MMCMLV. hoc titulo, ἐκ τῶν ἐπιστολῶν Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου τοῦ ὕστερον Γενναδίου. *Ex epistolis Georgii Scholarii, qui Gennadius postmodum fuit.* 1. Nemini inscripta. 2. Imperatoris fratri. 3. Magno chartophylaci. 4. Marco Lipomano, Florentia Venetias missa, 5. Ambrosio Camaldulensi. 6. Magno duci: ibidem quoque scripta, vt videtur, non ex Graecia, vt suspicatus est Allatius [mm]), qui illius meminit. Exstat quoque in cod. Colbertino MMMMCMLVIII. 7. Anonymo de priuatis negotiis. 8. Philelpho Mediolanum Constantinopoli scripta, vt existimo, et ante profectionem italicam, aut post reditum; nam in ea dolet eripi sibi per strepitum iudiciorum, occasiones ad amicos scribendi. 9. Principi, Πρίγκιπι, siue is sit Theodorus despota, siue Constantinus, qui postea imperator vltimus fuit. 10. Imperatori Constantino, quam scripsit iam monachus, gratias agens de munusculis missis. 11. Paisio Cretae, vt coniicimus, archiepiscopo, cui perpetuos pro Christo labore

mm) *De consensu p. 692.*

labores et liberationem ex carcere gratulatur. 12. Lemnum de turbis Constantinopolitanis. 13. Imperatori Trapezuntis de missa ad Italos legatione [nn]). 14. Nomophylaci in Peloponnesum. 15. Marco Ephesino, praefixa opusculo aduersus Gemistum Plethonem pro Aristotelis defensione. 16. Absque titulo, de priuatis negotiis. Has epistolas omnes repraesentat codex MS. bibliothecae regiae, selectas, vt videtur ex aliis pluribus, quasi digniores, quae in codicem referrentur. In Colbertino adiunctae sunt veterum aliquot epistolis, vnde stili potius gratia, quam ad historiam illustrandam videntur collectae, vt etiam paucae aliquot Lucae Notarae magni, ducis, Theodori Despotae, et quorumdam aliorum imperii Constantinopolitani procerum. *Fabr.* Secundum cat. MSS. regg. bibl. *Paris.* tom. II. exstant in cod. MCCLXXXIX. nr. 1. *Georgii Schol. epp. variae* ad varios; ad imperatorem nempe, Marcum Eugenicum, Philelphum et alios complures; (conf. infra p. 511. vet. ed.) — in cod. MCCXCII. in quo sunt eiusd. 25. scripta varii generis, reperitur nr. 25. eius epistola ad Theophanem, vbi de anima rationali disseritur; in cod. MCCXCV. nr. 1. epistola ad monachos Sinaitas; nr. 2. ad Ioachimum monachum epistola; in cod. MCCXCVII. nr. 1. ep. inedita ad magnum ducem, in qua in Latinos acerbius inuehitur; (v. supra §. 5. vitae Gennadii:) in cod. MDCCLX. nr. 15. *Mesazontis*, imperatoris generi, ad Theodorum Canptenum et Georgium Schol. qui cum imperatore Florentiae versabantur, epistolae; item *Scholarii* responsa: quae epistolae nondum prodierunt, in cod. MMCXXXV. nr. 3. *Gennadii*, adhuc laïci, epistola ad metropolitam Ephesinum; in cod. MMDLI. nr. 5. epistolae ad Amaram de fide; in cod. olim Colbertino MMMXLIII. nr. 9. epistola ad imperatorem, de iis, quae Florentiae agebantur. — *Epistola encyclica Gennadii et synodi* cum eo congregatae ad omnes metropolitas, *Taurini* in cod. reg. CV. cui subiiciuntur eorum omnium, qui subscripserunt, nomina, numero LXXXI. (vt ap. Leunclau. tom. I. Iuris gr. rom. libr. III. p. 189.) v. cat. codd. gr. Taur. p. 197. (vbi confector cat. „Hanc eamdem, ait, epistolam habet *Beuerigius* in Pandectis canonum tom. II. p. 181. sed partem eius, a verbis καὶ λίσα καὶ λίαν εὐσεβῆ τοῦ κανόνος τῶν ἁγίων etc. tamquam Theodori Balsamonis scholion proponit, quod et in collectione canonum, Paris. 1620. cum Balsamonis commentariis factitatum est. At perperam profecto: omnia enim ad ipsam epistolam spectant, vt clarissime colligimus ex nostro cod. [quocum consentit *Bauar.* mox citandus,] et opinatus est etiam Leunclauius." (Ita quoque iam iudicat Fabric. infra in vol. XI. p. 56. sq. ed. vet.) — Ibid. in cod. CLXXIX. fol. 74. epist. (de qua v. supra, §. 18.) et fol. 81. epist. ad principem *Manuelem Raoul*, inc. Θέλεις μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν· et *oratio ad deum patrem:* inc. Θεὲ ὑπεράγιε, δημιουργὲ οὐρανοῦ καὶ γῆς etc. — ib. in cod. CLXXXVI. epist. ad graecos patres in concilio Florentino congregatos *de pace deque ferendo patriae auxilio.* v. cat. cit. pag. 267. et 272. Eadem in cod. *Bauar.* XXII. v. *Hardt.* l. c. a. 1803. in Aretini Beytr. p. 14. part. I. — *Epistola encyclica, Florent.* in cod. Laurent. XL. nr. 51. plut. 5. et cod. VIII. nr. 36. fin. plut. 9. in cod. I. plut. 10. et cod. X. plut. 10. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 75. et 400. it. p. 468. nr. 12. et 478. 5. Eadem ib. in cod. plut. 10. sub fin. sec. *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 264. C. sed *Bandini* l. c. pag. 467. sqq. de eod. cod. non memorat illam. —

Eadem

nn) *Mosquae* in cod. synod. CCCXCV. nr. 2. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosquens. pag. 253. *Harl.*

Eadem in monasterio S. Trinitatis proxime CPolin etc. teste *Montfauc.* l. cit. pag. 1331. *B.* — cum subscriptionibus in cod. *Coislin.* XXXV. et CCIX. v. *Montfauc.* cat. bibl. Coislin. p. 102. et 268. Eadem *Vindob.* in cod. caes. XLIV. nr. 35. vna cum 81. subscriptionibus, quas *Lambec.* comm. vol. VIII. p. 888. sqq. inprimis p. 891. reddidit, et citauit *Theod. Balsamonis* syntagma canonum pag. 1084. sqq. et edit. concilior. Paris. Labbaean. tom. IV. col. 1025. sqq. atque discrimen cod. notat: Kollarius vero in nota subiecta laudauit Leunclau. iam supra citatum, *Baluzii* coll. concil. ac *Mansi* ed. concilior. tom. VII. p. 915. qui etiam variant: — eadem ibid. in cod. XLV. nr. 30. vbi tamen subscriptiones synodicae desunt. v. *Lambec.* l. c. p. 915. — Excerpta ex ista sunt ibid. in cod. XVIII. nr. 4. v. *Lambec.* VI. part. I. pag. 130. — *Ep. encycl.* ibid. in cod. XLV. nr. 16. in quo sunt subscriptiones quatuor solummodo episcopor. subiectae. v. *Kollar.* supplem. ad Lambec. I. pag. 321. — Eadem ep. *Monac.* in cod. Bauar. LXVIII. in quo sunt non nisi 78. subscriptt. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 4. pag. 13. sq. — Eadem in codd. *Barocc.* XXVI. et CLXXXV. — in cod. *Io. Mori* XII. nr. 46. s. nr. 9198. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. pag. 362. et *Dublini,* in coll. S. Trinitat. cod. CXXXVII. nr. 3. siue catal. codd. Angliae etc. vol. II. part. 2. nr. 277. e MS. Barocc. — in cod. bibl. *Escorial.* cum pluribus aliis Gennadii opusc. v. *Plüer.* itinerar. per Hispan. pag. 169. — *Mosquae* in cod. synod. CCCXCV. nr. 2. epist. ad regem Trapezunt. et nr. 5. ad imp. Ioannem Basilicum de dicto quodam Theodori Grapti. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 253. — Eadem, itemque *de iis, quae Acindystae de Spiritu sophistici disputant:* Georgius Scholarius vero dicitur διδάσκαλος etc. *Magister sacrae theologiae* in cod. *Coislin.* CI. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 177. — Ad Gennadium sunt aliquot *Theodori Studitae* epistolae in codd. Coislin. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 146. 148. 149. 316. 318. 320. — Conf. Sagittarianae introductionis in histor. eccles. tom. II. curante *Io. Andr. Schmidio,* pag. 747. et 748. sq. ac *Io. Fabric.* in hist. bibl. Fabric. part. 2. pag. 337. et supra, vol. IX. p. 61. inter Basilii epistolas. *Harl.*

2. Florentiae scripsit *orationes*, quae cum actis concilii circumferuntur, si tamen illius sunt; potuit sane eas scribere, vt ex actis liquet: nam ad eorum sententiam, qui vnionem cum Latinis suaderent, accessisse Georgium Scholarium verisimile est, imo certum, nisi quis acta falsitatis accuset, quod certis argumentis probare difficile est. Confirmat actorum fidem epistola Marci Ephesini ex cod. Florentino et quae exstat in regio MMCMLIII. producta ab Allatio [oo]), qua in Scholarium inuehitur, quod aliquam cum Latinis concordiam fieri posse existimasset. Verum non pauca in has orationes irrepsisse fatendum est, quae adnotare prolixioris esset operae. Editae sunt et Romae cum concilio Florentino in fol. graece-latine, Io. Matthaeo Caryophylo interprete, et in 4. tum in [P] editione romana conciliorum an. 1612. tom. IV. Exstare ait Allatius in codd. MSS. Scoriacensi, Bauaricis duobus, Altempsiano, et Ant. Augustini. Habentur quoque in codd. regiis, et in [pp]) caesarea

oo) Supra §. 23. et 24. in h. capite.

pp) *V. Lambecium l. 8. p. 505. et seq. Fabr.* S. pag. 1055. sq. ed. Kollar. nr. 4. cod. caes. LXI. Lambec. prouocat ad edit. concil. Paris. Labbaean. tom. XIII. col. 563. sqq. Eaedem tres oratt. cum epistola Georgii Scholarii ad graecos patres concilii Florentini, ib. in cod. LXII. post acta concilii

caesarea bibliotheca n. 61. inter graecos historicos. *Fabr.* Conf. infra, vol. XI. p. 679. ed. vet. et *Oudin.* l. c. p. 2473. sq. vbi iudicia *Riueti*, qui in *Critici sacri* libr. IV. c. 19. illas quatuor oratt. a maleferiato quodam Latino confictas et Gennadii nomini suppositas esse contendit, *Roberti Creightoni*, in praef. ad historiam Sguropuli idem sentientis aliorumque late adtulit, et pag. 2482. sq. vbi iterum fuseque disputat de auctore et mala fide illarum oratt. *Harl.*

3. *Apologia* pro quinque capitibus *concilii Florentini* serius scripta, edita est Romae 1577. in fol. cum eodem concilio graece: et latine, Fabio Beneuolentio interprete, in 4. 1579. et graece-barbare versa a Io. Matthaeo Caryophylo, 1628. 4. et latine aliquoties in bibliotheca patrum: tom. XXVI. ed. Lugd. 1562. p. 560. et cum aliis opusc. Dilingae 1581. 8. Eam Caryophylus Gennadio abiudicat, quem refellit Allatius. Illorum rationes ad examen reuocare prorsus inutile videtur. Nam, quum ex iis, quae a nobis de Gennadio dicta sunt, constet, eum statim atque Constantinopolin reuersus est, Marco Ephesino reconciliatum, operam omnem in peruertenda vnione contulisse: frustra quaereretur, quo tempore hanc apologiam edidit, quae non nisi post cladem vrbis, atque adeo in patriarchatu scripta censetur, ab iis, qui illam Gennadio adtribuunt: numquam enim resumtum semel in Latinos odium deposuit, imo perpetuis accusationibus in eos inuectus est, et in ea sententia ad finem vsque vitae perseuerauit. Si ergo illius opus haec apologia censenda est, scriptam fuisse oportuit aut Florentiae, aut statim post reditum. Sed si quis ita statuat, eamdem interpolatam fuisse fateatur necesse est, adsuta de calamitatibus Constantinopolitanis satis longa lacinia. *Fabr.* Conf. infra, vol. XI. pag. 683. ed. vet. et supra, in hoc vol. et cap. §. 23. sq atque *Allat.* infra in h. vol. p. 775. et 779. ed. vet. et *Oudin.* l. c. col. 2483. sq. qui addit, istud opus prodiisse Dilingae lat. 1581. 8. gr. Romae, 1577. et lingua graecor. vulgari cum vers. lat. Romae 1628. 4. — *Mosquae* in cod. synod. CCCLII. nr. 5. *Marci Ephesini*, Eugen. epistola, cum *apologia Gregorii hieromonachi*, sic exaratum a *Matthaeio* in Notit. codd. gr. Mosq. p. 228. sq. forsan errore typothetae; nam in indice p. 341. adtribuitur *Georgio Scholario*, sed *Gregorius Mammas* quoque scripsisse dicitur apologiam aduersus Marci Ephesini confessionem; v. infra §. III. huius cap. sect. 3. p. 382. ed. vet. Atque in cod. Mosquensi synod. CCCXCIV. nr. 1. sunt *Marci Eugenici* capp. syllogistica adu. Latinos cum responsione *Georgii Scholarii;* nr. 2. eiusd. *Marci* epistola ad Scholarium; nr. 3. 4. 6. 7. 8. 12. 15. 20. quaedam eiusdem scripta, ac nr. 9. *Gregorii* patriarchae CPol. apologia contra Ephesii confessionem. — *Florentiae* in cod. Laurent. XIV. plut. 10. nr. 14. *Marci Eugenici* capp. syllogistica concilii Ferrariens. et Florent. v. *Lambec.* I. c. p. 1060. sq. — *Augustae Vindel.* in cod. *Gennadii homiliae de orthodoxa fide.* v. *Reiseri* indic. MSSt. bibl. August. p. 85. — *Monaci* in cod. Bauar. XLIII. quatuor oratt. ad synod. Florentin. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträg. a. 1803. part. 5. p. 38. sq. — Ibid. in cod. XXII. eaedem post acta concilii etc. v. *Hardt.* l. c. part. 3. pag. 13. sq. — Eaedem, in codd. CDXXII. et post acta concil. CDXXIII. bibl. publ. *Paris.* — Epistola et tres oratt. post acta concilii Florent. *Taurini.* in cod. regio CLXXXVI. cat. codd. gr. Taur. p. 272. — Plures aliae oratt. in cod. *Escorial.* v. *Plüer.* Itiner. per Hisp. pag. 169. — Oratt. in concilio Florent. *Romae* in cod. Ottobon. — et in cod. bibl. *Sfortianae.* v. *Montfauc.* Bibl. bibliothecar. MSSt. p. 183. *B.* et 703. *E.* et pag. 707. *B. C.* de aliis scriptis huc pertinentibus. Conf. *Oudin.* l. c. p. 2481. sqq. 2487. 2490. sqq. *Harl.*

logistica aduersus Latinos, et responsio *Georgii Scholarii*, et a capite XVIII. Bessarionis continuatio post mortem Georgii, vti copiose ducet *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. tom. I. p. 484. — Eadem in cod. Bauar. CXV. sec. catal. codd. gr. Bau. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. *Barocc.* XXXVI. — in cod. *Bodlei.* XCIV. nr. 8. siue num. 2877. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. et ib. pag. 268. nr. 14. *Marci Eugenici* confessio fidei etc. et nr. 15. *Scholarii responsio*, in Aduersariis Ger. Langbaeni. — *Taurini* in bibl. reg. *Scholarii apologia*, sec. *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. pag. 1401. *C.* add. supra ad sect. 1. et 2. et infra ad §. III. 3. *Harl.*

4. Orationes hae exstant, *εἰς τὴν ἁγίαν τȣ̃ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃ Μεταμόρφωσιν. In Iesu Christi domini nostri transfigurationem.* Scripta, vt habetur in cod. regio MMCMLV. quum adhuc saecularis esset, sub Ioanne imperatore, reperta Thessalonicae post captam Constantinopolin. *Fabr.* V. ad sect. 2. paullo ante adscripta. Haec orat. MS. in cod. *Barocc.* XCII. *Harl.*

5. In Festo *τῶν εἰσόδων προσφωνητικός.* Lecta haec oratio in monasterio Periblepti primum, praesente Constantino imperatore. *Fabr.* *Mosquae* in cod. synod. CCLXXIX. nr. 2. oratio *εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν εἰσοδίων τῆς Θεοτόκȣ·* inc. *τὸ μὲν σχλάδες τῶν ἀνθρώπων·* v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. pag. 179. — *Paris* in quatuor codd. oratt. de Sctorum festis diebus: n. in cod. MCXCI. nr. 1. homilia *in festum praesentationis*, nondum edita; — in cod. MCCLXXXVIIII. exstant plura Gennadii opusc. in his: nr. 3. homilia *in domini transfigurationem*, lecta in palatio coram Ioanne imp. quum Georgius saeculo nondum valedixisset; Thessalonicae autem post expugnatam CPolin reperta dicitur, — nr. 25. homilia in illud apostoli; *Exinaniuit seipsum* etc. nr. 27. hom. *in decollationem Ioannis baptistae;* nr. 29. *in natiuitatem I. C.* nr. 30. *de transitu deiparae;* nr. 31. *oratio contra Automatistas, deum vnum esse conditorem vniuersi, in trinitate hypostaseon:* praeterea insunt Scholarii nr. 24. *de praedestinatione, tractatus quartus*, ad magnum domesticum Theodor. Agallianum; nr. 26. *apologia de silentio a se seruato;* nr. 28. Hymni, nr. 32. *interrogationes et responsiones de diuinitate Christi;* nr. 33. *solutio nonnullarum difficultatum, quae in euangeliis occurrunt.* — In cod. MCCXCII. sunt Gennadii opuscula 25. varii argumenti, et cod. MCCXCIV. opusc. 14. diuersi generis, quorum singulorum argumenta recensere, non vacat: v. catal. MSSt. regior. Paris. II. p. 277. et 278. *Harl.*

7. Alia absque titulo, *πάλαι μὲν Ἰȣδαῖοι*, in eodem codice.

7. In commemoratione decollationis S. Ioannis baptistae. Oratio extat in eodem cod. in nostro, sub titulo Gennadii monachi. Incipit: *Ὁ μὲν μακάριος Ἰωάννης καὶ Βαπτιςής.* Omittitur ab Allatio.

8. Alia, *εἰς τὴν μετὰ σάρκα γέννησιν τȣ̃ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ. In Natiuitatem domini nostri Iesu Christi secundum carnem.* Gennadii monachi in eodem cod. et in nostro, incipit: Οἱ *λαμπρότατοι τῆς ἐκκλησίας* [?] *φωςῆρες.* Scripta est autem in monasterio S.

Ioannis baptiſtae. Exſtat in codd. regiis MMCMLV. et MMCMLIX. et in noſtro: eius non meminit Allatius.

9. Alia de tranſitu b. Mariae Virginis, *ἐπὶ τῇ μεταστάσει τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.* Exſtat in eodem regio codice, et in MMCMLIX. Ex eius titulo colligitur, ſcriptam fuiſſe in monaſterio Pammacariſtae, nempe Conſtantinopoli, lectam *in feſto dormitionis b. Mariae, in tertio, inquit, noſtro ad vrbem violento reditu*, Indict. 12. an. 72. hoc eſt, anno mundi ſecundum graecos 6972: cui reſpondet Indictio 12. I. C. 1464. Atque ita falluntur, qui annum 1460. ſupremum Gennadio fuiſſe nullo fundamento adfirmant. Videntur autem verbi iſta manu ipſius Gennadii ſcripta; incipit: *Ἡ μὲν τοῦ ἔτους ἀρχή*, habetur quoque in noſtro cod. *Fabr.* Haec et ſuperior orat. cum multis aliis *Gennadii* ſcriptis *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXCIV. — In cod. *Th. Gale* XXXV. ſiue nr. 5869. cat. MSS. Angliae, vol. II. *homilia in adnuntiationem b. Virginis. Harl.*

10. Alia, *de ſecundo aduentu domini noſtri, et de reſurrectione corporum.* *Περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ περὶ τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως.* Exſtat in eod. cod. reg.

11. Alia, *ἐπὶ τῇ παραβολῇ τοῦ τελώνου καὶ Φαρισαίου. De parabola publicani et Phariſaei*, cuius initium eſt: *τὸν τῆς ὑπερηφανείας κρημνόν.* Exſtat in cod. reg. MMCMLVIII. et in noſtro, neque hanc vidit Allatius. *Fabr. Paris.* in cod. MCCXCII. nr. 20. et nr. 6. ac 21. *de parabola talentorum in euangelio* et multa alia opuſcula *Gennadii. Harl.*

12. Alia, *ἐπὶ τῇ παραβολῇ τοῦ ἀσώτου, καὶ περὶ μετανοίας. De Parabola prodigi, et de poenitentia.* Incipit: *Ὁ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων γογγυσμός.* In eodem cod. reg. et noſtro: non meminit Allatius. *Fabr. Romae* inter codd. bibl. reginae Sueciae *Gennadii, monachi ſcholaſtici*, homil. *ſuper parabolam coenae, et de decem lepris. v. Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 33. D. nr. 904. *Harl.*

13. Alia hoc titulo: *τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἀοιδίμου πατριάρχου Κυρίου Γενναδίου ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ ἐν τῷ παλατίῳ, ἔτι ἐν τῷ τῶν κοσμικῶν σχήματι τυγχάνοντος. Beatiſſimi et venerandi patriarchae domini Gennadii homilia dicta in ſancta et magna paraſceue in palatio, quum adhuc ſaecularium habitu eſſet,* Exſtat in eodem cod. MMCMLVIII.

14. Alia ſub titulo: *Θεωρία περὶ τῶν ἐν τῇ εὐαγγελικῇ παραβολῇ ταλάντων. De parabola talentorum in euangelio conſideratio.* Huius initium: *Ὁ τὰ πέντε τάλαντα πεπιστευμένος.* In eod. cod. [I. cod. MCCXCII. cit. ſecundum catalog. MSSt. Par.]

15. Homilia de corpore et ſanguine domini, quam hucusque in ſolo noſtro codice qq) reperi.

qq) Ex codice monaſterii Brunduſini edidit *Renaudotus* p. 1-35. latinamque verſionem addidit. Pariſ. 1709. 4. *Fabr.* Genuinum eſſe Gennadii foetum, negat *Th. Smith.* in Miſcellan. vol. II. pag. 48. conf. *Gerium* ad Cauei hiſt. litt. cit. p. 172. de hac et aliis oratt. Gennadii. *Harl.*

reperimus hoc titulo praenotatam: Ἐκ [τ] τῶν ὁμιλιῶν, αἳ ὡμιλῆμεναι ἐν τῷ δυστυχεῖ παλατίῳ κατὰ παρασκευὴν ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, εὑρημένων μετὰ τὴν ἅλωσιν. Ἐγράφοντο δὲ μετὰ τὸ ἀγράφως ὁμιληθῆναι παρακλήσει φίλων, αὕτη δὲ ὡμιλήθη ἐν τῇ παρασκευῇ τοῦ Λαζάρου. Ὁμιλία περὶ τοῦ μυστηριώδους σώματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Ex homiliis, quae pronumtiatae fuerunt in infelici palatio, fingulis fextis feriis in magna quadragefima inuentis poft captam vrbem. Scriptae autem fuerant, poftquam viua voce fuiffent pronuntiatae amicorum hortatu. Porro haec pronuntiata eft in parafceue Lazari. Homilia de facramentali corpore domini noftri Iefu Chrifti.*

16. Alia de eodem argumento breuior, fcripta, vt videtur, Conftantinopoli, poftquam patriarcha renuntiatus effet, in qua alterius meminit. Eam in nullo codice reperimus, fed eam transtulimus ex opere Meletii Syrigi aduerfus Cyrillum Lucarin, vbi refertur.

17. Multas praeter enumeratas a nobis homilias fcripfiffe Gennadium teftatur ipfe in epiftola quadam, in qua de fuis operibus ad amicum fcribit: Ἔτι δὲ ὁμιλίαι αἱ σχεδιασθεῖσαι, ἵνα μετὰ τὰς ἀπὸ στόματος γενησομένας ὁμιλίας τῷ λαῷ ἀναγινώσκωνται αὐταὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καθ᾽ ἑκάστην κυριακὴν ἐκ διαδοχῆς μετὰ τὸ ἄριστον συναγομένων τῶν ἐνορίτων ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ, πᾶν ἀναγκαῖον σχεδὸν περιέχουσαι. *Item homiliae compofitae, vt poft eas, quae viua voce pronuntiandae funt homilias, in ecclefiis populo praelegerentur per fingulas dominicas fucceffiue poft prandium, congregatis Enoritis, fiue montis accolis in vna quaque ecclefia, quidquid fere neceffarium eft continentes.*

18. Homiliis adiungi poffunt: *Oratio contra fimoniacam haerefim*, fcripta biennio ante captam vrbem ad Conftantinum imp. κατὰ τῆς σιμωνιακῆς αἱρέσεως ἢ ἀπιστίας, initium: Τὰ ἐκ ἀθέων τούτων βαρβάρων, in cod. reg. MMCMLV. et noftro. [v. fupra, in vita Gennadii, fect. 11. *Harl.*

19. Περὶ διαφορᾶς τῶν συγγνωστῶν καὶ θανασίμων ἁμαρτημάτων. *De* [rr]) *differentia peccatorum venialium et mortalium.* Incip. Ὁ μὲν ἀκριβέστερος, in eodem regio codice.

20. Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι νῦν θαύματα ὡς πρότερον. *De eo, quod nulla nunc, vt olim, miracula fiant.* In cod. reg. MMCMLIX. [f. MCCXCIV. nr. 14. fec. cat. MSSt. Par. tom. II.] initium: Ζητοῦσί τινες. *Fabr.* *Gennadii* orat. ad populum, *quum primum ingrederetur in templum apoftolorum* et alia fcripta *Georgii Scholarii* in bibl. Efcorial. vt iam vidimus, et conf. *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSS. p. 619. *D. E.* Aliae oratt. exftant in codd. iam fupra laudatis. *Harl.*

Opera Gennadii theologica varia funt, praeter ea, quae aduerfus Latinos fcripfit, de quibus agetur poftremo loco.

21. Pri-

rr) MS. in bibl. caefarea Viennenfi cod. theol. CCXCVI. *Lambec.* V. pag. 257. *Fabr.* Siue p. 543. Kollar. nr. 1. cod. CCXCVI. *Harl.*

21. Primum inter opera theologica locum tenet: *Expositio fidei christianae coram Turcarum imperatore Muhamede facta, et scripto comprehensa.* [P] Huius duplex editio est, altera prolixior, altera breuior. Primae titulus in nostro et regiis codd. talis est: Γενναδίου μοναχοῦ καὶ πατριάρχου τῶν τοῦ Χριστοῦ πενήτων, περὶ τῆς μόνης ὁδοῦ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Ἐξεδόθη δὲ τῷ Σουλτάνῳ, αἰτήσαντι μετὰ τὰς ἐνώπιον αὐτοῦ διαλέξεις ἐν τῷ πατριαρχείῳ τότε γεγενημένας· καὶ μετὰ τοῦτο ἄλλο συντομώτερον ἐξεδόθη. Ἡρμηνεύθη δὲ ἀμφότερα ἀῤῥαβικῶς, καὶ οὕτως ἐδόθησαν. *Gennadii monachi et patriarchae Christi pauperum de sola via ad salutem hominum. Datum vero est hoc opus Sultano petenti, post habitas coram eo disputationes in patriarchio, et deinde aliud breuius editum est: ambo autem arabice interpretata sunt, et ita publicata.* Arabice quum interpretatum aiunt, Turcice intellige; neque enim vllum arabicae versionis vestigium in codd. MSS. Exstat illud in plerisque codicibus. De eo Allatius p. 402. *) Breuius alterum opusculum idem est, quod edidit Turco-graeciae lib. II. *Martinus Crusius*, cum versione turcica, quae vt titulus habet, facta est ab Ahmeto Iudice Berrhoeae, patre Mahmouti Chelebi, scribae imperatorii. Eiusdem exemplar simul cum turcica versione elegantissima manuscriptum, sed graecis literis, et fortassis idem, quod aut imperatori, aut primario alicui Turcae destinatum fuit, habetur in bibliotheca regia n. MMCMLXI *Fabr. Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXCIV. nr. 3. est apologia, in epitomen contracta; tum DCCCLXXXVII. nr. 9. apologia ad Amurathem. etc. codd. CMXXXVIII. nr. 6. MXXXI. nr. 4. MCCXCIII. nr. 2. MCCXLIV. nr. 2. MCCXCVI. et MCCXCVIII. homilia s. opusc. de recta et inculpata Christianorum fide ad Mahammedem II. — *Florentiae* in bibl. Medic. Laurent. cod. XXXIV. plut. 7. nr. 1. *Gennadii* liber breuis *de aliquibus capitibus nostrae fidei, de quibus colloquium habitum est cum* Amoera Machumeto (μετὰ Ἀμοιρᾶ τοῦ Μαχουμέτου,) *et inscriptum fuit: de via salutis hominum:* et nr. 2. eiusd. *de quibusdam capitibus nostrae fidei ad eumdem liber secundus.* v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 295. De aliis codd. v. quae paullo post ad hist. editt. adscripsi. *Harl.*

Editum quoque est anno 1656. fol. pag. 797. in Haeresiologia, translatum latine a *Gregorio Hermonymo Spartano*, Helmestadii gr. lat. 1611. 4. in bibliotheca patrum tom. IV. pag. 950. De eo videnda quae scribit Posseuinus apparatu sacro: quamquam falso suspicatur, a Graecis subtracta quaedam fuisse, quae ad processionem Spiritus sancti a patre et filio pertinerent. Id enim non ex collatione MSS. codicum, sed coniectando tantum colligit, quia Gennadium, qui ipsi catholicus videbatur, ea silentio praeteriisse non existimabat. Sed quam inanis haec coniectura sit, ex superius dictis manifestum est. *Fabr. Spartani* versio atque ed. *Libellus de quibusd. fidei articulis adu. Turcas*, Via salutis hominum *inscriptus*, *latine a Ge. Hier. Spartano,* prodiit Paris. 1533. 4. v. Thesaurum bibliothecalem, Noriberg. 1738. 4. tomo I. part. 1. p. 305. sq. vbi Brassic. editio praecipue Lambach. diss. (1. edit. Viennae 1730. 4. et 1737. 4.) recensentur. — Ex Spartani versione, curante Io. Polo de Albo castro, lat. editus est liber in Haeresiologia *Io. Heroldi:* sed interpolauit Herold. quem sequuti sunt editores bibliothecarum patrum. Prima autem editores *Brassicani* graecolatina est genuina, quae inscripta est: Τοῦ - - Γενναδίου Σχολαρίου βιβλίον σύντομόν τε καὶ σαφὲς etc. —

Genna-

*) Infra p. 778.

Gennadii Schol. libellus compendiarius et dilucidus de quibusdam fidei nostrae capp. de quibus disſertatio habetur cum Amurate Mashumeta. Inſcribitur autem de via ſalutis humanae. Edidit *Io. Alex. Braſſicanus*, Viennae Auſtr., Hier. Vietor. 1530. 8. [ss]) Subſequitur in continenti et absque titulo *Homologia*, ſeu *Confeſſio fidei* eiusdem Gennadii. Illam editionem fuse ac diligenter recenſet *Lambacher* in bibl. antiqua Vindob. ciuica, p. 202. ſq. not. *b.* comprimis in ſubiecta diſſ. de eadem Braſſicani editione: p. 6. ſqq. refert Poſſeuini, Allatii, Frid. Spanhemii et Renaudotii, cui adcedit, diuerſa de Gennadio iudicia; tum oſtendit, principem illam edit. ab aliis edd. praeſertim ea, quae habetur in bibl. patrum, (ed. Pariſ. 1644. et Lugdun. 1677.) mire differre, et quidem in iis ipſis, quae ab Allatio citantur. In §. XII. obſeruat, illum ipſum dialogum cum quadam diſcrepantia circumferri etiam inter opera S. Anaſtaſii, (ſcr. *Athanaſii*) ſub titulo: *viginti quaeſtion. ad Antiochum*, in ed. Commel. 1601. et deinceps, ac in nouiſſ. opp. ed. Pariſ. 1698. tom. II. p. 436. (conf. ſupra, ad vol. VIII. p. 86. not. *mm.* et p. 91. ac 92. ibique not. *ww.* et vol. IX. pag. 491. ſq. ibique notas; vol. X. p. 597. praeſertim ad vol. VIII. pag. 198. ſqq.) In §. XIII. colligit docetque, illum dialogum non ita indubie Gennadio, patriarchae, adſcribendum eſſe, et §. XIV. ſuſpicatur, auctorem videri Graeco-ſchismaticum, aeuique ſequioris, forſan Ioannem, patriarcham Antiochenum, ad fin. ſaec. X. fatetur tamen, nihil eſſe in hac re definiendum. Add. quae ſcripſi in Introduct. II. 2. p. 312. ſqq. et in Supplem. tom. II. pag. 258. ſqq. vbi iam *Daumii* ed. gr. lat. cum *Hieronymi*, theologi graeci, dialogo de Trinitate, Cygneae 1677. 8. cum variis lectt. (de qua v. Act. erud. tom. II. Supplem. p. 531. et *Io. Fabric.* in hiſt. bibl. Fabric. tom. VI. pag. 446. ſqq.) et alias memoraui editt., verſionem quoque ſlauicam, in opere ſlauico: *Buckwar*, Mosquae a. C. αψα΄. 4. Prodiit quoque *Gennadii dialogus de via ſalutis humanae adu. Mahometanos et eius Confeſſio*, gr. lat. a *Fuchtio*, Helmſtad. 1591. 8. (v. Kollar. paullo poſt cit. pag. 135.) 1612. Add. *Oudin.* comment. citat. III. col. 2494. Aliorum codd. notitiam adhuc ſuppeditabo. — *Vindobon.* in cod. XIV. nr. 3. *Gennadii* dialogus cum *Amera Muhamedis* (μετὰ Ἀμοιρᾶ τοῦ Μαχουμέτου) *de praecipuis chriſtianae fidei, maxime de SSiſſ. Trinitatis myſteriis — ſ. via ſalutis hominum*, graece cum verſione lat. *Aretini*, vt probabile videtur *Kollario*, qui multus eſt de eo in Supplem. ad Lambecii comm. I. p. 133. ſqq. Ille etiam cenſet, hunc eſſe codicem, ex quo Braſſicanus illum Gennadii dialogum Vindob. 1530. 8. gr. et lat. edidit. Idem excerpit ex Lambacheri diſſ. longum locum, et prouocat ad ſuam adnotat. ad Lambecii comm. III. p. 253. not. *A.* vbi *Athanaſio* Quaeſtiones ad Antiochum vindicare ſtuduit, et tandem coniicit, quum hic dialogus ab illa *Fidei chriſtianae confeſſione*, a Cruſio gr. et turcice vulgata, toto coelo ſit diuerſus, et certum ſit, Gennadium de chriſtianae fidei dogmatibus ſemel ſolum coram Muhammede II. (non cum hoc ipſo, ſed, praeſente illo, cum Turca quodam, legis Muhammedicae perito, μετὰ Ἀμυιρᾶ τȣ̃ Μαχȣμέτȣ, h. e. *cum Emiro Muhammedis*,) eſſe colloquutum, laudatum patriarcham, colloquii cum Turcis habiti

ss) In *Maittaire* Annal. typogr. tom. II. part. 2. pag. 731. haec eſt operis inſcriptio: *Gennadii Scholarii*, patriarchae CPol. *de ſynceritate chriſtianae fidei dialogus*, qui inſcribitur περὶ τῆς ὁδȣ̃ τῆς σωτηρίας ἀνθρώπων· interlocutores ſunt *Turcus Amurates* et *Gennadius*, patriarcha; gr. et lat. *I. Alex. Braſſicano* interprete: Hieron. Victor excud, Viennae Auſtriae. 1530. 8.

habiti praetextu, Athanasii Quaestiones, temporibus suis adcommodatas, cum fidelibus suis communicasse, praesentissimum aduersus Muhammetis doctrinam antidotum futuras etc. In eod. cod. nr. 4. sequitur *Gennadii Scholarii* lib. II. s. *christianae fidei Confessio* seu *Summa*, Muhammedi II. scripto exhibita, quae a Gennadio, Sultani iussu, graece scripta, et ab erudito Turca in Turcicum sermonem conuersa, biennio aut triennio post captam CPolin, eidem Sultano, Muhammedi II. oblata fuit. Eam gr. et lat. Brassicanus cum Quaestionibus arte cohaerentem, vt vnum idemque cum priore opusculum videatur, omissa cod. epigraphe, primus euulgauit, nec in omnibus Aretini versionem lat. quae in eod. est códice, est sequutus, vt Kollar. l. c. p. 138. sqq. vberius commonstrauit. — Idem opusc. breue de capp. quibusdam fidei etc. est *Mosquae* in cod. synod. CCCLIII. nr. 7. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 229. ibid. p. 29. in cod. XLIII. fol. 85. *dialogus:* inc. *ἀλλὰ καιρὸς ἐςὶν ἐπισκέψασθαι.* — Ibid. pag. 253. in cod. CCCXCV. nr. 4. dialogus νεόφρων ἢ ἀεροφοβία etc. — *Oxon.* in cod. *Barocc.* CVII. — in cod. *Th. Gale* CXXVI. s. nr. 5960. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. et seq. *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. pag. 651. *E.* in bibl. *Bodlei.* nr. 721. — in cod. *Oliu. Cromwelli* CXV. siue nr. 294. cat. MSS. Angliae vol. I. *dialogus inter christianum et alienigenam de doctrina S. Trinitatis.* — in cod. *Mazariniae* bibl. CXXIV. *Scholarii dialogus,* et cod. CXXV. *Gennadii de recta Christianor. fide:* — *Romae* in bibl. Vatic. in cod. CCMIC. reginae Sueciae, v. *Montfauc.* l. c. p. 1322. *A.* p. 535. — ibid. p. 747. bibl. *Gennad. de dogmatibus ecclesiast.* in bibl. reg. *Paris.* id. liber in vol. II. pag. 9. nr. 310. et 311. catal. MSSt. Angliae etc. inter codd. ecclesiae *Dunelmensis.* ibid. nr. 2194. tom. I. part. 3. *Cantabrigiae* in bibl. publ. cod. XIV. 3. *Harl.*

22. Contra Iudaeos scripsit per modum dialogi librum hoc titulo. Ἔλεγχος τῆς ἰȣδαϊκῆς πλάνης ἔκ τε τῆς γραφῆς καὶ τῶν πραγμάτων, καὶ πρὸς τὴν χριςιανικὴν ἀλήθειαν παράθεσις ἐν σχήματι διαλόγȣ. *Confutatio erroris iudaici ex scriptura et rebus gestis, et ad christianam veritatem cohortatio, per modum dialogi.* Colloquuntur Christianus et Iudaeus. Initium est: Βȣ́λει διαλεχθῶμεν, ἐφ' οἷς πρὸς ἀλλήλȣς διαφερόμεθα Χριςιανοί τε καὶ Ἰȣδαῖοι. Exstat in cod. reg. MMCMLIV. et MMCMLIX. et in nostro similiter. In vtroque scriptus dicitur, ἐν τῇ τρίτῃ μȣ βιαίᾳ πρὸς τὴν πόλιν ἀνόδῳ. In meo additur, καὶ δόξα ἐκεῖθεν ἐλευθερώσαντί [?] με τρίτον ἤδη Θεῷ, *scriptus in tertia mea ad vrbem violenta profectione, et gloria Deo tertium inde me liberum abire sinenti.* Non viderat Allatius, qui ex bibliotheca Roberti Constantini titulum citat pag. 408. opus non contemnendum, satisque longum, foliorum circiter sexaginta in eodem regio. *Fabr.* MS. in bibl. publ. *Paris.* cod. DCCLXXVIII. nr. 4. — codd. MCCXCIII. nr. 1. et MCCXCIV. nr. 1. *confutatio erroris iudaici;* — in cod. *Barocc.* XXXIII. *Harl.*

23. Eiusdem, Ἐκ τῶν περὶ τȣ̃ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃ προφητειῶν αἱ σαφέςεραι, *siue collectio prophetiarum de Christo, quae magis perspicuae sunt.* Incipit: Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰȣ́δα, in nostro cod. et in reg. MMCMLIX. Non meminit Allatius.

24. Κατὰ Αὐτοματιςῶν καὶ Ἑλληνιςῶν, ἤτοι πολυθέων, καὶ ὅτι Θεὸς εἷς ἐςι καὶ δημιȣργὸς τȣ̃ παντὸς ἐν τριάδι ὑποςάσεων. *Contra Automatistas et Hellenistas, siue multorum*

rum Deorum opinionem tenentes, et quod vnus Deus sit conditor vniuersi in trinitate hypostaseon. Incipit: Οἴεσθαι μὲν μὴ εἶναι Θεόν. Scriptum fuit opus in monasterio Prodromi in monte Menoeceo: habetur in codd. reg. MMCMLV. MMCMLVIII. MMCMLIX. et in nostro. [In cat. MSS. bibl. Paris. II. in cod. MCCXCII. nr. 15. et MCCLXXXIX. nr. 31. et MCCXCIV. nr. 12.]

25. Ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις περὶ τῆς θεότητος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Interrogationes et responsiones de diuinitate domini nostri Iesu Christi:* ex disputatione habita cum primariis duobus Turcis, qui missis litteris ex monasterio Ferras eum venire iusserant. Exstat in cod. reg. MMCMLV. Πρὸς τῷ τέλει τοῦ Μαΐου. *Par.* in cod. bibl. publ. MCCLXXXIX.]

26. Περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ λατρείας, ἢ νόμος εὐαγγελικὸς ἐν ἐπιτομῇ. *De primo Dei cultu, siue lex euangelica compendio explicata.* Opus diuiditur in capita 40. Scriptum est rogante quodam familiari monacho, raptim anno 6966. I. C. 1458. in monasterio S. Ioann. Baptistae in Menoeceo monte post abdicatam dignitatem. Μετὰ τὴν τοῦ πατριάρχου ἀποκατάθεσιν, vt habet idem cod. regius. Incipit: Δυοῖν ὄν τῶν τοῖς εὐσεβοῦσι λατρειῶν. Exstat in codice reg. MMCMLV. et MMCMLIX. [*Paris.* bibl. publ. cod. MCCLXXXIX. nr. 17. cod. MMCXXXV. et MCCXCIV. nr. 4.]

27. Περὶ τῆς θείας προνοίας καὶ προορισμοῦ. *De diuina prouidentia et praedestinatione.* Initium est, τὴν ἐξ ἀϊδίου περὶ τῶν ὄντων καὶ γινομένων γνῶσιν. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXCIV. nr. 5. 6. et 7. sunt tres libri *de praedestinatione* etc. — liber quartus, ib. in cod. MCCLXXXIX. nr. 24. et nr. 18. 19. et 20. lib. 1. 2. ac tertius. *Harl.*

28. Περὶ προορισμοῦ δεύτερον. *De praedestinatione secundum.* Initium, Κλινοπετὴς ἐδεξάμην. Is libellus graece editus est 1. Augustae Vindelicorum a Dauide Hoeschelio, an. 1603. 4. [MS. in bibl. *August. Vindel.* v. *Reiseri* indic. MSS. bibl. August. pag. 41. *Harl.*] Iterum cum versione latina a *Carolo Libertino*, Societatis Iesu theologo; Vratislauiae anno 1681. 4. [v. Acta erudit. 1682. p. 184. — gr. et lat. a *Fed. Morello* in adpend. Opp. S. Basilii, Paris. 1618. fol. In *Maittaire* Ann. typogr. tom. III. part. 2. pag. 874. occurrit: *Gennadii Schol.* apologia pro Basilii M. assertione, *de praedestinatione,* latine, *Feder. Morello* interprete, cum eius notis: ap. Fed. Morel. Paris. 1618. 8. *Harl.*] Scriptus fuit ad Ioannem archiepiscopum Thessalonicensem in eodem monasterio.

[P] 29. Περὶ τοῦ θείου προορισμοῦ τρίτον. *De diuina praedestinatione tertium,* ad eumdem. Incipit: Πολλὴν οἶδά σοι χάριν.

30. Περὶ τοῦ θείου προορισμοῦ τέταρτον. *De diuina praedestinatione quartum.* Ad magnum oeconomum, dominum Theodorum Agallianum. Σὺ μὲν καλῶς ποιῶν φίλτατε. Quatuor illi de praedestinatione libri scripti videntur, postquam priuatus factus in monasterium se recepisset. Exstant simul in codd. regiis MMCMLV. et MMCMLIX.

31. Ὅπως ἡ θεία πρόνοια καὶ ὁ θεῖος προορισμὸς ἐκ ἀναιρεῖ τὸ χρήσιμον τῶν εὐχῶν. *Quod diuina prouidentia et diuina praedestinatio non aufert precum vtilitatem*, in cod. reg. MMCMLVIII. [f. sec. catal. cod. MCCXCII. nr. 17.] Incipit: Ὁ περὶ τῆς θείας προνοίας λόγος. cod. reg. MMCMLVIII.

32. Περὶ τῆς ἐν τῷ δεσπότῃ ἡμῶν Χριστῷ ἀνθρωπότητος. *De humanitate I. C. D. N.* Incipit: Ζητοῦσί τινες. Ibid.

33. Περὶ ἀναστάσεως. *De resurrectione.* Init. Τὸ μὲν τῆς ἀναστάσεως ὄνομα. Ibid.

34. Περὶ τῦ δεσποτικῦ καὶ θείου αἵματος. *De dominico et diuino sanguine*, ad Dionysium, hieromonachum. Init. Ἐζητομένον ἤδη τῷ μεγάλῳ πατρὶ Γρηγορίῳ. Ibid.

35. Περὶ τῶν Ἀγγέλων πρὸς τὴν τῦ Ἀργυροπύλου γνώμην ἀντιφερόμενον. *De angelis contra Argyropuli sententiam.* Incipit: Ὁ Θεὸς φῶς ὂν ἀκρότατον. Ibid.

36. Εἰς τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν τό, Ἐκένωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δύλυ λαβών. *In illud apostoli: Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens.* Ibid. [in cod. Par. bibl. publ. MCCXCII. nr. 4. et supra iam memorauimus.]

37. Λύσις διαφόρων εὐαγγελικῶν ἀποριῶν. *Solutio diuersarum ex euangelio difficultatum.* Ibid. [et in cod. cit. nr. 8.]

38. Περὶ τῶν ἐμφερομένων ἐν τῇ θείᾳ εὐχῇ ῥημάτων, ἤγουν, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ υἱὲ Θεῦ, ἐλέησον ἡμᾶς. *De verbis in diuina prece contentis, domine Iesu Christe, fili dei, miserere nobis.* Ibid. [et cod. cit. nr. 9.]

39. Περὶ τῶν καρπῶν τῦ πνεύματος. *De fructibus spiritus.* Ibid. [et cod. cit. nr. 10.]

40. Ἔκφρασις τῦ, μάρτυρες στεφανῖται. *Expositio Hymni ecclesiastici*, qui ita incipit. Ibid. *Fabr.* In cod. bibl. publ. *Paris.* MCCXCII nr. 11. *expositio hymni* etc. ibid. nr. 18. *Genn. hymni* etc. et nr. 19. *Preces variae.* — *Hymni* ibid. in cod. MCCLXXXIX. nr. 28. — versus inscribendi tumulo abbatis monasterii τῦ παντοκράτορος, ib. in cod. MCMXXXII. nr. 5. — versus iambici de morte, ib. in cod. MMV. nr. 11. — *Florentiae* in bibl. *Laurent.* cod. XXXIII. nr. 5. *Gennadi Psalmi*, qui in diurno et nocturno recitantur officio, heic sunt adpositi cum selectis tantum precibus. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 59. *Harl.*

41. Ἐκ τῶν ἐμμέτρων εὐχῶν τῦ αὐτῦ, ὦ πάτερ ἄμβροτε. *Hexametri versus ad Deum.* Ibid.

42. Περὶ τῦ πῶς διακρίνονται αἱ θεῖαι ἐνέργειαι πρός γε ἀλλήλας [T] καὶ τὴν θείαν ὐσίαν ἧς εἰσὶν ἐνέργειαι. *Quomodo diuinae operationes distinguuntur tam inter se, quam inter diuinam essentiam.* Ibid. [in cod. bibl. Paris. MCCXCII. nr. 14.]

43. Περὶ

43. Περὶ τῶν φαῦλα πραττόντων πότερον ἄκοντες πράττουσιν ἢ ἑκόντες. *De iis, qui mala committunt, num volentes aut nolentes agant.* Incipit: Ζητητέον ἂν εἴη, in eod. [in cit. cod. nr. 16.]

44. Synesii Oratio metrica, soluta oratione expressa, cod. MMDCCCCLV.

45. Ὕμνος μετὰ δεήσεως. Incipit, Τολμῶντά με, μέγιστε βασιλεῦ. Ibid.

46. Περὶ τοῦ καιροῦ καὶ τρόπου τῆς ὑπάρξεως τῶν νοερῶν καὶ ἀθανάτων ψυχῶν *De tempore et modo existentiae animarum intelligentium et immortalium*, amico cuidam. Incipit: Ἐπειδὴ πυνθάνῃ, τιμιώτατε καὶ φίλτατε ἡμῖν ἐν Χριστῷ. Exstat in codd. MMDCCCCLIII. MMDCCCCLVIII. [s. cod. cit. nr. 13. et cod. MCCXCIV. nr. 11.] et in nostro. Allatius per densam vmbram designauit, quam vide pag. 405.

47. Περὶ τῶν ψυχῶν μετὰ τὴν ἐκ τῶν σωμάτων διάλυσιν διαθέσεως ἐπιβεβαιωτικὸν συγγράμματος, ὃ προσεκόμισεν αὐτοῖς ὁ Σαββάτιος τοῦ μακαρίου Θεσσαλονίκης κυρίου Συμεών. *De animarum, postquam corporibus solutae sunt, statu et conditione, ad confirmationem scripti Symeonis Thessalonicensis, quod ad se adtulerat Sabbatius* ad eundem, qui ex Sina monte ad Gennadium venerat. In nostro cod. p. 4. Non vidit Allatius.

48. Ad Ioannem, opinor, Thessalonicensem, de eodem epistola longa. Exstat in in nostro codice pag. 12. inc. Ἥδιστα μέν σοι ἀποκρινόμεθα. Nec vidit Allatius.

49. Πρὸς τὸν πανιερώτατον Μηδείας Κύριον Θεοφάνην, περὶ τῆς λογικῆς καὶ ἀνθρωπίνης ψυχῆς δεύτερον. *De anima humana et rationali ad sanctissimum Mediae metropolitam secundum.* Huius Theophanis exstant in cod. MMDCCCCLVIII. [sec. cat. MSS. *Par.* cod. MCCXCII. nr. 24. et 31.] vbi hic tractatus habetur, epistolae tres, vna ad Ignatium, monachum, quum adhuc esset oeconomus, altera ad magnum ecclesiarcham, tertia ad archiepisc. Ephesinum.

50. Περὶ τοῦ βιβλίου τοῦ Γεμιστοῦ. καὶ κατὰ τῆς ἑλληνικῆς πολυθείας. *De libro Gemisti,* tt) *et contra graecam superstitionem, ad Ioannem Exarchum.* Exstat cod. MMDCCCCLV. et MMDCCCCLIX. [secund. cat. MSS. *Paris.* codd. MCCXCIV. nr. 8. et MCCXCVII. nr. 2.] Inc. Ἐπαινοῦμέν σου τήν.

51. In singularem classem referendae sunt orationes quaedam funebres. Exstat in reg. cod. MMDCCCCLV. et in nostro, hoc titulo: Τοῦ [P] σοφωτάτου καὶ ἁγιωτάτου Κυρίου Γενναδίου τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ἐπὶ τῇ κοιμήσει τῆς ἀοιδίμου Δεσποίνης τῆς αὐτοῦ μητρὸς

tt) Exstat Plethonis opusculum in bibliotheca Viennensi, deque eo *Lambecius* lib. 7. pag. 162. [p. 362. sqq. Kollar. de cod. XCI. add. pag. 344. sqq. de codd. XC. nr. 1. *Harl.*] ex Allatio pag. 176. scribens, tanto odio in Gemistum exarsisse Gennadium, vt libros omnes eius flammis abolendos curauerit. V. *Allat.* de Georgiis p. 391.

μητρὸς παραμυθητικός. *Sapientissimi et sanctissimi domini Gennadii ad imperatorem Constantinum in morte venerandae Despoenae matris eius consolatoria oratio.* Incipit: Ἡ μακαρία καὶ ἀοίδιμος μήτηρ τοῦ κράτους σου.

52. Ἐπιτάφιος Θεοδώρου δεσπότου. *Oratio in funere Theodori Despotae, fratris imperatoris*, incip. Τῷ μὲν τοῦ κρατίστου βασιλέως ἡμῶν ἀδελφῷ τρίτος μὲν ἐξήκει κειμένῳ, in cod. reg. MMDCCCCLV. [sec. cat. MSSt. *Par.* cod. MCCLXXXIX. nr. 2.]

53. Τοῦ σοφωτάτου διδασκάλου Κυρίου Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου, μετέπειτα δὲ καὶ ἀοιδίμου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως κυρίου Γενναδίου μονῳδία ἐπικήδιος ἐπὶ τῷ μακαριωτάτῳ πατρὶ καὶ διδασκάλῳ Κυρίῳ Μάρκῳ Ἐφέσου, μετὰ κόσμον Εὐγενικῷ. *Sapientissimi doctoris D. Georgii Scholarii, deinde venerandi patriarchae Constantinopolitani D. Gennadii Monodia funebris de beatissimo patre et doctore Marco Ephesino, qui in mundo Eugenicus dictus est.* Incipit: Φεῦ νῦν, ὦ παρόντες, ἡμῖν αἱ τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδες οἴχονται. Exstat in cod. reg. MMDCCCCLVIII. et aliis. *Fabr. Mosquae* in cod. synod. CCCXCIV. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 252. bis, nr. 21. et 22. — *Matriti* in cod. reg. CXV. nr. 101. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 459. qui notat, eamdem monodiam exstare in codd. bibl. *Paris.* gr. CCCCXXVII. et MDLXXXII. Sec. cat. MSS. Paris. vol. II. exstat illa in codd. CDXXVII. nr. 4. et MCCXCII. nr. 12. *Harl.*

54. Ἐπιτάφιος τῷ μακαρίῳ Θεοδώρῳ τῷ Σοφιανῷ ἐν τῇ ἱερᾷ μονῇ Βατοπεδίου ταφέντι, ὃν εἶπεν ἐξ ὑπογυίου ὁ θεῖος αὐτοῦ Γεννάδιος μοναχὸς ἐν τῷ ταφίῳ σεπτῷ κη, ςϠξε ἔτους. *Oratio funebris beati Theodori Sophiani in sacro monasterio Batopedii sepulti, quam ex tempore pronuntiauit auunculus eius Gennadius monachus ad sepulcrum 28. Septembris anno 6955.* I. C. 1457. Exstat in nostro cod. Incip. Ἀλλὰ ζῶντος μὲν ἔτι τὴν ἐνταῦθα ζωήν.

Sequuntur ea, quae historica vocare possumus, quamuis pleraque ad inimicitias, acerrime cum Latinis susceptas, pertineant.

55. Ὅτι ἀνεχωρήθη τοῦ παλατίου καὶ τῆς μονῆς τοῦ Παντοκράτορος, ἐν ᾗ πρῶτον ᾤκει κοσμικὸς, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸ τοῦ Χαρσιανήτου κοινόβιον, καὶ ἡτοιμάζετο πρὸς τὸ μοναχικὸν σχῆμα. *Quum recessisset ex palatio et monasterio omnipotentis, in quo prius habitabat, quum saecularis esset, abiitque in coenobium Chardianeti, praepararetur que ad habitum monasticum.* Incipit: Πολλάκις προσειρηκώς σε, γαληνότατε βασιλεῦ. Exstat in cod. reg. MMDCCCCLV. [s. cod. MCCXCIV. nr. 4. cat. MSSt. II.] Missa est autem ad Constantinum Imperatorem statim fere post mortem Ioannes Palaeologi.

56. Γενναδίου ἐλαχίστου Σχολαρίου ἐπὶ τὴν δι' ἐγκατάλειψιν Θεοῦ ματαίαν καὶ ἄλογον καὶ ἀσύνδετον καινοτομίαν τῆς πίστεως. *Gennadii minimi Scholarii de ea, quae, derelicto deo facta est vana, irrationali et inconcinna fidei innouatione.* Incip. Τίς δώσει μοι πτέρυγας. ibid. Inuentum esse Callipoli [?] exemplar, vnde regium descriptum est, testatur marginalis eiusdem nota.

57. Eius

57. Eiusdem epistola, scripta sex mensibus ante captam vrbem, *τοῖς εὐγενεστάτοις πολίταις τῆς Κωνσαντινεπόλεως ἅπασιν ἱερωμένοις καὶ κοσμικοῖς. Ad nobilissimos ciues omnes Constantinopolitanos ecclesiasticos et laicos.* Ibid.

58. Eiusdem Θρῆνος, siue *Lamentatio*, scripta in Menoeceo monte 20. Iunii, Ind. 8. hoc est, nisi error codicem occupauit, anno 1445. atque adeo septennio circiter ante captam vrbem, incip. Ἰῦ τῆς ὀδύνης. Ibid. et cod. MMDCCCCLIX. [f. cod. MCCXCIV. nr. 13. cit. cat.]

Quae sequuntur, hucusque non reperta a nobis, recenset ipse Gennadius in epistola ad amicum.

59. *Συμβελευτικὸς λόγος, ὃν ἀνέγνων ἐν τῷ Παντοκράτορι ἐνώπιον τῦ αὐτοκράτορος καὶ ὅλης τῆς πόλεως, περὶ ἱλεώσεως τῦ Θεῖυ καὶ τῆς οἰκόθεν παρασκευῆς, τῇ ιε. Ὀκτωβρίυ. Consilium, quod legi in Pantocratoris monasterio coram imperatore et tota vrbe, de placando deo et domestico belli adparatu 15. Octobris.*

60. *Νεαρὰ ἡ χρυσοβελλος, ἣν ἐσχεδίασα. ἵνα γένηται παρὰ τῦ αὐτοκράτορος ἀναιρετικὴ τῶν θεοστυγῶν παραβάσεων τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ θείων νόμων, δι᾽ ἃς ἐκ Θεῦ τοσούτοις ἔτεσι πιεζόμεθα. Nouella siue bulla aurea, quam composui, vt ab imperatore promulgaretur ad tollendas deo odibiles transgressiones ecclesiasticarum et diuinarum legum, propter quas a deo tot annis adfligimur.*

61. *Alia, quae promulgari debebat Ecclesiastica Nouella ad renouationem legum ecclesiasticarum et diuinarum, singularum transgressionum species et earum emendationes continens. Ἡ ἐκκλησιαστικὴ νεαρὰ, ἥτις ὤφειλε γίνεσθαι παρὰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν εἰς ἀνανέωσιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ θείων νόμων δεινῶς καὶ πολυειδῶς πατεμένων, ἥτις καὶ ἐσχεδιάσθη, τὰς παραβάσεις καὶ τὰς διορθώσεις κατὰ μέρος περιέχεσα. Fabr. Romae* in bibl. patrum S. Basilii cod. XII. *Gennadii* canon. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 197. *A. Harl.*

62. Oratio ad imperatorem scripta 12. Maii.

63. Varia scripta ad magnum ducem. [Epistola ad *magnum ducem*, vbi in Latinos acerbius inuehitur, *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXVII. nr. 1. *Harl.*] Duodecim capitula ad imperatorem missa per Ignatium. Alia ad Agioreitas siue monachos montis Atho, missa antequam cardinalis Russiae Constantinopolin adueniret, per Athanasium et Simonem, monachos. Haec diuersa scripta ipse Gennadius commemorat.

64. *Epistola ad omnes fideles, τοῖς ἁπανταχῦ πιςοῖς ἐν Χριςῷ Ἰησῦ.* Exstat in cod. reg. MMDCCCCLV.

[P] 65. *Alia missa ad magnum ecclesiarcham, Sylvestrum Syropolum, magnum chartophylacem, Agallianum, et alios quosdam ecclesiasticos, quum celebrata est liturgia, praesente cardinali, postquam omnia circa religionem dissidia per eumdem cardinalem Isidorum composita sunt.* Initium est: Ἅγιοι πατέρες, ἐγὼ ἤθελον ἐλθεῖν. Exstat in eodem cod.

Genna-

Gennadio eidem, qui et Georgius Scholarius in iisdem titulis adpellatur, varii adversus Latinos tractatus tribui solent. Hos quidem Allatius alteri suo Gennadio schisinatico adtribuit, quem quum non alium ab hoc nostro fuisse ostensum fuerit, idcirco MSS. codicum fidem sequuti, praesertim regii vnius, qui Sylvestri Syropuli, magni ecclesiarchae, cui Gennadius probe notus erat, manu eleganter scriptus est anno 6958. Ind. 11. hoc est anno 1448. vivente adhuc Gennadio, imo ante captam vrbem, quum nondum esset patriarcha, nostro vindicamus.

66. Περὶ τȣ̃ καθαρτηρίȣ πυρὸς λόγοι δύο. *De purgatorio libri duo.* Exstant cod. reg. MMDCCCCLVIII. [f. MCCXCII. nr. 1. 2. secund. cat. MSS. Par. II.] Prior initio mutilus est. Opus elegans nec contemnendum, quicquid dicat Allatius.

67. Κεφαλαιώδης ἀπόκρισις πρὸς τȣ̀ς παρὰ Λατίνων εἰρημένȣς λόγȣς περὶ τȣ̃ αὐτȣ̃ Πȣργατορίȣ. *Summaria responsio ad obiectiones Latinorum circa idem purgatorium.* ibidem. Initium: Ἐπειδὴ σαφέστερον ἡμᾶς ἀπαιτεῖτε.

68. Eiusdem *ad Ioannem Thessalonicensem de purgatorio epistola*, in nostro cod. incipit: Αὐτοσχεδιάζω σοι.

69. Eiusdem Σύντομον κατὰ τῆς δόξης τῶν Λατίνων. *Breue scriptum contra Latinorum opinionem*, in eodem cod. reg. [f. MCCXCII. nr. 3. in cat. cit. II.]

70. *De processione spiritus sancti contra Latinos tomi duo.* Primus scriptus est ante captam vrbem post disputationes cum legato papae, episcopo Cortonensi, et aliis Latinis habitas coram Ioanne, imperatore. Exstat is liber in bibliotheca regia n. MMDCCCCLVI. [in cat. cit. II. cod. MCCXC.] pertinuitque ad Antonium quendam Pyropolum medicum, mortuo iam Gennadio, vt testantur iambi Ioannis cuiusdam Dotheiani [*Dociani*] ad finem libri. Huius operis initio haec auctor manu propria inscripserat: Γεωργίȣ τȣ̃ Σχολαρίȣ. Συνετέθη μετὰ διαλέξεις πέντε καὶ δέκα γενομένας ἐν τῷ παλατίῳ μετὰ τȣ̃ παπικȣ̃ πρεσβέως καὶ ἐπισκόπȣ Κορτώνης, καὶ διδασκάλȣ τῆς παρὰ Λατίνοις θεολογίας, παρόντος καὶ τȣ̃ Κυρίȣ Γρηγορίȣ τȣ̃ Πατριάρχȣ, καὶ τȣ̃ Καρδιναλίȣ, καὶ πολλῶν Λατίνων καὶ ὀρθοδόξων, ἐνώπιον τȣ̃ βασιλέως Ἰωάννȣ καὶ τȣ̃ μακαρίτȣ δεσπότȣ Θεοδώρȣ. Παρακληθεὶς γὰρ τὰ συμπεράσματα τῶν διαλέξεων ἐκείνων, ἐν τῷ δὲ [ℙ] συνέταξα τῷ βιβλίῳ, ὃ μεταγραφὲν πολλὰ καὶ διαδοθὲν πανταχȣ̃ καὶ παρὰ Λατίνοις νῦν εὑρισκόμενον. Ἦν δὲ τότε ὁ συγγραψάμενος καθολικὸς Σεκρετάριος τȣ̃ βασιλέως Ἰωάννȣ, καὶ καθολικὸς κριτὴς τῶν Ῥωμαίων, καὶ διδάσκων ἐν τῷ τρικλινίῳ τȣ̃ βασιλέως κατὰ παρασκευὴν ἑκάστην, παρȣ́σης τῆς συγκλήτȣ καὶ πλείστης τῆς πόλεως, τὸν λόγον τȣ̃ Θεȣ̃ εἰς δόξαν αὐτȣ̃ τȣ̃ Θεȣ̃ τȣ̃ πάντα διδόντος. *Georgii Scholarii. Compositum est hoc opus post collationes quindecim, factas in palatio cum legato papali, episcopo Cortonae, et quodam theologiae apud Latinos doctore, praesente quoque domino Gregorio, patriarcha, cardinale, et multis aliis Latinis et orthodoxis coram imperatore Ioanne et Theodoro despota felicis memoriae. Hortantibus autem plurimis, harum disputationum conclusiones in hoc libro collegi, qui postea transscriptus, et quacumque missus, etiam apud Latinos reperitur. Auctor vero erat vniuersalis secretarius imperatoris, Ioan-*

Ioannis, generalisque Graecorum iudex, docens in triclinio imperatoris singulis sextis feriis, praesente senatu et magna ciuium frequentia, verbum dei, ad eiusdem gloriam dei, qui omnia donauit. Haec sola inscriptio totam de duobus Gennadiis Allatianam disputationem refellit. *Fabr. Mosquae* in cod. synod. CCCXCV. *Scholarii, vt opinor* (ait *Matthaei* in not. codd. gr. Mosq. p. 253. nr. 1.) *liber in quatuor tomos diuisus contra Latinos:* in principio liber est mutilus; in fine autem quaedam *ἀπορίαι cum solutionibus* leguntur. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. XCII. *Barocc.* de dissidio inter Graecos et Latin. circa processionem Spir. Scti: inc. *τὸν Θεὸν.* — In cod. autem X. Barocc. (in cat. MSSt. Angliae, vol. I. p. 2.) *Gennadii, Bulgariae episc. de processione Sp. S.* inc. *οἱ περὶ Θεοῦ λόγοι.* (vt in cod. quoque Bauar. CXIIX. sec. catal. gr. MSS. Bau. p. 50. *Gennadius Bulgariae archiepiscop. contra Latinos.*) — ibid. in cod. XLVII. 2. *Io. Seldeni* (s. nr. 3377. cat. cit. p. 163.) *Georgii Scholarii de process. Sp. S.* — *Monac.* in cod. Bauar. X. *Georgii* (in textu gr. Γρηγορίου) *Scholarii* liber de orthodoxa fide, in quo etiam de process. Sp. S. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 2. p. 38. qui docet, esse potius sermonem in laudem deiparae. — *Paris.* in bibl. publ. MCXCI. nr. 12. *de process. Spir. Scti.* — in cod. MCCXVIII. exstant nr. 24. *Georgii Schol. de process. Spir. Scti,* tomus secundus: ad marginem sunt nonnulla scholia adiecta; nr. 25. eiusd. breuis *dialogus* de eodem argumento; nr. 29. dialog. inter Graecum et Latinum de eodem argum. Sequuntur eiusd. versus iambici in laudem Marci Eugenici, nr. 30. dialogus alter, quo inter se colloquentes inducuntur Olbianus, Eulogius et Benedictus. — in cod. MCCLXXXIV. nr. 4. liber *secundus* de process. Sp. Scti. — In cod. Mosquensi synod. XIII. est τοῦ μεθώνης Κυροῦ Νικολάου de Spir. Scti process. ex solo patre; inter eos, qui synodo octauae subscripserunt, nominatur *Metropolita γάνου* Γεννάδιος. v. *Matthaei* notit. cit. p. 31. *Harl.*

71. *Secundus tomus aduersus Latinos de Spiritu sancto,* **) non eodem tempore scriptus, sed paullo serius, missusque ad Ioannem Comnenum, imperatorem Trapezuntinum, cui auctor illum inscripsit, adiecta epistola, qua rogat, vt librum non prius aliis communicet, quam aut se obiisse, aut aliis communicasse compererit. Exstat in cod. reg. MMDCCCCLVII. scriptus manu Syluestri Syropuli, diaconi et magni Ecclesiarchae, viuo Gennadio, nempe anno 6956. vt supra diximus, [s. cod. MCCXCI. sec. cat. cit.] A. C. 1444. et cod. MMDCCCCLXIII. *Fabr.* *Vindobon.* in cod. caes. LXVIII. nr. 7. Ex *Gennadii Scholarii* opere aduersus Latinos de process. Sp. Scti ex solo patre eclogae *Mathusalae*, monachi scti montis Sinai. v. *Lambec.* (qui etiam h. l. contendit, Gennadium Scholar. plane diuersum esse,) comment. vol. VII. p. 239. sq. Kollar. — Eadem *Mathusalae* excerpta sunt nomine auctoris omisso, et inscripta, Ἀπορία, *dubium*, *Florent.* in cod. Laurent. XVII. nr. 6. in quo cod. itidem est *Gennadii* operis de processione Spir. Scti tomus *secundus*. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. tom. I. p. 287. sq. Is autem nr. 1. posuit libri inscriptionem et praemissam *Georgii Scholarii* epistolam ad *Ioannem Magnum Comnenum, imperator. Trapezuntis,* gr.

**) Exstat in biblioth. Vienn. n. 277. teste *Lambecio* l. 5. pag. 225. [p. 460. et 461. ed. Kollar. in codd. caes. CCLXXV. et CCLXXVI.] qui alteri Scholario tribuit, sequutus Allatium.

gr. euulgauit; tum nr. 2 - 5. quatuor sectiones, in quas Gennadii liber diuisus est, paullo vberius recensuit. — *Mosquae* in cod. synod. XIII. fol. 13. sqq. idem liber *secundus*, in quatuor sectiones, quarum quaelibet rursus in capita diuisa est, distributus. v. plura in *Matthaei* not. cit. p. 28. sq. ed. in 8. siue p. 20. sq. ed. in fol. — ib. p. 61. ed. in 8. in cod. syn. LXXI. *Scholarii contra Latinos:* ἡ περὶ ὐσίας τε καὶ ὑποςάσεως. — *Neapoli* in bibl. monasterii S. Seuerini, liber *secundus:* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 235. *B.* add. ad antec. nr. 70. *Harl.*

72. Eiusdem Dialogus prolixior aduersus Latinos de processione Spiritus sancti, in quo praesertim agit de recentiorum inter Latinos doctorum, praesertim Thomae et Scoti, de processione Spiritus sancti doctrina. Dialogi personae, Olbianus, Eulogius, Benedictus. Initium: Ἀλλὰ καιρός ἐςιν ἐπισκέψασθαι, ὦ Εὐλόγιε, εἰ βούλει τὰ Λατίνων διδασκάλοις τοῖς νεωτέροις περὶ τῆς του ἁγίȣ Πνεύματος ἐκπορεύσεως ἠπορημένα τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῷ Θωμᾷ καὶ τῷ Σκότῳ. Exstat cod. reg. eod. MMDCCCCLXIII.

73. Legatus huic de Spiritu sancto dialogus, in eodem. [v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosquens. p. 253. nr. 4. de cod. CCCXCV. *Harl.*]

[I] 74. Eiusdem Gennadii epistola: Τῷ τιμιωτάτῳ ἐν μοναχοῖς Κυρίῳ Μαξίμῳ τῷ κατὰ κόσμον Σοφιανῷ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐνασκȣμένοις τῇ ἁγίᾳ μονῇ του Σινᾶ, ὁσιωτάτοις ἱερομονάχοις καὶ μοναχοῖς. *Venerabilissimo inter monachos domino Maximo, qui, quum saecularis esset, Sophianus vocabatur, et omnibus vitam monasticam exercentibus in sancto monasterio Sina, sanctissimis sacerdotibus et aliis monachis.* Incipit: Αἱ γραφαὶ τῆς σῆς εὐλαβείας. Agitur in ea de variis disciplinae capitibus, occasione eorum, quae non recte illic se habere circa eos, qui ad visitanda loca sacra montis Sinai confluebant, a Ioachimo et Gregorio monachis didicerat; de episcopo dignitatem abdicante, quod absque patriarchae licentia negat posse fieri: an absque diacono celebrare episcopus possit, quod licere ait in sacello, seu παρεκκλησίῳ, et factum ab Euthymio et Matthaeo, patriarchis, non publice in ecclesia; de episcopo Bosniae, qui multos ex latinae religionis hominibus ad fidem ecclesiae graecae adducebat; de Chartzeca, principe, quem ad eamdem adducere idem episcopus conabatur; ne in liturgia commemoratio eius publice fiat, quia adhuc σκεπάζεται τὸν χριςιανισμόν, *Christianismum dissimulat.* Verum adserit, licere in gratiarum actione ad mensam, praesente ipso orare pro eodem. Ἐν δὲ τῇ εὐχαριςίᾳ τῆς τραπέζης ἡμῶν παρόντος, εἰ θέλετε εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτȣ̃, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς διαφυλάξαι τὴν ζωὴν τȣ̃ αὐθέντȣ Χαρτζεκά. Quis ille fuerit, aut quinam nomine Καδȣγέρων, qui, vt videtur, illius subditi erant, intelligendi sint, nescimus. Tum de Latinis et Armeniis, ad loca sacra adorandi caussa venientibus, definit, [vv]) non repellendos, etiamsi heterodoxi et schismate ab ecclesia graeca diuisi sint: nec tamen dandam ipsis eucharistiam, sed ἀντίδωρον, seu panem benedictum, nisi proprias opiniones suas abiurauerint. De simonia: eam deplorat tamquam malum, quod temporum calamitate tolerari potius debeat, quam idcirco obedientiam episcopis

vv) Locum ex hac epistola graece et latine vulgauit *Renaudotus* p. 77-79. Paris. 1709. 4.

scopis negari, ne scandalum generetur, ex quo episcopalis ordinis, mox ipsius religionis contemtus nascatur: ferendum esse, quod emendari non possit: se saltem neminem pecuniis ordinasse, imo propriis sumtibus episcopos fecisse multos, quos ex captiuitate redemerit; mali initia ante quinquaginta annos fuisse; sufficere, vt episcopi obseruent, sintne orthodoxi, et nihil alienum ab ecclesiae graecae fide docentes: minutiis circa ritus et officia ecclesiastica non attendendum. *Fabr.* *Vindob.* in cod. caes. CCV. nr. 3. inter alia *Gennadii* epist. ad monachum quemdam, (Renaudot Κυρίῳ Μαξίμῳ etc. inseruit,) montis Sinai. v. *Lambec.* V. p. 15 sq. ibique Kollarii notam. — Eadem *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLIX, nr. 24. et *Taurini* in bibl. reg. codd. CLXXIX. fol. 249. atque CCCXIX. fol. 354. v. cat. codd. gr. Taur. 168. et 398. *Harl.*

[P] 75. Epistola haec eadem est, quam refert exstare *Lambecius* in bibliotheca Vindobonensi, ww) ad quemdam monachum: nam verbis iisdem incipit. Sed quod aliam recenset ad Ioachimum monachum Sinaitam de controuersiis quibusdam partim ad patriarcham Hierosolymitanum, partim ad Armenios et Latinos loca sacra inuisentes spectantibus, veremur, ne vitiosum exemplar viro diligentissimo fraudi fuerit. Nam de eo Ioachimo loquitur Gennadius epistola ad Maximum Sophianum, a quo, vt a Gregorio, didicerat ea, quae Sinaitarum pacem turbabant. Quum igitur eos statim remisisset mandatis instructos, vt plenius de eo argumento apud Sinaitas loquerentur, ad Ioachimum de eodem scribendi caussa nulla erat. Sed non raro parum felix in coniectando Lambecius fuit, quod sequenti exemplo manifestum erit.

76. Historiam enim rerum, inter Latinos et Graecos Ferrariae et Florentiae gestarum, scriptam a Gennadio fuisse, quae in caesarea bibliotheca seruetur, scribit l. 8. pag. 509. xx) Codi-

ww) In cod. CV. nr. 3. fin. v. *Lambec.* V. p. 16. vbi Kollar. dum in nota repetiit Renaudoti calumniam, Lambec. primum defendit, quod Lambec. nequaquam diserte pronuntiasset, epistolam ad Ioachimum eiusdem cum antecedenti ad Maximum esse argumenti, sed *fere* eiusdem, idque esse verum adfirmat: dein animaduertit, Lambecium tamen neglexisse, lectorem monere, vtramque epistolam in cod. hoc caesareo pro vna haberi, vtpote in octo capp. diuisam, et docet, sexti capitis aeque ac alterius epistolae initium esse: Τιμιώτατε ἐν ἱερομονάχοις κύριε ἰωακὴμ etc. inde autem elucere, prioribus quinque capp. comprehendi epistolam, postremis autem tribus schedam, epistolae adiectam, ἰδίως, vt Gennadius ait, atque αὐτοσχεδίως ad *Ioachimum* scriptam. Denique contra Allatium demonstrat, ex hac scheda patere, Latinos ratione nationis et disciplinae ecclesiasticae a Gennadio pro schismaticis esse habitos. — Cum cod. caesareo consentit cod. CLXXIX. fol. 150. *Taurin.* bibl. reg. et confector cat. codd. gr. Taur. pag. 268. etiam, leuem esse, indicat, Renaudoti coniecturam. In eiusdem bibl. cod. CCCXIX. fol. 357. in cat. cit. pag. 398. sequitur epistolam ad Maximum epistola ad Ioachimum. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXCV. nr. 1. 2. vtraque epistola exstat. *Harl.*

xx) Siue vol. VIII. pag. 1062. sqq. in cod. caes. LXIV. vbi Kollarius Renaudotii verba adducit, nec dissentit; sed p. 1064. in nota *A.* de subscriptione Theodosii, quam nullius esse auctoritatis, Renaudot. putat, secus sentit, et, „notionis huius (ἐκ πρωτοτύπου κώδικος) suae gratia docere debuisset vir doctus, autographum illud iam ante a. 1565. fuisse κτῆμα bibliothecae regiae; deinde τὸ ἐκ πρωτοτύπου κώδικος non videtur,

Codicem ait esse chartaceum, centum et sedecim annorum. (ita scribebat anno 1679.) *quo continetur pseudo-historia concilii Ferrariensis et Florentini a Gennadio Scholario, monacho schismatico graeco, et ecclesiae occidentalis perpetuo ei infensissimo hoste, qui ante monachatum Georgius Scholarius adpellatus fuerat, et ante oppugnationem Constantinopolis per Turcas obiisse videtur, maligne atque iniuriose conscripta.* Quem titulum sibi ipse Lambecius consarcinavit ex falsissimis coniecturis Allatii. In codice vero MS. ita exhibetur: *Γενναδίȣ Σχολαρίȣ τὰ ἐν τῇ συνόδῳ πραχθέντα τῇ ὀγδόῃ ἱϛορικῶς τῇ Φλωρεντίᾳ. Gennadii Scholarii acta Florentiae in octaua synodo historice conscripta:* qui titulus, nisi typographorum culpa est, vitio non caret, et inertiam scriptoris indicat, vel potius possessoris. Nam saepissime in codicibus MSS. reperiuntur tituli scripti aliena manu, quorum nulla, nisi aliunde confirmetur, fides apud criticos esse solet. Specimen vero, a Lambecio exhibitum, est eiusmodi: Ἡ εἰς τὴν Φεράραν εἰσέλευσις σὺν Θεῷ. Μετὰ δὲ τὸ σάββατον τῆς τυροφάγȣ, εἰσῆλθεν ὁ Πατριάρχης εἰς τὴν Φεράραν μετὰ τȣ̃ βασιλέως, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναὸν τȣ̃ ἁγίȣ Γεωργίȣ. Καὶ πρῶτον μὲν ἐῤῥαντίσατο, (ita lege pro ἐξαντίσατο, voce nihili,) καὶ αὐτὸς καὶ ὁ Πατριάρχης διὰ τȣ̃ ῥαντιϛηρίȣ. Εἶτα ὑπέδειξαν αὐτῷ οἱ ἐκεῖσε Λατινομοναχοὶ εὐμεγέθη καὶ εὐτραφῆ χεῖρα, τȣ̃ ἁγίȣ Γεωργίȣ λέγοντες εἶναι· ὑπὸ σανίδος κοιλανθείσης περιεχομένην, etc. Non viderat, opinor, Lambecius historiam eiusdem concilii, a Syluestro Syropulo scriptam, [P] etsi editam antequam octauum ipse suum librum publicaret, annis integris decem et octo. In ea porro haec verba, quae sola nobis exhibuit speciminis loco, leguntur p. 89. editionis, quae vnica est, Hagae Comitis a. 1660. fol. vt etiam in authentico et autographo exemplari ipsius Syropuli manuscripto: vnde exemplum descriptum a Claudio Sarrauio habuit Isaacus Vossius, ab eo Robertus Creygthonus, infidus iuxta et imperitus interpres, quo nemo fortassis vmquam in interpretando infelicius nugatus est, adeo, vt ne quidem auctori nomen suum constare passus sit: tanta et tam inepta commentatus, vt Syropulum in Sguropulum verteret, contra manum auctoris, et omnium illius temporis actorum fidem. Quam ergo historiam Gennadio Graeculus quispiam imperitus, et eum sequutus Lambecius, adscripsit, ea Syropuli est, vt etiam postrema verba ab eo citata indicant: Ἐξ ὧν πέπεισμαι, ὡς ȣ̓ παραχωρήσει ποτὲ ὁ Θεὸς, συϛῆναι τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ κακῶς γεγονυῖαν ἕνωσιν, quae leguntur extrema pag. 350. Nullius vero auctoritatis est subscriptio *Theodosii*, Notarii ecclesiae Constantinopolitanae, qui anno mundi 7071. Chr. 1563. librum transcripsit, ἐκ πρωτοτύπȣ παλαιȣ̃, quum autographum ipsum habeat bibliotheca regis christianissimi. Mirum sane fuisset, inter tot tamque diuersa Gennadii opera, quae in MSS. codicibus leguntur vel indicantur, et notitia opusculorum, quam habemus ab ipso Gennadio scriptam, non exstare vllam tam prolixi operis memoriam: praesertim quum in orationibus contra vnionem, et disputationibus aduersus Latinos, tam multiplex illius citandi esset occasio.

tur, mea quidem opinione, indicare ipsum auctoris autographum; sed quodcumque aliud vetustum exemplar." — In eod. vol. VIII. pag. 1050-1061. codd. LXI. LXII. et LXIII. recensentur, qui continent *Acta concilii Ferrariensis et Florentini*, a. 1438. et 1439. celebrati: in illis sunt (v. *Lambec.* p. 1055. sq.) *Georgii Scholarii* epistola ad graecos patres etc. et orationes III. ad concilium Florentin. supra memoratae. Confer infra, vol. XI. pag. 682. sqq. vet. ed. vbi, b. c. d. plures codd. laudabimus. *Harl.*

casio. Haec porro a nobis necessario dicenda erant, ne cui fraudem faceret Lambecius: [Kollarii admonitionem iam in nota memorauimus.]

Hactenus Eusebius Renaudotus. Fabr.

[Addamus aliorum scriptorum memoriam, duce praesertim *Allatio* de Georgio Scholario; add. *Oudin.*

In catenis patrum frequens fit mentio Gennadii s. Georgii Scholarii et fragmenta occurrunt. v. supra in vol. VIII. p. 645. §. V. p. 693. p. 696. §. XX. In pluribus catenarum codd. Coislinianis. vid. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 82. 251. 389. etc. in bibl. Bodlei. cod. *Barocc.* LXXVI. — In *Niconis* collectione variorum locorum scripturae S. et scriptorum ecclesiastic. in *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 111.

Gennadio perperam adscribitur *vita Gregorii Nazianz.* v. supra, vol. VIII. p. 432. — In Niconis collect. et cod. cit. memoratur Gennadii vita *Io. Chrysostomi.*

Εὐχὴ εἰς τὸν ἕνα καὶ τρισυπόστατον Θεόν. lat. in bibl. patrum tom. IV. Paris. 1589. et alibi. *Allat.* v. supra in h. vol. p. 175. sqq.

Litteras, in sepulcro Constantini M. excisas, *de excidio vrbis et Turcarum imperio* obstrusas ad illa tempora, nullique notas ipse primus exposuit et vulgauit. Edidit eas *Dorotheus*, Monembasiae metropolita, in fine sui chronici, Venet. ap. Io. Petr. Pinellum, 1637. 4. [rec. Βιβλίον ἱστορικὸν περιέχον ἐν συνόψει διαφόρους καὶ ἐξόχους ἱστορίας etc. Venet. ap. Nic. Glykam, 1786. 4. p. 548. sq. *Harl.*] et *Matthaeus Cigala*, Cyprius, post nouam variarum historiarum synopsin, Venet. ap. Anton. Iulianum 1637. 4. Alii codd. vaticinium illud tribuunt Leoni sapienti. etc. *Allat.* Conf. supra, vol. VII. p. 695. sqq. et in not. *s.* iam citaui plures codd. ac p. 697. *Bandurii* edit. Add. cod. *Escorial.* teste *Plüero* in itinerar. per Hispan. p. 169. — *Paris.* in bibl. publ. cod. CMXXXVIII. nr. 7. *Harl.*

Ad nondum vulgata referuntur ab *Allatio Monodia de direpta CPoli per Turcas*, et prouocatur ad *Fabium Beneuolentium*, ac *Theodori Zygomalae* epist. ad Crusium a. 1581. datam in Turco-Graecia p. 100. et addit iam Allatius; „an haec, ait, epistola eadem cum Monodia, quam Angelus Iustinianus (ap. Fabium Beneuolent.) legerat? an ex quinto capite pro decretis Florentinae synodi ἀποσπασματικόν; an separatim ea conscripsit Gennadius, dein, quum opus esset, iisdem, ne verbulo quidem immutato, more grauissimorum hominum, tamquam suis, in aliis operibus vsus est? Sane quae Zygomala retulit, in capite iam laudato verbatim exscripta sunt.“

Gaulminus in notis in Eustathium de Ismeniae et Ismenes amoribus commemorat *Gennadii* librum, cuius titulus est: ἑτέρα ἔκθεσις τοῦ Ῥαμπλίου, ἣν ἔλαβον ἀπὸ τοῦ βιβλίου Γενναδίου Πατριάρχου· *alia expositio Ramplii, quam habui ex libro Gennadii, patriarchae.* Gennadii in Ramplium expositione non vno in loco vsus est Ioannes Meursius in Glossario graeco-barbaro. *Allat.* Fabricius vero sequentem subiecit notam: „Ῥάμβλιον titulus libri astrologici ex Persarum disciplina, σύνθεσις τῆς περσικῆς τέχνης τοῦ Ῥαμβλίου. Diuiditur

tur in XII. σχήματα siue tomos, quorum ἀποτελέσματα describuntur. In MS. cod. Parif. reg. yy) subiicitur simplex explicatio; altera anonymi, hoc titulo: ἑρμηνεία τῆς περσικῆς τέχνης· altera isto: ἑτέρα ἔκθεσις τοῦ Ῥαμπλοῦ, ἣν ἔλαβον ἀπὸ τοῦ βιβλίου Γενναδίου Πατριάρχου. Sed ex his verbis incertum est, iudice Cangio, vtrum Gennadius auctor sit huiusce alterius expositionis, an illa descripta sit ex libro aliquo, qui desumtus fuerit ex bibliotheca Gennadii. Vide *Cangii* Glossarium graecum, p. 1281. vbi et ipse non duos, sed vnum eumdemque Georgium Scholarium fuisse, qui iam Graecis, iam Latinis fauit, obseruat ex his verbis Marci Ephesii, archiepiscopi, ex eius ad Gennadium epistola inedita in cod reg. 3118. Μάρκου Ἀρχιεπισκόπου Ἐφέσου εἰς Κῦριν Γεώργιον τὸν Σχολάριον. Ὅσης ἡμᾶς ἐνέπλησας ἡδονῆς, etc. [v. supra Renaudot. de Gennadio §. 23.] Eadem produxit *Allatius* p. 88. contra Creyghtonum et Renaudot. p. 53." Hactenus *Fabricius*.

Allatius nr. 9. commemorat Gennadium περὶ ψυχῆς, *de anima*, et ὑπάρξεως αὐτῆς, *de existentia ipsius*, Scoriaci in bibl. regia, VI. δ. 11. et ε. 3.

Idem nr. 10. postquam acriter inuectus est in Marcum, Ephesinum antistitem, fusius loquitur de *Gennadii* responsione ad illius capp. syllogistica contra Latinos: de qua v. supra ad §. 3. de scriptis Gennadii et alibi.

Nr. 11. 12. 13. Gennadii *de catholica fide*, *de S. Trinitate* et alia, de quibus ad Renaudot. de scriptis Genn. egimus.

Nr. 14. De Georgio Plethone, Gennadii aduersario. Conf. *Schroeckh*. Hist. eccl. christ. tom. XXX. p. 433. sq. et paullo post ad nr. 24.

Nr. 15. *Gennadii* ἐξήγησις εἰς τὸ βιβλίον τοῦ Πορφυρίου, τὸ περὶ τῶν πέντε καθόλου, εἴτουν τὴν εἰσαγωγὴν τοῦ Πορφυρίου. *Expositio in librum Porphyrii, qui est de quinque vniversalibus, vel in introductionem Porphyrii.* Princ. Τέσσαρα τινὰ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκ τῆς φιλοσοφίας προσγίνεται; MSS. autem *Romae* in bibl. Vaticana, *Georgii Schol. prolegg. in logicam* et *in Porphyrii Isagogen*. v. *Montfauc*. Bibl. biblioth. MSS. p. 9. *A*. — *Florentiae* in cod. bibl. Laurent. XVII. nr. 34. plut. 59. *Porphyrii* introduct. de quinque vocc. cum scholiis margin. (quorum nonnulla *Scholarii* nomen prae se ferunt,) et quibusdam praeliminaribus. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. vol. II. p. 535. et conf. supra, vol. V. p. 735. sqq. ac mox nr. 16.

Nr. 16. Eiusdem ἐξήγησις εἰς τὰς δέκα κατηγορίας τοῦ Ἀριστοτέλου· *Expositio in decem praedicamenta Aristotelis*. Princ. ὅσα μὲν ἔδει περὶ τῆς φιλοσοφίας, καὶ ἔτι περὶ τῆς λογικῆς. Idem opus legitur in *Vaticano* cod. DCCCCXLII. p. 155. cum hoc titulo: Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου προλεγόμενα εἰς τὴν ῥητορικὴν, καὶ εἰς τὴν Πορφυρίου εἰσαγωγὴν ἐκ διαφόρων συλλεγέντα βιβλίων μετὰ ἰδίων ἐπιστασιῶν. *Allat*. V. supra, vol. III. p. 209. sq. p. 213.

yy) [MMCDXIX. nr. 12. *Rhamplius de persica arte* sec. catal. MSSt. regg. Parif. vol. II. p. 499. vbi nr. 13. subiicitur *alia eiusdem e libro Gennadii, patriarchae, exscripta. Harl.*]

p. 213. 216. et 494. — In cod. *Vossiano* CXXIX. f. nr. 2240. cat. MSSt. Angliae, vol. II. *Georg. Scholar. de sensu Aristotelis circa animam* et *de ratione syllogismorum Aristotelis.* — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCMXLI. *Georgii Schol.* nr. 1. *prolegomena in logicam* et *in Porphyrii* isagogen; nr. 2. *expositio in Aristotelis categorias;* nr. 3. *expositio in librum de interpretatione.* — In *bibl. Escurial. Georgii Schol. praedicamenta in logicam et physicam Aristotelis.* v. *Montfauc. Bibl. biblioth. MSSt. p. 619. E.*

Nr. 17. Eiusdem *εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας ἐξήγησις· Expositio in librum de interpretatione*, ab Allatio iis, qui logicae operam nauant, valde commendata. — Addatur liber rarus: *Cursus optimarum questionum super philosophiam Aristotelis cum interpretatione textus sec. viam modernorum, ac sec. cursum magistri Georgii: Per magistr. Thomam Bricot S. Theologie professor. emendate*, fine notis typograph. fol. min. et *Cursus optimarum questionum super totam logicam*, (Aristot.) sec. rel. vti in superiore opere. v. *Ferd. Fossii* catal. codd. saec. XV. impressorum in bibl. Magliabechiana etc. tom. I. p. 416. et 417.

Nr. 18. Librum quoque *Guilielmi Porretani de sex principiis* e latino in graecum transtulit, et in decem praedicamenta commentario lect. 15. (ex interpretatione latina) „et haec quidem, ait, satis sunt ad deprehendendam caussam, propter quam non fuse reliqua praedicamenta pertractat. Verum tamen *Boëtius*, vel, vt plurimi adserunt, *Porretanus* quidam theologus. Nam qui opus illud ad Aristotelem deferunt, audiendi non sunt; de his sex principiis Aristotelem aemulatus conscripsit, quod ipse e latina in linguam nostram traduxi. Opus sane haud contemnendum.“ *Allat.*

Nr. 19. Scripsit etiam contra Nicolaum Cabasilam *ἀντιῤῥήσεις* et Allatius ipsius Gennadii testimonium ex eius responsione ad argumenta Marci Ephesini contra Latinos, ad quintum adtulit.

Nr. 20. Allatius testatur, in indice bibliothecae Mediolanensis se legisse, *Georgii Scholarii περὶ τῆς τοῦ Γρηγορᾶ ψευδογραφίας· de falsa scriptione Gregorae;* sed docet, id esse pseudo-epigraphum, mendumque exscriptoris, aut illius potius, qui indicem concinnauit, et se aliquando, nisi memoria fallat, in MSStis legisse: *Φαιδρασῆ περὶ τῆς τοῦ Γρηγορᾶ ψευδογραφίας·* aliis vero, quibus conferendi codices data est facultas, relinquit diiudicandum, num eadem, an diuersa a Mediolanensibus, sub Georgii Scholarii nomine diuenditis. Atque *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSSt. I. p. 497. inter codd. bibl. Mediolan. et libros *Georgii Schol.* eiusmodi libri nullam facit mentionem. — Quae scripta Gennadii theologica ex Bibliothecis Roberti Constantini Galli ac Gesneri nr. 21. nominat, ea iam supra ad Renaudoti diss. memoraui.

Nr. 22. 23. Pleraque etiam e lingua latina in graecam traduxit. In bibl. Palatina habebatur interpretatio eiusdem in graecum sermonem, *Expositionem D. Thomae in Aristotelis libros de anima, et D. Thomae Aquinatis* opusculum *de ente et essentia* ab eodem Gennadio *graece versum, et commentariis ab eodem illustratum — Florentiae* in cod. Laurent. XIX. nr. 12. plut. 86. *Thom. Aquin. in libros Aristot. de anima interpretatio*, gr. versa a *Gennadio*: et cod.

cod. XVII. nr. 8. plut. 87. eadem; tum in cod. XXVII. nr. 1. plut. 86. est *Gennadii enarratio in libr. magistri Thomae Aquinatis de esse et essentia,* dedicata ipsius praeceptori, Matthaeo Camariotae: plura dabit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. III. p. 363. et 403. ac p. 370. sq. vbi quoque mentio fit libri, ab Allatio et Fabricio omissi, qui vero in eod. cod. XXVII. nr. 2. exstat:

Gennadii Schol. περὶ ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας, Ἀριστοτέλους καὶ Πλωτίνου συμβιβαστικόν, *de humana felicitate conciliatio Aristotelis et Plotini.* Inc. ἐν πρώτῳ τῶν ἠθικῶν Ἀριστοτέλους, etc.

Nr. 24. Item ἐκ τῆς διαλεκτικῆς τοῦ μαγίστρου Πέτρου, τοῦ Ἰσπανοῦ, ἑρμηνεία Κυροῦ Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου· *ex dialectica magistri Petri, Hispani, interpretatio domini Georgii Schol.* Inc. Διαλεκτική ἐστι τέχνη τεχνῶν etc. Mediolani in bibl. Ambros. *Allat.* — *Matriti* in cod. regio LXXVI. fol. 121. eadem interpretatio Georgii Scholarii, et fol. 163. *De sophismatibus ex libris philosophi Thomae,* quem librum a Thoma Aquinate lat. scriptum, et a Georgio Schol. graece versum esse ostendit *Iriart.* in cat. codd. gr. Matrit. p. 276. In eod. cod. est *Georgii Gemisti* s. *Plethonis* liber contra *Scholarii* pro Aristotele obiectiones: tum in eod. cod. fol. 183. et 191. incerti auctoris, (quem Iriarte p. 278. *Georgium Schol.* esse suspicatur,) *synopsis syllogismorum* scil. hypotheticorum — *Vindobonae* in cod. caes. XXXIX. excerpta *ex dialectica Petri Hispani*, interprete *Georgio Scholario,* et ex *Thoma Aquinate de differentia inter essentiam et esse*, interprete eodem. v. *Lambec.* VIII. p. 818. sq. — In bibl. Ambrosiana *Mediolan. Georgii Schol. de octo partibus orationis* interpretatio ex *dialectica. Petri Hispani* grammatica, de pseudographia et impietate Graecorum. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 497. *B.* — et p. 529. *C.* in ead. biblioth. *Georgii Schol. grammatica.* Add. supra, in hoc vol. ad §. 1. de vita Gennadii de *Georgii Curtesii Scholarii* scriptis grammaticis. — Hactenus Allatius de 24. Opp. quae adtribuerat Georgio Schol. s. Gennadio. Illis addantur:

Aristotelis libri VIII. physicae auditionis *cum scholiis Simplicii, in compendium redactis a Georgio Scholario, qui postea Gennadius dictus est, Mosquae* in cod. syn. VII. v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosquens. p. 24. sq.

Ex Renaudoti diss. iam constat, Allatium a Gennadio, patriarcha CPolitano, discernere Georgium Scholarium, quem vocat schismaticum, et Georgium Curtesium, et pauca recenset scripta: multo plura relata sunt a Renaudotio et a me. Ex Allatio igitur tantummodo quaedam adiungere lubet. *Georgio Schismatico* adscribit opus, quod Londini 1624. 4. sine nomine typographi graece prodiit inscriptum: Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου σύνταγμα, ἐπιγραφόμενον Ὀρθοδόξου Καταφύγιον, τοῦ ὕστερον γενομένου Γενναδίου μοναχοῦ, τμῆμα πρῶτον περὶ τῶν αἰτίων τοῦ σχίσματος κατ' ἐπιδρομὴν, καὶ ὅτι τὰ κατὰ τὴν τρίτην σύνοδον σαφὴς ἀπόδειξις, τοὺς Γραικοὺς ὀρθῶς φρονεῖν· *Georgii Scholarii commentarius, inscriptus Orthodoxi Perfugium — Sectio prima de caussis schismatis per transcursum, et plana demonstratio, Graecos recte sentire ex iis, quae in tertia synodo statuta sunt.* Id opus, post Florentinam synodum scriptum, Allatius valde condemnat, et abortum, qui parum cauto auctori excidisset, vocat, notat denique, MStum esse in biblioth. Paris. Vaticana, Palatina

et

et alibi passim. Fabric. in nota addit, id Londini editum esse cum aliis scriptis Graecorum, Nili, Georgii Palamae Thessalonicensis, Barlaami, Meletii Pigae, Maximi Margunii, Gabrielis Seueri et Georgii Corossii. Tum, „ceterum, inquit, hoc Georgii Scholarii opus magnum paginarum 292. totum versatur in defendendo dogmate Graecorum de processione Spiritus S. atque vindicandis circa illud veteris ecclesiae doctorum sententiis. Incip. τὸν θεῖον λόγον καὶ τῆς ἀληθείας ἔφορον. Distinguitur in λόγους sex et capita LIII." Postea Allatius ex Posseuino memorat *Georgii Scholarii Monodiam in dormitionem S. Marci*, dein cod. Paris. in quo est eius oratio *de inani, absurda et incomposita, per permissionem dei, innouatione fidei;* (v. supra Renaud. §. 12. de vita Gennadii;) porro eiusdem *canonem in Gregorium Palamam, Thessalon. archiepiscopum*, alibi laudatum, et eiusdem *orat. funebrem in despotam Porphyrogennetam Palaeologum*, in cod. bibl. Mediceae; sed incertus est, num ea fuerit schismatici, an catholici. Sed haec sufficiant. Atque *Oudin.* l. c. p. 2488. sq. ex *Caroli Dufrenii, dom. du Cange* Glossario mediae et inf. Graecitatis, col. 1281. longum locum adposuit, vbi ille multos Gennadii libros, ab Allatio praetermissos, paullo latius recensuit. *Harl.*

III. GREGORIVS MAMMAS, Melissenus, imperatorum Ioannis et Constantini Palaeologorum a confessionibus, et ex hieromonacho atque protosyncello patriarcha CPol. ab A. 1445. vsque ad illud tempus, quo vrbis excidium praeuidens, abdicato sacro munere, zz) in Italiam anno 1451. aufugit atque post Romae sepultus est. De illo *Allatius* aduersus Creyghtonum Exerc. VIII. et *Petrus Arcudius* lib. 2. Concordiae de sacramentis cap. XV. p. 112. sq. Scripta eius, quae mihi innotuere, haec sunt:

1. *Ad imperatorem Trapezuntium* oratio siue epistola de sacris dogmatibus. Incipit: ἡμεῖς ὦ θειότατε βασιλεῦ. Edita graece et latine ab Allatio tom. I. Graeciae Orthodoxae p. 419 - 468. Rom. 1652. 4. *Fabr.* MS. *Venetiis* in bibl. Marc. cod. DLXXXIX. v. catal. codd. gr. Marc. p. 309. — *Florent.* in cod. Laurent. XIV. nr. 11. plut. 10. v. cat. codd. gr. Laur. I. p. 483. — *Monacii* in cod. Bauar. XXVII. fol. 97. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen, a. 1803. part. 4. p. 10. *Harl.*

[P] 2. *Antirrheticus aduersus Marci Ephesii epistolam*, quam ad omnes Christianos ille pro non recipienda synodo Florentina scripsit. Incip. Τὸ μὲν προοίμιον τοῦ αἰδεσίμου Ἐφέσου. Prodiit cum Io. Matthaei Caryophylli versione ad calcem actorum Concilii Florentini Rom. 1612. 1638. et tom. vlt. Conciliorum Binii a. 1618. p. 691. et tom. XIII. *Labbei* p. 740. et tom. IX. *Harduin.* p. 601. *Fabr.* *Antirrheticus* et *Apologia* (nr. 3.) Ven. in cit. cod. v. cat. memor. p. 309. — *Antirrheticus Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCXVI. nr. 1. *Harl.*

3. *Apo-*

zz) In cod. *Coislin.* CXCII. fol. 94. Abdicatio patriarchae *Gregorii;* init. Μὴ προσβλέψαντες εἰς τὸν θρόνον τὸν πατριαρχικόν v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. p. 248. vbi quoque fol. 67. *Gregorii contra Latinos* citatur. In cod. *Laurent.* XIV. nr. 13 plut. 10. dicitur quoque miracula edidisse: item in cod. *Bauar.* XXVII. mox citando. *Harl.*

3. *Apologia aduersus Marci Ephesii* ὁμολογίαν, siue *confessionem*, incipit: ὁ τῆς Ἐφεσίων πόλεως. Adhuc inedita, sed lecta Arcudio. *Fabr.* *Florent.* in cod. Laurent. cit. nr. 12. tum nr. 13. *Apologia* s. responsio *ad epistolam Ephesii*, *e variis S. S. sententiis*. inc. τὸ μὲν προοίμιον τῦ αἰδεσίμȣ Ἐφέσȣ v. *Bandin.* l. cit. p. 484. et infra vol. XI. p. 679. ed. vet. — Vtraque apologia in cod. *Bauar.* et loco laudato p. 11. Posterior exstat, monentibus Bandin. et Hardt, in ed. Concil. Venet. 1732. tom. XVIII. p. 753. sqq. et *Harduini* actis concil. tom. IX. p. 601. sqq. cum Ephesii epistola. Prioris autem apologiae auctor saepe vocatur Gregorius Scholarius. v. supra ad §. 11. de illius Greg. Schol. scriptis, nr. 3. *Romae* in bibl. Vatic. cod. Ottobon. *Gregorii Protosyncelli apologia in encyclica M. Ephesini.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSt. p. 187. *B.* — *Harl.*

4. *Confutatio Marci Ephesii capitum aduersus Latinos syllogisticorum.* Vsque ad caput XVII. Gregorius, cetera, Gregorio operi immortuo, Bessario absoluit. *Fabr.* Sed, vt supra ad §. de Gennadii scriptis iam animaduertere memini, haec confutatio Georgio Scholario alibi adscribitur. In cod. quidem *Ottobon.* bibl. Vatic. esse traditur a *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 185. *D. Marci Ephesini apologia Gregorii hieromonachi Protosyncelli, graece. Adferuntur multae eiusdem Gregorii epistolae.* Sed *Florent.* in cod. Laurent. XIV. nr. 14. plut. 10. et in cod. *Bauar.* XXVII. fol. 130. primo leguntur *Marci Eugenici* capp. syllogistica aduersus Latinos; tum actutum subsequuntur *Georgii Scholarii responsio ad ista, facta rogatu patriarchae Gregorii iunioris, confessoris*, et a capite XVIII. continuatio *Bessarionis*. Plura dabunt *Bandin.* et *Hardt.* locis citatis. — In cod. quoque DLXXXIX. bibl. *Marc. Venet.* ista *confutatio* adseritur *Georgio Scholario.* v. cat. codd. gr. Marc. p. 309. — *Florentiae* in bibl. Medic. Laurent. cod. XIX. nr. 22. plut. 7. exstat *Professio fidei patriarchae Gregorii, quam propter calumnias edere coactus* est: atque *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 264. suspicatur, auctorem esse *Gregorium Mammam Melissenum. Harl.*

5. Meminit etiam Gregorius, composuisse se *Apologiam pro quinque capitibus Florentini concilii*, illamque diuersam esse ab eorumdem quinque capitum defensione, quae Gennadii siue Georgii Scholarii nomine legitur, Arcudius probat non contemnendis argumentis.

Cum hoc Gregorio non confundendus *Gregorius Chius*, hieromonachus et ipse protosyncellus, recens scriptor graecus, Latinis infensus, cuius *synopsin dogmatum ecclesiasticorum* editam Venetiis a. 1635. 8. a) citat *Allatius* in consensu III. 17. et 18. p. 1297. 1299. 1301. 1341. 1346. et de quo dictum in diatriba de Georgiis, infra p. 817.

IV. NICEPHORVS BLEMMYDES, abbas, doctrina, auctoritate et virtute egregius, qui a. 1255. delatum patriarchae CPol. munus constanter respuit, hoc loco mihi est commemorandus, quoniam Io. Veccus professus fuit, se lectis eius scriptis permotum esse,

a) Secundum cat. biblioth. Leidensis, in qua exstat illa synopseos editio, bis p. 73. et 80. ea prodiit Venet. 1636. 5. Sec. *Procopium* de eruditis gr. (infra in vol. XI. p. 777. vet. ed.) scripsit opusculum *de septem sacramentis. Harl.*

esse, vt a Photianis partibus ad *Λατινόφρονας* accederet, quemadmodum supra dictum p. 340. ed. vet. De eodem Blemmyda consulendi *Stephanus de altimura* siue *Michaël le Quien* in panoplia contra schisma Graecorum p. 360. seq. [et alii, iam citati supra, vol. VII. p. 670. sq. vbi copiose agitur de Niceph. Blemm. eius scriptis horumque edd. aut codd. *Harl.*] *Orationem* eius *de veritate* citat Nicolaus Comnenus p. 356. Praenot. Mystagog. et *Orationem I. de mysteriis* p. 173. et 258. *Exegesis in Psalmos et Cantica S. Scripturae* MSta in bibl. Coisliniana [v. supra l. c. p. 672. not. *qq*] Parisiis, et apud Scipionem Maffeum Veronae, qui in epistola ad Apostolum Zenum, (Giornale de letterati d'Italia Tom. VI. p. 478.) testatur, *Geographiam* Blemmydae MStam [P] exstare in bibl. regia Taurinensi. [v. supra, l. c. p. 673. et *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 598. sq.] Ex *libris duobus de Spiritu S.* quos *Allatius* tom. I. Graeciae Orthodoxae graece et latine edidit, non vtrosque dicatos Theodoro Lascari, (vt contra Graecos libro quarto adfirmat Manuel Caleca,) sed priorem Iacobo Bulgariae episcopo inscriptum reperit etiam *Pachymeres* libro VI. Historiae, perinde vt in suo codice Allatius. [v. supra l. c. p. 670.]

V. ESAIAS CYPRIVS, cuius epistola aduersus Nicolaum τὸν Σκλεγγίαν, pro probanda processione Spiritus S. e patre et filio edita est graece et latine ab *Allatio* tom. I. Graeciae Orthodoxae p. 396-399. Incipit: καὶ ὁ γράψας καὶ ὁ διδάξας τὰ τεμάχη ἐκεῖνα. Vixit temporibus Ioannis Palaeologi, circa a. 1430. *Fabr.* Infra p. 511. vet. ed. haec addidit Fabric. *Esaiae Cyprii* orat. *de Lipsanomachis* MS. exstare *Romae* in Collegio S. I. inter codd. Andreae Eudaemono Ioannis testatur *Nic. Comnenus* p. 242. — *Lamius* in Deliciis eruditor. a. 1739. p. 236. sqq. edidit gr. ac lat. binas Mich. Glycae epistolas ad Esaiam, et hunc in praefat. p. XXI. opinatur, esse Esaiam Cyprium, qui etiam nominatur Monachus et Domesticus. Conf. *Wharton* ad Cauei hist. litt. SS. eccl. II. in adpendice p. 131. de *Nicolao Stelengia*, ad a. 1430. contra quem scripsit Esaias. — De *Esaia monacho*, asceta, item abbate, atque scriptis v. supra, vol. IX. p. 282. sqq. Codd. ibi citatis adde cod. *Monac.* Bauar. LXIII. fol. 99. sqq. *Esaiae presbyteri et anachoretae praecepta ad fratres, qui cum ipso erant*, s. sermones 31. quorum singulorum argumenta protulit cl. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 3. p. 4. sqq. et, quomodo ordo sermonum aliaque differant ab editione illorum in bibl. PP. Lugdun. tom. XII. p. 384. curate indicauit. v. *Walchii* histor. eccl. germanice scriptam, tom. X. p. 116. In catal. libror. syrorum Ebediesu cap. XLI. *Abbas Isaias* dicitur confecisse *vnum librum.* Atque *Assemannus* in bibl. orientali, tom. III. part. I. p. 46. ad illum locum plura de eo adnotauit. Eum, scripsit, fuisse *Scetensem* abbatem, et aequalem Macarii Aegyptii, Poemenis aliorumque, exeunte saeculo quarto: inprimis commemorat plures codd. in tom. I. et II. ab eo iam citatos: n. *graece*, *sententiae* 3. in tom. I. bibl. orient. p. 604. et capita 5. in tom. II. p. 514. *arabice*, *sermones* 2. in tom. II. p. 511. et *sententiae* 14. in Paradiso arabico, in tom. I. p. 585. in cod. 2. Beroeensi; *syriace* in cod. Nitrens. XVIII. in tom. I. p. 567. *sermones* 10. in cod. Nit. XIX. ib. p. 568. alii *sermones* 4. — in cod. syr. VI. ibid. p. 609. *Sermones vniuersim viginti*, qui tamen a memoratis differunt: idemque singulorum argumenta indicat. — Alius *Esaias*; martyrium eius vid. cod. *Vindobon.* XI. nr. 24. in *Lambec.* comment. vol. VIII. p. 182. sq. et illo notante Bolland. Acta Sctor. d. XVI. Febr. — *Isaias*, episcop. Naucrat. inter eos, qui

Gennadii epistolae encyclicae ad omnes metropolitanos subscripserunt, nominatur in cod. *Vindob.* XLIV. nr. 35. in *Lambecii* comm. vol. VIII. p. 893. *Harl.*

VI. AGAPIVS, Cretensis monachus, in monte Atho circa a. 1640. vixit, scripsitque librum, qui ex graecis et latinis collectus scriptoribus vulgari graeco et arabico idiomate fertur, et *ἁμαρτωλῶν σωτηρία*, *peccantium salus*, inscribitur, atque auctoris sumtibus illo, quo dixi, graeco vulgari idiomate editus est Venetiis apud Antonium Iulianum a. 1641. 4. Ex quo aliqua produxit *Antonius Arnaldus* in opere de perpetua ecclesiae fide circa Sacramentum Eucharistiae, nec non *Rich. Simon.* ad Gabrielem Philadelphiensem pag. 131. sq. 286. 291. sq. atque in epistolis selectis, gallice editis, tomo secundo epist. 7. p. 46. et epistola 11. pag. 69. et 75. Arabicae versionis meminit *Michael Nau* in vera effigie ecclesiae romanae graecaeque p. 125. Eiusdem *Agapii* quoque exstant *νέος παράδεισος*, siue vitae Sanctorum, Venet. 1641. 4. [b]) et *Θαυμάσια τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκȣ*, *miracula sanctissimae Deiparae*, item idiomate graeco-barbaro scripta atque edita, ex quorum partis tertiae p. 429. locum produxit *Ioh. Wulferus* ad tractatum Mishnicum Schekalim p. 117. [c]) In *Hendreichii* pandectis Brandenburgicis legas, *Agapium Caesareensem*, Eusebii Caesar. vitam scripsisse, teste Sozomeno ac Cassiodoro. Sed in Cassiodori Historia tripartita IV. 13. Agapii nomen male irrepsit pro Acacii, quod ex Socrate II. 4. reponendum. *Agapio* in Caesareensi episcopatu Eusebius successit. [v. supra ad vol. VII. p. 336. not. *c.*] Fuit et *Agapius*, Manetis discipulus, [d]) de quo *Petrus Siculus* in hist. Manichaeorum, et qui de eius scriptis et erroribus consulendus Photius cod. CLXXIX. Praeterea *Agapius Massalianus*, de quo idem cod. LII. [et supra, vol. X. p. 696.] nec non *Agapius*, philosophus *Atheniensis*, Procli discipulus, de quo Suidas, et non diuersus fortasse ab eodem *Agapius*, *medicus* ac *rhetor* clarus Alexandiae et CPoli, de quo idem Suidas et ex Damascio Photius cod. CCXLII. *Fabr.* Conf. infra in elencho medicor. vett. in vol. XIII. p. 41. et *Eudociam* in Ἰωνιᾷ p. 49. in *Villoison* Anecd. gr. tom I. et p. 55. de *Agapio*, philosopho Atheniensi. — Eustathii cum duobus filiis, *Agapio* et Theopisto, martyrium. v. supra, vol. X. p. 227. Acta Sctor. m. Septembr. tom. VI. p. 127. et *Kollarium* ad Lambecii comm. vol. VIII. p. 515. — Martyrium S. Bassae et filiorum eius, Theognidis, *Agapii* et Pisti s. Fidelis. v. supra, vol. X. p. 206. — *Agapii* martyrium in cod. Vatic. citato ab *Assemanno* in bibl. orient. tom. III. p. 18. not. 9. et p. 10. in cod. syriaco Nitriensi. *Agapius*, patriarcha Graecorum *Antiochenus*. v. *Assemann.* bibl. orient. tom. II. p. 351. §. 32. *Harl.*

VII. GEOR.

b) V. supra, vol. X. p. 132. vbi quaedam suppleta sunt. *Harl.*

c) Conf. supra ad vol. VIII. p. 23. sqq. praecipue longum locum ex *Villoisonii* litteris, ad me datis, de *Agapii* libr. Γεωπονικὸν, cuius caput CLXXXVII. citat *Cangius* p. 1334. Glossarii graeci, et huius edd. de Agapio ipso eiusque scriptis. — Ab *Adelung* in: Fortsetzung vnd Ergänzungen zu Ioechers allgem. gelehrt. Lexicon, vol. I. p. 291. ex catal. bibl. reg. Paris. adferuntur quoque *Theotocarium ecclesiae graecae*; graece, ex edit. *Agapii.* Venet. 1643. 4. et *Liber vocatus Thecarias*, *s. liber precum de S. S. Trinitate*, *in vsum ecclesiae graecae*, graece. Venet. 1643. 8. *Harl.*

d) Vide Volum. IX. p. 436. *Fabr.* s. vol. X. p. 729. ed. nou. Scripsit iste *librum mysteriorum heptalogum:* v. *Lambec.* V. p. 254. nr. 6. ibique Kollar. Plura de hoc *Agapio*, eius aetate, (exeunte saeculo tertio,) eiusque scriptis leges in diss. prima p. 1. sq. subiecta *Cauei* Hist. litter. S. S. eccl. tom. II. ed. Basil. *Harl.*

[P] VII. GEORGIVM PACHYMEREM licet schismatis propugnatorem arguat *Allatius* de Georgiis infra p. 718. tamen in Graecia Orthodoxa tom. I. p. 390 - 395. graece et latine edidit eius scriptum *aduersus eos; qui dicunt:* ὅτι διὰ τοῦτο λέγεται Πνεῦμα Υἱοῦ, διὰ τὸ ὁμοούσιον, ἢ διὰ τὸ χορηγεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ τοῖς ἀξίοις. *Ideo dici Spiritum Filii, quod habeat eamdem atque ille naturam, vel quod dignis ab eo suppeditatur. Fabr.* Conf. supra, vol. VII. p. 775. sqq. et 782. sqq. et *Allatium* infra in h. vol. p. 704. sqq. vet. edit. In Introduct. in histor. L. gr. tom. II. part. I. p. 524. plura scripsi de illo. *Harl.*

In eodem tomo I. pag. 469 - 536. exhibet GEORGII TRAPEZUNTII librum ad Ioannem Cuboclesium, *de processione Spiritus S.* Incipit: ὤκνουν μὲν πρότερον πρὸς σὲ γράφειν. Nec non eiusdem ad hieromonachos et sacerdotes insulae Cretae, *de processione Spiritus S. et de vna sancta et catholica ecclesia.* p. 557 - 582. Incipit: Σίμων ἱερομόναχος. Hunc Trapezuntium Graecis Λατινόφροσι adscribendum nemo dubitat, de cuius ceteris scriptis infra p. 723. seq. e) De PETRI MEDIOLANENSIS scripto, quod in eadem Graecia Orthodoxa tom. I. legitur, dixi hoc ipso volumine in superiore cap. §. XV. et de NICETAE Byzantini Volum. VI. p. 430. [s. vol. VII. p. 746. nou. ed. De cod. Marc. DXXX. ibi citato et Nicetae opusculo adnotauit *Villoison* in Anecdotis gr. tom. II. p. 250. sqq. Add. de Niceta Byzantino *Cauei* hist. litter. S. S. eccl. vol. II. p. 207. ad a. 1120. atque *Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. II. col. 1070. sq. ad a. 1120. vbi quaedam contra Caueum is monuit. — *Mosquae* sunt in cod. synod. CCCLV. *Nicetae Byzantini, philosophi, capita* et eadem in cod. CCCXCIII. *Nicetae Byzant. Patricii, philosophi* et *magistri* (διδασκάλου,) *capp. syllogistica de processione Sp. Scti;* inc. ποικίλη μὲν καὶ πολυσχιδής. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosquens. p. 235. nr. 10. et p. 250. nr. 16. *Harl.*] De CONSTANTINI MELITENIOTAE, Volum. IX. p. 198. [s. vol. X. p. 400. ed. nou. not. *n.* supra ad cap. antec. VI. nr. 11. de *Constant. Meliteniota,* infra in h. cap. p. 436. §. XXXI. vet. ed. et de eius opere medico, infra, vol. XII. p. 780. ed. vet. *Harl.*] De GEORGII METOHITAE, Diaconi, scripto Allatius de Georgiis infra p. 671. ed. vet.

MAXIMI CHRYSOBERGAE f), monachi, oratio ad Cretenses *de processione Spiritus S.* cum Latina Allatii versione claudit volumen secundum Graeciae Orthodoxae p. 1074.

e) Nat. a. 1396. mort. 1486. Conf. *Lambec.* VII. p. 201. qui in not. 2. „plura, inquit, de eo Georgio Trapez. vt et eius effigiem, aeri incisam, vide in Analect. Vindebon. tom. I. p. 1196 - 1206." ibid. p. 269. not. 3. et p. 347. sqq. — *Georgii Trapez.* epistola ad monachos Cretenses et sacerdotes de processione Sp. S. et de vna sancta et catholica ecclesia: inc. Σίμων ἱερομόναχος τῆς τῶν Κρητῶν· inedita: atque epistola ad Io. Palaeologum rom. imperator. de nauigatione eius in Italiam; (edita gr. ac lat. cum Simocatta et Phranza a *Iac. Pontano,* Ingolstad. 1604.) *Venet.* in bibl. Marc. cod. DLXXXIX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 309. — Add. *Oudin.* comment. de SS. eccl. tom. II. p. 2400. sqq. *Brucker* in hist. crit. philosoph. vol. IV. p. 65 sq. inprimis *Apost. Zenon* in Dissertazione Vossiani, tom. II. p. 2. sqq. et *Christ. Ios. Iagemann* in: Geschichte der freyen Künste vnd Wissenschaften in Italien tom. III. part. 5 pag. 259 sqq. Pauca retulerunt de eo *H. Wharton.* in adpend. ad Cauei hist. litt. SS. eccl. II. p. 149. sq. ad a. 1440. *Schroeckh* in hist. eccl. christ. tom. XXX. p. 165. sq. *Saxius* in Onom. lit. II. p. 411. sqq. vbi multos alios laudat, et p. 575. ad a. 1430. circa quod tempus in Italiam venisse censetur. *Harl.*

f) De *Luca Chrysoberge* in superiore capite §. XV.

1074 - 1088. Incipit: *βυλόμενόν με, ὦ ἄνδρες Κρῆτες.* Non parum ab hoc diuersus fuit *Maximus* ille, qui Nilum Damylae aduersarium et Graecorum dogmatum contra Latinos propugnatorem est expertus circa a. C. 1400., ipse variarum epistolarum ad Constantinopolitanos aliosque Christianos auctor. Vide volum. IX. pag. 679. *Fabr.* De *Maximo*, monacho graeco, aequali Damylae, v. *H. Wharton.* in adpend. ad Cauei hist. litter. SS. eccl. part. II. p. 87. — et de *Maximo* quodam monacho, *Caueum* l. c. in diss. I. p. 14. ed. Basil. Ille scripsit ad Nicephorum, magnae ecclesiae CP. chartophylacem, *περὶ διαφόρων κεφαλαίων* s. *Quaestiones sacras miscellaneas*, quae, eodem Caueo adnotante, exstant gr. MS. in bibl. Vindob. cod. iurid. XI. nr. 3. fol. 51. sqq. — *Maximi monachi πρόλογος τῶν παρακειμένων ἐν τοῖς μετώποις σχολίων*, in cod. Mosquensi CCCXI, v. *Matthaei* Notit. cit. p. 203. nr. 4. *Harl.*

IOANNIS CVBOCLESII *orationem de processione Spiritus S.* citat Nic. Comnenus pag. 306. Praenot. Mystagog. Is Georgio Trapezuntio aequalis, saeculo decimo quinto scripsit.

Sub saeculi tertii decimi initia clarus NICETAS Thessalonicensis, de cuius *dialogis sex de processione Spiritus S.* dixi volum. VI. pag. 434. [s. vol. VII. p. 756. nou. ed.]

[P] VIII. DEMETRIVS ὁ Κυδώνη, vt in Codicibus MSS. caesareis, regis christianiss. et Coisliniano et apud *Cantacuzenum* IV. 16. Δημήτριος ὁ Κυδώνη, et IV. 39. παρόντος τῷ Κυδώνη, videtur ita cognomine potius adpellatus, quam *Cydonius* a Cydonia Cretae, in qua commoratus sit, vt visum *Lambecio* lib. V. p. 185. [p. 387 sqq. Koll. vbi multus is est de hoc Demetrio.] Ob similem caussam ab aliis dictus Thessalonicensis [g]) vel Byzantinus: corrupte Verderio *Sydon* et Io. Iacobo Frisio atque Posseuino *Sidonius.* [h]) Ioannem Cantacuzenum, cui, imperium gerenti, carus ac familiaris fuerat, a. 1355. vna cum Nicolao Cabasila comitatus est, quum ille purpuram monastico habitu permutaret. Postea *Mediolanum venit*, Volaterrano teste, *vbi litteris latinis pariter et theologiae operam dedit. Postremo revertens in Creta substitit, vbi, erogatis in pauperes bonis, in quodam ibi coenobio persancte, citra tamen professionem vixit.* Superfuit adhuc a. 1384. quum Manuel Palaeologus habenas capessiuit Imperii, et ad illum imperatorem litteras dedit. *Nicephonem*, hieromonachum, eundem esse cum hoc Demetrio, notauit *Caueus* parte secunda Histor. litterariae scriptorum eccles. ad a. 1357. *Fabr.* In *Cauei* hist. litt. SS. eccl. tom. II. p. 56. in adpendice, ed. Basil. ad a. 1357. *Henr. Wharton.* paucis recensuit vitam et quaedam scripta Dem. Cydon. et ibid. p. 59. *Robert Gerius* Whartoni narrationem partim correxit, partim suppleuit. Atqui Gerius scripsit, Demetrium Cydon, etiam dici *Niphonem Hieromonachum.* Praeterea de nostro, dili-

g) ὁ ἀπὸ Θεσσαλονίκης, in Codice MSS. epistolar. caesareo apud *Lambecium* lib. V. p. 184. [p. 385. sqq. ed. Kollar.] Sic et *Volaterranus* lib. XV. commentar. Vrbanor. *Demetrius Cydonius Thessalonicensis, vir doctus aeque ac sanctus, graeca latinaque facundia praeditus.* Sed *Allatio* p. 856. de consensu vtriusque ecclesiae, est Byzantinus.

h) [De libr. Demetrii Cyd. *de processione Spir. Sti*] vide *Lambecium* lib. I. p. 145. [p. 264. Koll. it. p. 272. de *Augustini enchiridio*, quod Demetr. gr. vertit. *Harl.*]

diligenti Graecorum veterum, inprimis Platonis imitatore egerunt *Du Pin* in hist. eccles. vol. 12. p. 91. *Casim. Oudin.* in comment. de SS. eccles. ad a. 1350. tom. III. col. 996-1005. — *Io. Fabric.* in hist. bibl. Fabric. part. II. p. 227. *Saxius* in Onom. litter. part. II. p. 373. et in analect. p. 570. citat praeterea *Laur. Mehum* in vita Ambrosii Camaldulensis, p. CCCLVI. sq. Add. quae scripsi in Introd. in hist. L. G. II. part. 1. p. 536. sq. *Harl.*

Ex eius scriptis exstant: 1) *Epistolae*, ex quibus vna ad Nicephorum Gregoram, et altera ad Philotheum, patriarcham (qui ab A. 1362. ad 1376. fuit,) CPolitanum edita est graece et latine a *Ioanne Boiuino* ante tomum primum Historiae Nicephori Gregorae. Paris. 1702. fol. Duas ad Philotheum MStas in codice regio MCCCXXXIV. memorat *Labbeus* p. 99. bibl. nouae MSS. Alias XXX. seruat biblioth. Coisliniana p. 428. sq. decem ad Manuelem imperatorem, tres ad Cabasilam, tres ad Georgium philosophum, duas ad Caloferum, singulasque ad despotam, Protosebastum, magnum Domesticum, Oeneotem, et scribas imperatoris, praeterea singulas ad Isidorum Glabam episc. Thessalonicensem, Alexium Casandrenum, Prochorum fratrem, Phacrasam magnum primicerium, Astram et Asanam. Vnam denique sine inscriptione. Est etiam in bibl. regis Galliae teste *Labbeo* p. 296. Bibl. nouae MSS. epistola pro Caucadeno Theodoro, ad quemdam, qui plurimum poterat apud imperatorem. Alias tredecim MStas seruat bibliotheca caesarea, [in cod. CCLXI. nr. 4.] dignas supplemento [?] corporis historiae Byz. inseri, iudice *Lambecio* V. p. 184. [p. 385. not. 3. ed. Kollar. cuius not. conf.] ex quibus nouem sunt datae ad Manuelem Palaeologum imp. (qui fuit ab a. 1384. ad 1419.) ceterae singulae ad Chium medicum, ad magnum chartophylacem, Ioannem Tarchaniotam et Despotam Theodorum. Illae nouem ad Manuelem imp. habentur etiam in codice Barocciano XC. [Vna ep. ad Cabas. est quoque in cod. caes. CCLXVII. 32. v. *Lamb.* V. p. 441.] Nescio, nosterne Cydo siue Cydones intelligatur, vbi inter MSS. Isaaci Vossii memorari videas Gabrilopuli ad Cydonem et Cydonis ad Gabrilopulum epistolam, cum canonibus ad captandas vmbras aequales et inaequales: in catalogo bibl. Leidensis p. 397. nr. 45. *Fabric.* In Nicephori Gregorae historia Byzant. excerpta ex scriptis Demetrii Cydonii et in elogiis, ab editore praemissis, Dem. Cyd. epistolae *ad Philotheum.* v. supra, vol. VII. p. 655. — Binae epp. nunc primum editae, altera *Nili Cabasilae*, altera *Demetrii Cydonii*, progr. auctore *Chr. Frid. Matthaei.* Dresdae 1789. 4. — Item vir doct. ex cod. Mosq. typogr. synod. XIII. edidit octo epistolas *Dem. Cydone* ad Manuel. Palaeologum, imper. in libr. inscripto: *Isocratis, Demetrii Cydone et Michaelis Glycae aliquot epistolae* — ex codd. edidit, et animaduerss. adiecit *C. F. Matthaei* Mosquae, 1776. mai. 8. In animaduerss. p. 172. ipsi videntur Demetrii Cyd. epistolae illae multis multorum praeferendae „cum propter elegantiam et puritatem sermonis graeci, tum quia multum est in eis τὸ μετὰ τῆς χάριτος καὶ τοῦ ἠθικοῦ ἀνθηρόν τε καὶ ἀφελές." Idem V. C. mentionem facit illius cod. et codd. CCCXXIII. nr. 14. atque CCCXXIV. in quibus exstat vna Demetrii epistola in Notit. codd. gr. Mosquens. p. 210. n. 7. et p. 212. — In cod. *Coislin.* CCCXV. sunt 36 epistolae, a Fabricio partim memoratae et alia Demetrii Cydonii opp. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 428. sq. et p. 455. quatuor epistolae anonymi ad Cydon. in cod. CCXLI. — Paris. in bibl. publ. cod. MCCXIII. nr. 30. 36. 37. et 39. variae epp. — in cod. MCCCX. nr. 4. et 5. duae ad Philotheum epp. — in cod. MMDCLXXI. nr. 11.

episto-

epistola ad Theodoritum, monachum, et nr. 12. alia ad quemdam, non nominatum. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. DIX. epistola ad Iosephum Bryennium: inc. τῶν μὲν σῶν. Sequitur epigramma in sepulcrum Demetrii Cydonii: inc. Κόσμος, ὅς ἦν φύσεως. v. cat. codd. gr. Marc. p. 273. — *Taurini* in bibl. reg. cod. CLXXIX. epistolae septemdecim: tres ad Ioasaph; tres ad Manuel. imper. vna ad Cabasilam vna ad magnum chartophylacem; vna ad Nilum, patriarcham; vna ad medicum; vna ad Purophilum; sex, nominibus non additis. v. cat. codd. gr. Taur. p. 266. sq. — *Romae* in bibl. Vatic. *Dem. Cydon. ad Nicephorum Gregoram.* v. *Montfauc.* Bibl. bibl. MSS. p. 146. *A.* — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XII. nr. 24. plut. 57. quatuor eiusdem epp. vti suspicatur *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. II. p. 352. — ib. in cod. XXIV. nr. 9. plut. 59. epistolae XXII. quas recenset *Bandin.* l. c. p. 542. sq. — ib. in cod. XIII. nr. 25. et 27. duae ep. Nic. Cabasilae ad Cydonem, et nr. 26. huius epistola ad Cabasilam. v. *Bandin.* l. c. p. 107. et, hoc adnotante, eaedem in cod. *Vindobon.* CCLXII. nr. 31. et 32. sec. *Nesselii* cat. bibl. caes. Vindob. part. I. p. 368. et 369. *Harl.*

2. *Monodia*, siue comploratio ἐπὶ τοῖς ἐν Θεσσαλονίκῃ πεσοῦσι, de ciuibus, qui dissidio, seditione ac tumultu intestino Thessalonicae A. C. 1343. sub imperio Ioannis Cantacuzeni perierunt. Graece et latine exstat inter scriptores post Theophanem in corpore historiae Byzantinae p. 385 - 392. [p. 317. sec. cat. bibl. Leid. p. 221. nr. 56.] edente *Francisco Combefisio* Paris. 1685. fol. *Fabr.* Conf. supra, vol. VII. p. 683. nr. 8. ibique not. *h.* — *Monodia* in cod. *Paris.* MCCXIII. nr. 38. bibl. publ. — eadem in cod. *Coislin.* CCCXV. fol. 770. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 429. *Harl.*

3. Συμβουλευτικός· *Oratio ad Graecos deliberatiua*, de periculo, quod a Turcorum potentia et odio illis tunc imminebat, et de modis hoc auertendi illique occurrendi per concordiam cum Latinis, eorumque subsidium, nec non per fortem constantiam et cautam virtutem. Scripta haec oratio, profecto Romam imperatore, est *Ioanne Palaeologo*, non Manuelis F. vt visum *Combefisio* p. 1281. quem sequuntur bibliothecae Patrum Lugd. editores T. XXVI. p. 515. D. sed filio Androniei Palaeologi, Io. Cantacuzeni genero, cuius professionem fidei, A. C. 1369. Romae editam, ad Vrbanum V. exhibet *Allatius* libro 2. de consensu vtriusque ecclesiae c. 17. p. 843. sq. graece et latine. Demetrii vero illam, quam dixi, orationem vtraque lingua edidit *Combefisius* tom. 2. auctarii noui p. 1221 - 1281. Incipit: πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες. Latine ex Combefisii versione exstat tom. XXVI. bibl. Patrum, Lugd. p. 515. *Fabr.* In cod. *Coislin.* CCCXV. fol. 650. orat. a Fabricio citata, et fol. 679. συμβουλευτικὸς β΄. inc. ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μὴ περὶ τοιούτων. v. *Montfauc.* l. c. p. 428. — *Florent.* in cod. bibl. Laurent. cod. XXXIV. nr. 3. inc. πρῶτον μὲν· v. *Bandin.* cat. cod. gr. Laur. II. p. 542. — *Paris.* in bibl. cod. MCCXIII. nr. 32. et 33. haec ac sequens oratt. *Harl.*

4. *De Callipoli*, claustro Chersonesi et Thraciae, (quam, a. 1357. iam a Turcis captam [i]) non diu post virtute aliorum Graeci receperant,) *non tradenda Murati*, eam pro pace

i) Vide *Io. Leunclauii* pandectas turcicas ad illum annum.

pace petenti. Incipit: ἔδει μὲν ὦ ἄνδρες, graece et latine in tom. II. auctarii noui Combefisiani p. 1284-1318. Et latine tom. XXVI. bibl. Patrum p. 523. *Fabr.* MS. in codd. Coislin. Paris. et Laurent. ad nr. 3. citatis. *Harl.*

[P] Περὶ τοῦ καταφρονεῖν τὸν θάνατον [k]). *De morte contemnenda* oratio, quam latine vertit *Raphaël Seilerus* Augustanus, et ex Io. Iac. Fuggeri bibliotheca cum Hermiae irrisione primum edidit graece et latine Basil. 1553. 8. Incipit: τὸν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμόν. *Hieronymus Wolfius*, qui a. 1577. notas addidit, testatur in cod. bibl. Fuggerianae exstitisse libellum eiusdem argumenti auctore *Nemesio*, Νεμεσίου λόγος, ὡς ἄλογός ἐστιν ὁ θανάτου φόβος, e quo magna pars huius orationis sit transscripta vsque ad verba p. 485. τοσαῦτα ἡμῖν εἰρήσθω. Continet autem praeter hoc, quod promittit titulus, insignia argumenta pro confirmanda animorum immortalitate, et egregias adhortationes ad vitam ita instituendam, vt ne, bestiarum more si vixerimus, non communem cum bestiis interitum in morte, sed grauiora post mortem supplicia horrere cogamur. Vtor editione, quae lucem vidit Basileae 1577. 8. in fasciculo scriptorum [l]), cui titulus est: *Doctrina recte viuendi ac moriendi*, et qui prelo iterum subiectus fuit ibidem 1586. 8. Cum Aenea Gazaeo olim editam elegantem et philosophice christianam diatriben vocat *Barthius* p. 3000. Aduersar. respicit autem editionem Tigurinam a. 1559. fol. vbi inter theologorum graecorum veterum orthodoxorum scripta, Conrado Gesnero curante edita, occurrit post canones apostolorum, Ignatii epistolas, Athenagorae apologiam et librum de resurrectione atque Theophrastum Aeneae Gazaei graece et latine cum Seileri versione, subiunctam habens Hermiae irrisionem et Agapeti paraeneticum. *Fabric.* Nouissima, eaque emendatior et docta nouaque recensio est curata a *Kuinoelio*, quae inscripta est: *Demetrii Cydonii opuscul.* de contemnenda morte, graece et lat. recensuit, emendauit, explicauit *Christi. Theoph. Kuinoel, S. S. Theol. cultor.* Lipsiae 1786. 8. — MS. in cod. *Monac.* Bauar. LVIII. fin. qui cod. olim in bibl. Io. Iac. Fuggeri adseruabatur. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen a. 1804. part. 1. p. 38. — in bibl. *August.* Vindelic. v. *Reiser.* indic. MSSt. illius bibl. p. 82. nr. 15. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXIII. nr. 26. — in cod. *Coislin.* CCCXV. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 428. add. ad not. * *Harl.*

6. *Homi-*

k) In codice caesareo inscribitur: Δημητρίου τοῦ Κυδώνη λόγος, ὅπως ἄλογον τὸ τοῦ θανάτου δέος, ἀποδεικνύων. *Lambec.* V. p. 210. *Fabr.* Siue p. 436. ed. Kollar. nr. 16. cod. CCLXVII. — *Florent.* in cod. Medic. Laur. XXIV. nr. 4. inscr. ὅτι ἄλογον τὸ τοῦ θανάτου δέος. v. *Bandin.* cat. codd. graec. Laurent. II. p. 542. *Harl.*

l) Scripta cetera sunt: Pars Theaeteti *Platonis* cum Adolfi Occonis versione latina. 2) Libellus *Aristoteli* tributus de virtutibus cum versione Iusti Velsii. 3) *Georgii Gemisti Plethonis* liber de virtutibus quatuor: cum versione Adolfi Occonis et commentario Anonymi, quem Hieron. Wolfium esse constat, nec non Virtutum exactiore diuisione per Simonem Grynaeum. 4) Ex *Nemesii* libro de natura hominis capita de voluptate et aegritudine, cum versione Nicasii Ellebodii. 5) *Platonis* Axiochus cum eiusdem Hieron. Wolfii versione et notis, qui non dubitauit, post quinque alios interpretes hunc libellum de integro transferre.

6. *Homilia in S. Laurentium.* Incipit: οἱ σώφρονες τῶν ἐραστῶν. MS. in codice Barocciano XC. [v. supra, vol. X. p. 267.]

7. *Homilia alia*, cuius initium: τοῖς ὑπὲρ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν. MS. in eodem codice. [v. supra, vol. X. p. 281.]

[P] 8. *Solutio argumentorum quorundam circa incarnationem CHRISTI.* MS. in eodem codice. Incipit: τὰ δὲ ἀνωτέρω πρὸς τοῦτο.

9. *In Pentecosten, de Spiritu S.* Incipit: οἱ μετὰ τοὺς γενναίους ἀγωνιστὰς εἰσιόντες. Meminit *Allatius* de consensu vtriusque ecclesiae p. 857. Sermones in Pentecosten Gesnerus memorat p. 195. bibliothecae. *Fabr.* Conf. supra, vol. X. p. 308. *Harl.*

10. *In Adnunciationem b. Virginis* homilia, quae incipit: Ὅσαι τῶν πόλεων βούλονται τοῖς βασιλεῦσιν. MS. in codice Barocciano XC. Oxoniae in bibl. Bodleiana et in bibl. caesarea, m) nec non in regis Galliae et codice Coisliniano CCCXV. fol. 591. vbi notatur, eam non legi in ecclesia, sed ab ea improbari: οὐ μὴν ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμενος διὰ τὸ τῇ καθολικῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἀποδοκιμασθῆναι.

11. *Prooemium*, cuius initium: Ὅσοις ὁ Θεὸς ἄρχειν ἑτέρων καὶ βασιλεύειν. MS. in bibl. Coislinianae eodem codice p. 701. n) Prooemia duo in Chrysobullum monasterii in Didymoteicho MS. regis Galliae cod. MDCCLIX. teste *Labbeo* p. 83. bibl. nouae MSS. et 296.

12. *Ad Barlaamum*, Hieracensem ab a. 1342. episcopum, (non ab a. 1303. vt Canisius,) *de processione Spiritus S.* cum Barlaami responsione, ex MS. codice Bauarico edidit latine *H Canisius* T. VI. lection. antiquar. Ingolstad. 1604. 4. [p. 4 s. in ed. Basnag. tom. IV. p. 369. sqq. *Harl.*] vnde recusa est tom. XXVI. bibl. Patrum Lugd. 1677. p. 10. Incipit: *Cum olim tu partibus nostris dimissis.* Confer *Bzouium* ad a. 1332. num. 5.

13. *Liber contra Gregorium Palamam*, in quo illius errores ex commentariis illius excerptos digerit refellitque. Edidit graece cum versione sua et notis *Petrus Arcudius* in opusculis aureis Theologorum Graecorum, Rom. 1630. 4. recusis ibidem 1671. 4. [al. 1670. 4.] Etiam Ioannis Cyparissiotae libri octo contra Palamam in codicibus quibusdam tribui solent Demetrio Cydonio. [conf. *Oudin.* l. c. col. 1005.]

14. *Liber*

m) In cod. CCLXVII. nr. 17. notatur quoque οὐ μὴν ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμενος etc. v. *Lambec.* V. p. 434. sq. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXIII. nr. 31. — De cod. *Coislin.* v. *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 428. — ead. in cod. bibl. *Escorial.* v. *Plüer.* Itinerar. per Hispan. p. 165. *Harl.*

n) In cod. illo *Coislin.* sunt duo prooemia in Chrysobullum; prius, fol. 699. incipit: πάντα μὲν ἁπλῶς ἄνθρωπον ὁ ἱερὸς λόγος. posterius, fol. 701. inc. ὅσοις ὁ θεὸς ἄρχειν. v. *Montfauc.* l. c. p. 428. — Prooemia *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXIII. nr. 34. Praefatio in auream bullam, concessam monasterio Seruatoris: inc. ἐν τῷ Διδυμοτείχῳ. nr. 35. alia praefatio, in qua loquitur Ioannes Palaeologus. *Harl.*

14. *Liber de processione Spiritus S.* aduersus Maximum Planudem in capita duodecim distributus, prodiit graece et latine in eadem *Arcudii* collectione, vna cum aliis scriptis quibusdam Io. Vecci, Bessarionis cardinalis, et Maximi Planudae. *Fabr.* *)

15. *Alius liber eiusdem argumenti*, diuisus in capita XLI. et rogatu amici cuiusdam compositus. Incipit: ἐπὶ πολλῶν τῆς σῆς φιλομαθίας. MS. in bibl. caesarea. Vide *Lambecium* V. p. 183. *Fabric.* siue p. 384. ed. Kollar. nr. 1. cod. CCLXI. add. *Lambec.* vol. I. p. 264. sq. — *Mosquae* in bibl. synod. cod. CCCII. nr. 61. is habet capita 42. teste *Matthaei* in not. codd. gr. Mosq. p. 197. — *Venet.* in bibl. Marc. codd. CLVI. et CLVII. v. cat. codd. graec. Marc. p. 89. et cl. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. tom. I. p. 92. — in bibl. *Escor.* cod. disputatio de Spiritu S. inter Graecos et Latinos. v. *Plüer* Itinerar. per Hispan. p. 165. *Harl.*

16. *Alius liber eiusdem argumenti* pro S. Thoma Aquinate aduersus elenchos Nicolai Cabasilae. Meminit *Allatius* lib. II. de consensu cap. 18. §. 5. qui etiam obseruat, laudari a Gennadio resp. ad VI. syllogismum [?] Marci Ephesii contra Latinos. Incipit: ἡ μὲν κατὰ Λατίνων προθυμία τοῦ ἀνδρός. Occurrit etiam MS. in codice *Barocciano* XC. et in bibl. caesarea, vna cum epistola Demetrii Cydonii ad amicum, communicari sibi illud opusculum petentem, quae incipit: τὴν μὲν ὅσαν αἰτίαν εἰ βούλει μαθεῖν, vt testatur *Lambecius* loco laudato. *Fabric.* in vol. V. p. 384. sq. ed. Kollar. nr. 2. et 3. cod. CCLXI. add. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 549. *E.* — Tum *Venet.* in bibl. Marc. cod. CLVII. v. cat. cit. p. 89. — *Mosquae* in bibl. synod. cod. CCCXCIV, nr. 19. v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosq. p. 252. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XVII. nr. 15. plut. 59. *Dem. Cyd.* oratio pro Latinis, soluens Graecorum obiectiones, quam profert contra syllogismos Thomae Cabasilas (Nicolaus) in suo libello aduersus Latinos. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 532. et *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 234. *D. Harl.*

17. Nescio praeterea, vbi exstent Demetrii Cydones *Dialogi*, Posseuino memorati tom. I. Apparat. sacri p. 419. *Fabr.* An *Demetrii Chrysolorae? Florent.* in bibl. Laurent. cod. XII. plut. 5. exstat *dialogus*, (Demetrii Chrysolorae cum Demetrio Cydon. de angelis, de processione Spir. S. etc.) *destruens orationem a Demetrio Cydones scriptam contra Nilum Cabasilam:* conf. plura, a *Bandin.* l. c. I. p. 32. prolata, et paullo post de Demetrio Chrysolora. *Harl.*

*) *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCXXVIII. nr. 2. *Maximi Planudae* capita quatuor de processione Spir. S. cum *Bessarionis* et *Demetrii Cydonii* responsione: et in cod. MCCLXX. nr. 6. *Maximi Planudis* capp. de processione Sp. S. e patre solo: subiunctae sunt capitibus singulis *Bessarionis* et *Demetrii Cydonii* responsiones. Sequuntur alia quaedam, ad concilium Florentinum pertinentia. vid. cat. codd. MSS. bibl. regiae, vol. II. p. 161. et 270. — ibid. in cod. MCCLXVII. nr. 20. *Demetr. Cyd.* opusc. de processione Spiritus Scti. — *Monac.* in cod. Bauar. XXVII. sunt *Planudis* quatuor argumentationes de process. Spir. S. et totidem *Bessarionis* responsiones: his accedit *Demetrii Cydonii* testimonium de his capp. in margine positum. vid. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 4 p 8. *Harl.*

18. *Contra Eunomium, de diuinitate Filii*, quod laudat *Volaterranus* lib. XV. Commentar. Vrban. et fuit in bibl. Scorialensi.

19. *Liber de vita, doctrina et miraculis Thomae Aquinatis.*

20. *Chronographiae sacrae compendium et genealogia Christi*, seruatoris nostri, ab Adam vsque ad eius adscensionem, arbore successionum expressa, quae memoratur in Alexandri Baruoëtii catalogo MSS. bibl. Scorialensis, et incendio illius bibliothecae a. 1671. periit. *Fabr.* *Genealogia Christi*, in cod. *Escorial.* teste *Plüero* in Itinerar. per Hispan. p. 165. In *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 618. D. sic indicatur: *Cydonii genealogia Christi et Mariae ab Adam per arborem et globulos genealogicos distincta. Harl.*

[*Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXIV. nr. 6. 7. 8. plut. 59. tres Demetrii Cydon. *orationes* exstant, a Fabricio non memoratae: v. *Bandin.* cat. cit. II. p. 542. scil.

Orat. *ad imperatorem Cantacuzenum:* incip. Ἀνηνέγκαμεν, ὦ βασιλεῦ, τῶν συνεχῶν.

Or. ad eumdem: inc. Ὅτι μὲν τὰ παρόντα χρὴ προσειπεῖν.

Or. *ad imper. Ioannem Palaeologum:* inc. Ἄριστε βασιλεῦ, πολλῶν ἀγαθῶν πολλάκις. *Harl.*]

Graece vertit e latino.

21. *Richardi* Florentini, monachi Dominicani, clari circa A. C. 1300. *Confutatio Alcorani Muhamedici*, quam cum latina versione Bartholomaei Piceni edidit Theodorus Bibliander in syntagmate scriptorum Anti-Muhamedanorum, Basil. 1543. fol. p. 83. Recusa Rom. 1606. 8. memoratur in catalogo bibliothecae Barberinae p. 322. Vide, si placet, quae de hoc opere dixi volum. VI. huius bibl. p. 691. *Fabr.* s. vol. VIII. p. 86. sq. ibique v. not. *oo.* add. *Fabric.* nostrum in Delectu argumentorum et syllab. scriptorum, qui veritatem religionis christ. — adseruerunt, p. 123. not. **. — *Oudin.* comm. l. c. col. 1000. sqq. — Edit. *Alcoran.* cum confutationibus ex edit. *Theodori Bibliandri*, Basil. 1543. vberius recenset *Io. Fabr.* in Historia bibl. Fabric. part. II. p. 223. sqq. MS. quoque exstat in cod. bibl. *Vaticanae.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 12. *D. Harl.*

22. Etiam *Alcoranum* ipsum in graecam linguam transtulisse fertur Demetrius apud Gesnerum in adpendice Bibliothecae, edita Tiguri a. 1555. fol.

23. Ex *Augustini* sermonibus capita quaedam transtulisse, Gesnerus et alii memorant. *Fabr.* MS. *Romae* in bibl. Vatic. v. *Montfauc* l. c. p. 12. *C.* — et p. 708. *D.* de cod. bibl. *Sfortianae*, in quo sunt *Augustini* oratt. siue precationes 37. conuersae ex latino in graec. serm. a *Demetrio Cydonio* — *Augustini Enchiridion* gr. versum a *Demetrio Cyd.* v. *Lambec.* I. p. 272. *C.* Conf. tamen *Schoenemann* biblioth. histor. litterar. patrum latinor. tom. II. p. 300. *Harl.*

24. *St.*

24. *S. Thomas* Aquinatis summam aduersus gentes. *Fabr.* Conf. *Lambec.* I. p. 266. sqq. et V. p. 364. nr. 4. cod. CCLVII. ex *Th. Aquinatis* libr. IV. de veritate catholicae fidei contra gentiles, et ex eiusd. summa theologiae capp. miscellanea 45. gr. versa. — *Romae* in cod. Vatic. v. *Montfauc.* l. c. p. 12. *C.* et *D.* — *Th. Aquinatis* primae partis summae quaestiones 49..priores versae, in cod. *Barocc.* LXV. auctor cat. MSSt. Angliae etc. I. p. 7. liber, ait, ipse *ἀνεπίγραφος. Planudi* tamen tribuitur in catal. impresso, nescio, quo auctore. Nam *Demetrium Cydon.* vertisse librum Aquinatis, testatur Possευinus. — *Florentiae* in cod. Laurent XII. nr. 11. *expositio articulorum fidei*, edita a *Thoma Aquinate*, et nr. 12. ex eiusdem libro III. *contra Graecos* cap. 122. quod matrimonium inseparabile esse debeat, gr. vers. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 534. sq. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXXXV. et MCCXXXVII. *Thomae Aquin. summae theologicae* pars secunda, gr. versa, atque in cod. MCCXXXVI. eiusd. *summa aduersus gentes*, gr. versa a *Demetrio Cyd.* vnde suppleri potest *Fabr.* bibl. med. et inf. latin. tom. VI. p. 238. ed. Mansi. *Harl.*

25. Eiusdem Summae theologicae partem I. et II. MSS. in bibl. Vaticana et caesarea. [v. ad nr. antec.]

26. Librum *de contemtu mundi.*

27. *Anselmi* Cantuariensis librum de processione Spiritus S. contra Graecos. Incipit: *οἱ μετὰ τὰς γενναίας ἀγωνισὰς εἰσιόντες.* Meminit Allatius p. 857. de consensu. [in cod. *Vatic.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 12. *C.* Add. supra n. 9.]

28. Eiusdem *Anselmi* epistolam de tribus quaestionibus ac praesertim de [ꝑ] fermento et azymo, ad Valerianum siue Waleraunum, Nuremburgensem episcopum. Incipit: *εἰδότι βραχέα λέγω.* Meminit Allatius loco laudato. *Fabr.*

[Liturgiae s. *Missae* sec. ritum romanum partem graece versam esse a *Demetrio Cyd.* docet cel. *Morell.* in biblioth. MSta gr. et lat. tom. I. p. 50. et 52. de cod. *Marc.* XXXVIII. et addit, aliam Missae in natiuitate Domini sec. ritum Ambrosianum *Demetrii* gr. interpretationem vulgatam esse ab *Antonio Fumagallio*, monacho Cisterciensi, in collectione inscripta: *Raccolta Milanese*, Mediolani 1757. *Harl.*]

Alii p) Demetrii, circiter centum.

Demetrius *Adramytenus*, grammaticus; infra, Ixion.

Demetrius *Aetolicus*, de quo Strabo lib. X.

Demetrius *Alabaldus*, ex quo excerpta de notis ponderum et mensurarum edidit *Dionysius Godofredus* in auctoribus latinae linguae pag. 1526. *Fabr.* *Veronae* in museo Scip. Maffei. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 491. *B. Harl.*

p) Demetrios varios collegerat ante me *Io.* *Ionsius* lib. 2. c. 18. et *Menagius* ad Laërtium lib. V. sect. 83. sq. quorum obseruatis plura mea adiunxi.

Demetrius *Alexandrinus*, mathematicus, cuius γραμμικὰς ἐπιστάσεις laudat Pappus Alexandrinus p. 95. Idem fortasse, quem de quaternario numero allegat Plinius XXVIII. 6.

Demetrius, sophista *Alexandrinus*, Fauorini amicus, Galeno laudatus, peripateticus, de quo Menagius ad Laertii V. 84. Hic fortasse auctor libri περὶ ἑρμηνείας, qui fertur sub nomine Demetrii Phalerei, vt notaui lib. IV. cap. 31. [s. cap. XXXIII. supra in vol. VI. p. 63. sqq. inprimis p. 65. nou. ed. *Harl.*] Eius τέχνας ῥητορικὰς Laërtius loco laudato memorat.

Demetrius, *Alexandrinus* episcopus ab A. C. 190. ad 231. qui cyclum paschalem et ieiunia ecclesiae suae tradidit, de quo Photius cod. CXVIII. Eutychius et alii: ex recentioribus *Iobus Ludolfus* ad historiam Aethiopicam commentario p. 383. et 437. sq. atque *Eusebius Renaudotus* in historia patriarcharum Alexandrinorum p. 20. sq. *Fabr.* Conf. *Schroeckh.* hist. eccles. christ. part. IV. p. 33. (35.) et supra, vol. VII. p. 298. §. 13. ibique *Keilii* V. C. supplem. *Harl.*]

[Demetrius, *Alexandrinus*, cynicus philosophus. v. supra, vol. III. p. 515. sq. — Ibid. Demetrius, *Alexandrinus*, Theombroti discipulus. *Harl.*]

Demetrius *Amisenus* in Sidena Ponti regione, Ratheni F. mathematicus, quem laudat *Strabo* XII. p. 548.

Demetrius *Amphipolites*, Platonis discipulus. *Laërt.* III. 43. et 46.

Demetrius *anagnostes*, cuius grammatica graeca MS. Florentiae in bibliotheca monasterii S. Mariae, in codice decimi quarti saeculi. *Fabr.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 416. *A.* et eiusd. Diar. italic. p. 368. sq. *Harl.*

Andreas Demetrius, recentis aetatis scriptor, qui belgica lingua scripsit: Der Griecken opganck en oderganck. Dordraci 1599. 4. Res gestas ducum veterum Atheniensium et Lacedaemoniorum vsque ad Alexandrum Magnum persequitur, quales a Cornelio Nepote, Plutarcho et aliis vetustis scriptoribus traduntur. *Fabr.* In bibl. reg. *Taurin.* exstare *Andreae Demetrii de prooemiis concinnandis rhetoris* opusc. gr. dicitur in *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 1334. *B. Harl.*

[P] Demetrius *Antigoni* citatur a Stephano Byz. in Κύῤῥος.

Demetrius, *Apameus* siue *Apameensis*, medicus Caelio Aureliano pluribus locis laudatus, qui eius περὶ σημείων citat lib. V. cap. 9. de morbis chronicis. *Fabr.* v. infra in elencho vett. medic. vol. XIII. p. 136. sq. vbi quoque de aliis *Demetriis* medicis, n. de *Attaleo*, de *archiatro* quodam, (de quo conf. quoque supra, vol. IV. p. 346. et 359.) de *Bithyno*, *Chloro*, *Nigrino*, *Pepagomeno* et duobus aliis agitur. *Harl.*

Demetrius, Dianae seruus, *architectus* templi Ephesini, cuius mentio apud Vitruuium praef. libri septimi.

Deme-

Demetrius *Aspendius*, Apollonii Solensis discipulus, peripateticus. *Laërt.* V. 83.

Demetrius *Attaleus* siue *Attalensis*, medicus, quem laudat *Coelius Aurelianus* II. 2. de morbis chronicis, et eius *librum signorum* III. 18. acut.

Demetrius *Bithynus* Diphili F., Panaetii stoici discipulus. *Laërtius* V. 84. Eius epigramma in Myronis bouem, Anthologiae lib. IV. 7. cap. 7. [v. supra, vol. III. p. 559. et vol. IV. p. 471. *Harl.*]

Demetrius Bithynus medicus laudatus Galeno IV. 7. de compositione medica, secundum genera.

Demetrius *Byzantius*, scriptor librorum de poëtis et poëmatibus, peripateticus, de quo *Vossius* in hist. graecis et *Menagius* V. 83. ad Laërt. Hunc, *Ionsius* lib. II. cap. 18. pag. 209. putat, esse Demetrium peripateticum, de quo Plutarchus in Catone minore pag. 791. 793. *Harduinus* vero Demetrium, quo vsus est Plinius libro 17. [v. supra, vol. III. p. 485. *Harl.*]

Demetrius Byzantius, qui libris XIII. scripsit Gallorum διάβασιν siue expeditionem ex Europa in Asiam, et aliis libris VIII. Antiochi et Ptolemaei gesta Libyaeque sub ipsis administrationem. *Laërt.* V. 83.

Demetrius *Calatianus*, quem de terrae motibus scripsisse ait *Strabo* lib. I. p. 60. de Asia et Europa libros XX. *Laërt.* V. 83.

Demetrius *Cantacuzenus*, qui manu sua scripsit codices aliquot graecos circa a. 1474. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MDCCXXXI. sunt *Demetrii Cantacuzeni*, Byzantii, *excerpta ex Herodoto*. *Harl.*

Demetrius *Carthaginiensis*, rhetor antiquissimus. *Laërt.* V. 83.

Demetrius *Chalcedonius* in prouerbia Salomonis MS. *Labbe* p. 79. et 386. bibl. nouae MSS.

Demetrius *Chalcocondyles* grammaticus a. C. 1510. octogenario maior defunctus Mediolani. *Fabr.* Conf. supra ad vol. VI. p. 334. sq. §. VIII. et p. 400. not. *gg.* vol. I. p. 414. ibique not. *mm.* — vol. II. p. 794. vol. IV. p. 431. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MMDXCIII. exstat *Dem. Chalcond. grammatica.* *Humphr. Hodius* de Graecis illustrib. lib. II. cap. 2. pag. 211 - 226. copiose persequitur vitam scriptaque Dem. Chalcond. *Christ. Ios. Iagemann* in Geschichte der freyen K. v. Wissensch. tom. III. part. 3. p. 556. sqq. *Harl.*

Demetrius *chartophylax* ad Nouellas Leonis et Constantini citatur a *Nic. Comneno* p. 382. praenot. mystagog. [v. ad Demetrium *Chomatenum*. *Harl.*

Deme-

Demetrius *Chlorus*, grammaticus, qui citatur a Sexto Empirico lib. I. contra mathemat. sect. 84. et ab auctore scholiorum ad Nicandri theriaca. *Fabr.* Conf. supra, vol. IV. pag. 346. ibique not. *g.* et *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 295. *B. Harl.*

[¶] Demetrius *Chomatenus*, Bulgariae metropolita, paullo ante captam a. 1204. a Latinis CPolin clarus, cuius responsiones quaedam de iure canonico exstant in iure graeco romano lib. V. de gradibus cognationis p. 311. ad interrogata Constantini Cabasilae, metropolitae Dyrrhaceni pag. 316. et de matrimonio cum consobrina eius, quam quis antea vitiauerit, ad Stephanum fratrem germanum, p. 410. Responsa ad Solitarium citat *Nic. Comnenus* p. 248. praenot. mystagog. qui in praef. virum iurisconsultissimum adpellat. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCLV. nr. 25. *Demetrii Chamateri* (in cat. MSS. regg. vol. II. p. 303. sed in indice, *Demetrii Chomateni*,) archiep. Bulgariae, adnotatio *de cognatione.* — *Vindobon.* in cod. caesar. XLV. nr. 27. *de cognationum gradibus responsum epistolare.* v. *Kollar.* supplem. ad Lambec. comm. p. 328. sq. — *Monac.* in cod. Bauar. LXII. capita 152. iuridica varii generis, praesertim ad ius canonicum pertinentia, quae singula diligenter recenset cl. *Hardt* in Aretini Bëyträgen etc. a. 1804. part. II. p. 16-45. et, quoniam in inscriptione scriptum legitur: *Demetrii — archiepiscopi totius Bulgariae, Chomatiani* (Χομανιάνου) *opuscula varia πονηθέντα αὐτῷ χαρτοφύλακι ὄντι τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, quum esset eiusd. Sctiss. magnae ecclesiae chartophylax*, colligit, Demetrium chartophylacem a Chomatiano haud distinguendum esse: in eod. cod. (p. 45. sqq. in Hardtii recensione,) sequuntur nr. 153. quaestiones, (praesertim liturgicae,) *Constantini Cabasilae*, metropolitae Dyrrachii, et *Demetrii Chomatiani* responsa ad illas; nr. 184. quaestiones XIII. liturgicae, nondum editae, *Stephani Ducae*, regis Seruiorum, et *Dem. Chomatiani* responsiones; nr. 198. quaestiones canonicae πρὸς τὸν χαρτοφύλακα ἐκεῖνον. *ad illum chartophylacem* et responsiones ad easdem n. XXI. — In cod. bibl. *Escorial.* eadem opp. exstare videntur: Ita quidem in catal. in *Plüeri* Itiner. per Hispan. p. 165. indicantur: *Demetrii Chomatiani, archiep. Bulgariae, varia opera elaborata, quum esset chartophylax, seu thesaurarius eiusd. ecclesiae.* — *Mosquae* in cod. synod. CCCXCIII. nr. 7. est eiusd. *Demetrii Chomatiani* ἑρμηνεία εἰς τὸ ψαλμικὸν ῥητὸν, τό· ἄνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος, αἱ ἡμέραι αὐτοῦ etc. v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosq. p. 249. Conf. *Caui* hist. litt. SS. eccl. tom. II. p. 279. ad a. 1203. et *Oudin.* in comm. de S. S. eccl. vol. III. col. 12. sq. ad a. 1210. a quo, sequuto *Baron.* in tom. XII. annal. eccles. sub. a. 1193. p. 850. nominatur *Demetrius Chomaterus, Thessalonicensis archiepiscopus*, et additur, eum in codd. MSSt. vocari *Chomatenum.* Eidem videtur opus, quod in cod. Bauar. (a nobis citato,) exstat, idem esse, quod MS. habetur in bibl. Heidelbergensis cod. CCXIX. *Michaelis Cumni, metropolitae Thessalon. scriptum de cognationis gradibus;* et, vbi, ait, *Mich. Cumnus* pro *Demetrio Chomateno*, vel *Chomatero* legitur. *Harl.*

Demetrius *Chrysoloras.*

Tres,

Tres, Chrysoloras cognomine, eodem fere tempore fuisse notandum est, (vt docet *Allatius* contra Creyghtonum p. 3. sq.) Manuelem, Demetrium et Ioannem. *Manuel* q), scriptore Paulo Iouio in elogiis, post septingentos annos [immo diutius, v. *Hodium* l. c. p. 54.] in Italiam graecas litteras reportauit, et Byzantio emissus a Ioanne imperatore, Europae reges adiuit, pereunti Graeciae maturam opem imploraturus; sed Graecia praesenti metu liberata, quod Tamerlanus, terror Orientis, Baiezetem Ottomannum viuum cepisset, in Italia pedem sistit, et Venetiis primum, et mox Florentiae, Romaeque, ac demum vocante Galeatio principe, Ticini graecarum literarum ingentibus praemiis studium excitauit, tanta felicitate, vt ex eius schola summae laudis ingenia prodierint. Inter quae fuerunt Leonardus Aretinus, Franciscus Barbarus, Pallas de Noferi, Strozzius Franciscus, Guarinus Veronensis, Philelphus r) et Poggius. His adde Nicolaum Nicolum, Petrum Paulum Vergerium, Albertum Rubeum, Leonardum Iustinianum, Philippum Vgolinum, Ambrosium Camaldulensem, Andream Dominicum Florentinum, Antonium Corbinellum, Iannoctium Manettum, siue, vt eum vocat Leander Albertus, Ianettum Manettum. Postremo, quum Constantiae synodus, ad tollendam pseudo-pontificum controuersiam indicta, tanti spectaculi [P] cupidum exciuisset, Constantiae interiit: ibique tumulatus est in praedicatorum Monasterio ante aram, cuius legitur hoc epitaphium: *Manuel Chrysoloras Miles Constantinopolitanus ex vetusto genere Romanorum. Qui cum Constantino imp. migrauit, vir doctissimus, prudentissimus, optimus, qui tempore generalis concilii Constantiensis diem obiit ea existimatione, vt ab omnibus sacerdotio dignus haberetur, die XV. April. conditus est anno MCCCCXV.*

Ille

q) Huius Manuelis Chrysolorae elogium in *Roberti Creygthoni* praef. ad synodum Florentinam Siluestri Syropuli, qui sect. II. c. 7. Manuelis etiam meminit, licet in latina versione *Michael Chrysoloras* exhibeatur. Videndi praeterea *Isaacus Bullart* Academ. des sciences tom. I. pag. 265. *Paulus Freherus* theatro virorum doctorum p. 1423. sq. et viri clarissimi, qui historiam concilii Constantiensis tradiderunt, latine quidem *Hermannus ab Hardt* prolegom. p. 10. sq. et gallice *Iacobus Lenfant* lib. 2. p. 125. Andreae Iuliani oratio dicta in Chrysolorae funere et edita ab eodem Lenfantio ad calcem Poggianorum p. 327. Idem denique *Hermannus ab Hardt* in memoria Chrysolorae Byzantini, qui A. 1390. graeca studia in Occidente suscitauit primus; et Wesseli Groningensis, Helmst. 1718. 8 *Fabr.* De eo multo plures egerunt; scil. *Hanckius* de scriptor. rerum Byzantinar. cap. XXXVII. p. 626. sqq. — *Io. Moller.* in Homonymoscopia, sect. II. cap. 5. §. XIV. p. 430. sq. *Henr. Wharton.* et *Rob. Gerius* in adpend. ad *Cauei* Histor. lit. S. S. eccl. vol. II. p. 81. ad a. 1389. — *Humphr. Hodius* de Graecis illustrib. lib I. cap. 2. p. 12 - 63. qui Iouii narrationem valde castigat emendatque. — *Christ. Frid. Boerner.* de doctis hominibus Graecis, litterarum graec. in Italia instauratoribus, Lips. 1750. p. 1-35. — *Iagemann* in: Geschichte der freyen K. u. Wissensch. in Italien, tom. 3. part. 3. p. 543. sqq. qui praecipue laudat de eo optime agentem, *Franc. Anton. Zachariam* s. Zaccariam in bibl. di Storia letter. tom. III. part. 2. p. 440. sqq. — *Iac. Brucker.* in Hist. crit. philos. tom. IV. p. 5. sq. et in adpend. siue vol. VI. p. 675. sqq. *Hamberger.* in zuverl. Nachricht. tom. IV. p. 649. sqq. et *Saxius* in Onom. lit. part. II. p. 389. sq. ad a. 1400. ac p. 573. qui alios praeterea VV. DD. laudarunt. Add. infra ad not. *) *Harl.*

r) Conf. *Foppii* histor. vitae etc. Fr. Philelphi, in Miscell. Lipsiens. tom. V. Lips. 1717. 8. p. 325. *Harl.*

Ille ego, [s]) qui Latium priscas imitarier artes
Explosis docui sermone ambagibus, et qui
Eloquium magni Demosthenis et Ciceronis
In lucem retuli, Chrysoloras nomine notus,
Hic situs, emoriens peregrina sede quiesco.
Huc me concilii deduxit cura, trium dum
Pontificum ecclesiam vexaret schisma per orbem.
Roma meos genuit maiores, me bona tellus
Byzantina tulit, cineres Constantia seruat.
Quo moriare loco, nil refert. Vndique coelum
Poenarumque locus mensura distat eadem.

Notat Iouius, nulla opera praeter *Artis grammaticae regulas*, [t]) grauioris doctrinae monumenta reliquisse. Ego ipsius *comparationem veteris et nouae Romae*, nec non *epistolas*, alteram ad Ioannem Chrysoloram, alteram ad Demetrium Chrysoloram, graece scriptas elegantissime, editasque a *Petro Lambecio* in postrema Codini impressione de antiquitatibus Constantinopolitanis, Paris. 1665. fol. [rec. inter scriptor. Byzant. histor. tom. XVIII. p. 81. ed. Venet.] nec non *tractatum de processione Spiritus S.* contra Graecos, breuem, sed satis acutum et solidum legi. Incipit: Ῥωμαίοις γράφων ὁ μακάριος Παῦλος περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φησίν. His adde *Versionem graecam liturgiae S. Gregorii papae*, de qua infra p. 700. *Fabr.* *Mosquae* in cod. synod. CCCII. nr. 62. *Man. Chrysol.* de processione Spiritus S. inc. τοῦτο δὲ καὶ ἐξ ἀναντιῤῥήτων. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 198. — Idem opus *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCC. — ib. *encomium vtriusque Romae*, in codd. MMXII. nr. 2. et MMCMLXVIII. — *Erotemata* ibid. in codd. MMDCIX. nr. 1. passim inter lineas interpretatio lat. MMDCX. nr. 1. et MMDCXI. — *Venet.* in bibl. Marcian. cod. CLVII. de process. Spir. S. v. cat. codd. gr. Marc. p. 89. — ib. in cod. XXXVIII. *Missalis romani oratt.* gr. et *ordo Missae*, sec. ritum roman. (v. cod. XXXVII. et sq. in cat. codd. gr. Marc. p. 26.) redditae a *Manuele Chrysolora:* de quibus docte pleneque disputat cel. *Morell.* in bibl. MSta gr. et latina, tom. I. p. 50. sqq. — *Erotemata* Oxon. in cod. I. *Barocc.* — Sec. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. *Erotemata* p. 34. *D.* p. 35. *A.* *Romae* in bibl. reginae Sueciae in Vaticana. p. 175. *E.* in bibl. Barberina, *Man. Chrysol.* quaedam. p. 187. *C.* ibid. in

s) Horum versuum auctor Aeneas Syluius.

t) Conf. quae notaui volum. VI. p. 484. *Fabr.* s. vol. VII. p. 802. sqq. ed. nou. vbi nota *h.* plura de eo eiusque scriptis horumque cod. Laurent. adtuli. Iouium quoque iam erroris arguit, et plura Man. Chrysol. scripta recensuit *Hodius* l. c. p. 19. sqq. Add. supra, vol. IV. p. 665. inprimis supra vol. VI. p. 325. sqq. vbi de eius opp. maxime de illius *Erotematibus* horumque codd. atque editionibus copiose agitur, et quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. part. 1. p. 545. seq. atque in supplem. part. 2. p. 62. sq. *Erotematum* edd. add. gr. Argentor. 1506. 8. Paris. 1511 et 1512. 4. ap. Gourmont. *Harl.*

in cod. Ottobon. — p. 200. *A.* ibid. in bibl. patr. S. Basilii, *Chrysolorae* epistola ad Anton. de Ascula, et huius responsio. p. 493. *C.* in bibl. Ambros. *Mediol.* theoremata et grammatica, quater. — *Comparatio veteris et nouae Romae* p. 235. *D.* 256. *D.* 266. *D.* 357. et 358. *B. Florent.* in bibl. Laurent. Medic. — *Chrysolorae quaestiones,* p. 769. *D. Paris.* in bibl. publ. — ib. p. 55. in cod. *Vatic.* MDCCCLXXIV. bibl. reg. Sueciae, *Plato* de republica, lat. per *Man. Chrysoloram*, et p. 56. nr. 1886. ibid. *Francisci Alcardi*, Veronensis, translatio laudationis vrbis Romae et CPolis, auctore *Man. Chrysolora* ad Galeazium Sforziam; (conf. *Mabillon.* in Museo ital. tom. I. p. 98.) ib. p. 91. *B.* in bibl. Alex. Petauii, in *Vatic.* eiusd. ad Constantinum imper. laudatio CPol. et Romae, interprete *Franc. Leon.* Veronensi bis. — p. 1323. *E.* in bibl. *Mazar.* cod. CLVII. de processione Spir. S. — p. 1326. *C.* in bibl. *de Mesme*, *Man. Chrysoloras*, non addito operis nomine. — ibid. p. 597. *D. Lipsiae* in bibl. Paullina, et p. 917. *A.* in bibl. publ. *Paris.* nr. 10542. *Andreae Iuliani* pro Man. Chrysol. oratio funebris. — Quatuor *epistolae. Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XX. nr. 1. 2. 3. et 6. plut. 6. atque cod. XXIII. plut. 59. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 139. et in vol. II. p. 541. (v. supra, vol. VI. p. 326. sqq.) et in vol. II. p. 541. et de *Pallante Strozza,* qui in graecis litteris audiuerat Manuelem, v. eumdem in Specimine litterat. Florent. tom. I. p. 71. sq. — Mich. Apostolii epp. ad *Manuelem* et *Ioannem Chrysoloras*, *Vindob.* in cod. LXIX. nr. 6. v. *Lambec.* VII. p. 249. — *Ferrariae* MSS. Epitome-Grammaticae, compositae a Man. Chrysol. et eiusd. erotemata. v. *Franc. Anton. Zachariae* Iter litterar. per Italiam, Venet. 1762. 4. p. 157. et 158. nr. 9. et 10. *Harl.*

Alius est *Ioannes* Chrysoloras, ad quem exstant epistolae Manuelis Chrysolorae et Nicephori Gregorae de eclipsibus solaribus: cuius illud est principium: *Τὴν μὲν παροιμίαν, αἰεί τι Λιβύη, φάσκουσαν.* An aliquid scripserit, clam me est. Et forte ille est, cuius meminit Georgius Phranza non sine laude; quamuis addat, eum sententiarum Barlaami, monachi Calabri, sectatorem, a Gregorio Palama fuisse oppressum, lib. I. cap. 12. *Quod Ioanni Chrysolorae, eadem sentienti, dicendique et disputandi similiter bene perito perinde fecit.* Et supra de Calabro scripserat: *Persuasibilia verba et nugas Calabri Palamam veluti aranearum telas discussisse.* Etsi, quae: [P] de Ioanne dicit Protouestiarius, ad Manuelem referat Iacobus Pontanus. Hic Ioannes socer fuit, (non Emanuel Chrysoloras, vt Vossio et aliis persuasum,) Francisci Philelphi viri clarissimi. (Vide Giornale de letterati d'Italia tom. XIV. p. 319. sqq.) [in *Apostoli Zeni* dissert. Vossiane, tom. I. p. 276.] Ad eumdem Ioannem epistola Michaelis Apostolii CPoli data, MS. in bibl. caesarea. *Fabr.* in cod. LXIX. nr. 6. v. *Lambec.* VII. p. 249. Kollar. Conf. *Hodium* l. c. pag. 63. sqq. qui postea pag. 50. (per errorem typothetae) docet, Io. Chrysolorae discipulum CPoli et generum fuisse Franc. Philelphum; et *Moller.* in Homonymoscopia p. 431. *Harl.*

Tertius est *Demetrius* Chrysoloras, *φιλόσοφος, καὶ περὶ τὴν ἀστρονομικὴν ἐπιστήμην, ἄλλως δὲ καὶ φίλος τοῦ σοφοῦ βασιλέως Μανουήλ· Philosophus et astronomicae scientiae operam nauans, alio etiam nomine sapientis imperatoris Manuelis pernecessarius.* Hic interrogatus: an aliquid sciret ex artis peritia circa futurum, respondit: *ὡς ὁ ἕβδομος Παλαιολόγος μέλλει ποιήσειν τὴν μετὰ τῶν Λατίνων ἕνωσιν, καὶ μέλλει γενέσθαι καὶ πολὺ κα-*

κὸν εἰς τοὺς Χριστιανούς. *Septimum Palaeologum inituram concordiam cum Latinis, et postmodum magnam calamitatem Christianis maxime exitiabilem futuram.* Syropulus sect. III. cap. 8. Hic Demetrius scripsit *Dialogum*, u) in quo colloquuntur Thomas, Nilus, Cydones, Chrysoloras, *aduersus Demetrium Cydonium*, v) qui pro Thoma Aquina calamum aduersus Nilum Cabasilam strinxerat, incipit: Μέγας μὲν ὁ τῶν ὁμοφύλων καθ᾽ ἡμῶν πόλεμος καὶ πολὺ τῶν ἀλλογενῶν ἰσχυρότερος. Exstat et *alter aduersus Latinos dialogus*, cuius titulus: οὐ δίκαιόν ἐστιν ὀρθοδόξοις ἑτέρων ὀρθοδόξων κατηγορεῖν ἐν οὐδενὶ πράγματι. Incipit: τί δὲ τὸ κατηγορεῖν, ὦ Θεοδόσιε, καὶ τίνες οἱ τούτῳ χρώμενοι. Item *tractatus ex libris Nili contra Latinos de processione Spiritus S.* qui inscribitur: κατὰ Λατίνων λόγος συνοπτικὸς ἀφ᾽ ὧν ἐποίησεν ὁ ἁγιώτατος Νεῖλος ἀρχιεπίσκοπος Θεσσαλονίκης, οὗ καὶ τὰς τῶν ἐναντίων ἐνστάσεις καὶ τοὺς συλλογισμοὺς αὐτοῖς σχήμασιν ἀποδεικνὺς ἐν συντόμῳ κατὰ συλλογισμὸν ἕκαστον. Incipit: ἀρχαία δόξα τῇ ἐκκλησίᾳ. w) Legitur etiam ipsius *in S. martyrem, Demetrium*, laudatio non inelegans, incipit: Δημήτριος, τὸ γλυκὺ πρᾶγμα καὶ θαυμαστὸν ὄνομα. [v. supra, vol. X. p. 218. *Harl.*] Edita etiam est eiusdem *epistola ad Barlaamum* episcopum Giracensem, latina, *qua ponens omnia dubia de processione Spiritus S. petit ab eo scire, per quas ipse cogitationes ex opinando, quod ex solo patre Spiritus S. procedit, reuersus est ad tenendum, quod etiam ex Filio procedit*, fortasse ab eodem Barlaamo latine facta; mihi enim vsquedum graecam videre non contigit. Epistolae respondit ipse Barlaamus, et legitur responsio

u) Conf. supra ad Demetrium Cyd. nr. 17. et Bandin. l. ibi cit. I. p. 32. animaduertit, Demetrium Chrysoloram in eo dialogo disputare cum Demetrio Cydon. et „quantumuis, ait, dialogus inscribatur Θωμᾶς, Νεῖλος, Κυδώνης, Χρυσολωρᾶς. hoc non eo pertinet, quod Thomas Aquinas, et Nilus Cabasilas simul disserant; sed quia in disputando illius partes Demetrius, huius Chrysoloras tuetur": et de ingenio stiloque iudicat. — Idem ibid. p. 495. tria Demetrii Chrysol. opuscula in cod. Laur. XXXI. plut. 10. seruata recenset, nr. 3. *sermonem in magnum Demetrium et in vnguenta*, (a Fabricio h. l. et supra in vol. X. p. 218. memoratum;) nr. 12. *demonstrat. de veritate miraculi deiparae, quod factum est CPoli tertio die*: inc. παρθένῳ Κόρῃ etc. et nr. 13. *sermon. in adnuntiationem S. Deiparae*: init. Ὁ μὲν ἐξαίσιος ἐκεῖνος Δαβίδ. — *Venet.* in cod. Nanian. CCCV. nr. 2. haec est inscriptio dialogi: Δημητρίου τοῦ Χρυσολωρᾶ διάλογος ἀνασκευαστικός· Λατίνων ἔνστασις· ῥωμαίων λύσις. Init. λατῖνος. Ὁ πάπας, πέτρου τοῦ ἀποστόλου διάδοχος etc. v. cat. cod. gr. Nan. p. 514. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLXXXIV. nr. 2. *dialogus* eiusdem contra Demetrium Cydon. — ibid. exstat in cod. MCCXVIII. nr. 18. opusc. *aduersus Latinos.* — In bibl. *Escorial.* plura adseruantur Dem. Chrys. scripta: Sermo de transfiguratione Domini in eius resurrectione et natiuitate; in adnuntiatione b. Mariae et in eius dormitionem; gratiarum actio ad ipsam; de Magno Demetrio et de vnguentis; et de Christi sepultura, sermo. v. *Plüer* itiner. per Hispan. p. 165. *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. Guil. Laudi LXXVIII. s. nr. 720. cat. MSS. Angliae, vol. I. *dialogus* inter Latinum et Graecum, et refutatio epistolae, ad ipsum missae per legatos papae, *de processione Spir. S.* — ibid. in cod. Io. Selden. XLVIII. s. nr. 3377. catal. *contra Latinos.* — In cod. *Mazarin. aduersus Latinos*, et in cod. CLVII. *de processione Spir. S.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1307. *A.* et p. 1323. *E.* — ibid. p. 496. *B. Mediolani* in bibl. Ambros. orat. *de transfiguratione Domini. Harl.*

v) *Antirrheticum* Demetrii Chrysolorae aduersus Demetrium Cydonium citat *Allatius* contra Hottingerum p. 49. 331. 473. et nonnulla excerpta exhibet. [v. cod. Nanian. supra citatum.]

w) Exstat *Mosquae* in cod. synod. XIII. fol. 95. et habet 49. capita: item ibid. in cod. CCCXLVI. nr. 4. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 29. et 254. nec non in aliis codd. in nota antec. memoratis. *Harl.*

sponsio in bibliotheca patrum editionis Coloniensis. Legitur [P] praeterea Demetrii Chrysolorae alia *ad Antonium Asculanum epistola* dubitantem, ὡς ἐπειδὴ τὸ ὂν κρεῖττον τοῦ μὴ ὄντος, πῶς ὁ Κύριος εἴρηκε περὶ τοῦ Ἰούδα, ὅτι καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη. Incipit: Ἀποροῦντί σοι, ὡς ἐπειδὴ τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος κρεῖττον. Haec *Allatius*, aduersus Creyghtonum p. 3. sq. et de consensu cap. 18. §. 12. p. 661. Demetrii Chrysolorae *epistolae centum ad Manuelem Palaeologum imp.* MStae in bibl. Bodleiana, [cod. Baroc. CXXV. et *Paris.* in bibl. publ. cod. MCXCI. nr. 10. *Harl.*] Vide catalogum MStorum Angliae p. 14. Plura de Demetrii huius Thessalonicensis scriptis, vt de *homiliis*, et de *epigrammate in Theodorum despotam funebri*, x) Rob. Gerus in appendice ad partem secundam historiae litterariae scriptorum ecclesiasticorum Cauei, vbi notat, illam *disceptationem cum Antonio Asculano* habitam coram Manuele imp. de verbis Christi, *melius esse Iudae, vt natus non esset*, quum tamen ens non enti praestet, latine exstare ex versione Georgii Trombae, vulgatam Florent. 1618. 4. *Fabr.* Conf. *Henr. Wharton* et *Rob. Gerium* in adpend. ad Cauei hist. litt. citatam p. 129. sq. ed. Basil. Prior illorum scribit, Dem. Chrysol. claruisse circa an. 1430. posterior autem aetatem eius adsignat a. 1398. Contra *Oudin.* in comm. de SS. eccl. III. col. 2304. sq. eum, censet, floruisse a. 1420. ac seqq. *Harl.*

[Demetrii varii *medici* enumerantur infra in elencho medicor. vett. in vol. XIII. p. 136. sq. — Demetrii, *peripatetici* philosophi, supra in vol. III. p. 485. sq. — Demetrii *rhetores*, supra in vol. VI. p. 128. — Demetrii *grammatici*, supra in vol. VI. p. 337. sq. *Harl.*

Demetrius *Chytras*, cynicus, tempore Constantii imp. vide *Valesium* ad Ammiani Marcellini XIX. 13.

Demetrius *Cnidius* citatur a Scholiaste Apollonii.

Demetrius, *comoediae* veteris poëta, *Laërt.* V. 85. De eius dramatibus dixi lib II. cap. 22. [in vol. II. p. 436.]

Demetrius *Constantinopolitanus*, vide infra, *Pepagomenus*. Etiam inter episcopos CPolitanos ante Constantinum magnum a quibusdam Demetrius memoratur, qui aliis *Domitius* est, frater, vt aiunt, vel filius Probi imp. vide *Lambecium* VIII. p. 215. seq. [p. 455. sqq. Kollar.] et *Stephanum de Altimura* p. 181. panopliae.

Demetrius, *Corinthi* versatus cynicus, cuius mentio apud Lucianum aduersus indoctum p. 388. Idem, vt videtur, quem patria Suniensem vocat in Toxari tom. II. p. 51. *Fabr.* v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 514. et supra, vol. III. p. 515. *Harl.*

[Demetrius *Ducas Cretensis*. v. supra, vol. VI. p. 335. §. VIII. qui in Italia vixit vsque ad a. 1508. dein in Hispaniam vocatus est, de quo egerunt *Hodius* de Graecis illustribus p. 320. et *Saxius* in praefat. ad histor. litterar. typographiae Mediol. pag. 4. sq. et p. 173. sq. 414. et 460. 461. it. *Iagemann* Geschichte der freyen K. v. Wissensch.

 tom.

x) In cod. *Vindobon.* LXXXVIII. nr. 7. v. *Lambec.* VII. p. 337. et supra, ad vol. X. p. 386. *Harl.*

tom. III. part. 3. p. 556. Curauit edit. *Homeri*, a. 1498. atque *Plutarchi* opusc. XCII. Venet. in aedibus Aldi, 1509. *Harl.*

Demetrius *Cumanus*, in numo Goltziano.

Demetrius *Cydones*, de quo supra.

Demetrius *cynicus*, Senecae, Eunapio et aliis laudatus, de quo *Io. Ionsius* III. 7. p. 248. et *Godfridus Olearius* ad Philostratum p. 163. et quae dixi lib. III. cap. 12. [in vol. III. p. 515. vbi tres alii *Demetrii cynici* susius enumerantur. Add. *Burigny* Memoire sur Demetrius le Cynique, in Hist. acad. inscript. tom. XXXVIII. p. 179. sqq. *Harl.*] Fuere et alii duo cynici Demetrii iuniores, supra in *Chytras* et *Corinthius*.

Demetrius *Cyrenaeus*, cognomento σάμνος siue amphora, grammaticus, cuius meminit *Laërtius* V. 84.

Demetrius Syncellus, metropolitanus *Cyzicenus*, scriptor Historiae Byz. laudatus a Ioanne Scylitza et Cedreno: ex quibus colligas [?] sub Mich. Paphlagone floruisse medio saeculo XI. Eius expositionem de Iacobitarum et Chatzitzariorum haeresi graece et latine edidit Combefisius tom. II. Auctarii noui p. 261. Latine exstat tom. XII. Bibl. Patrum Lugd. p. 813. Eiusdem de nuptiis prohibitis, graece et lat. in iure graeco rom. lib. IV. p. 392. Responsum de eo, qui vxorem occiderat, citat *Nic. Comnenus* p. 278. praenotionum mystagog. *Fabr.* Conf. supra, vol. VII. p. 725. cum nota *h.* — *Capita de sponsalibus*, *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCLI. nr. 39. — Eius fides historica parum laudatur in *Io. Scylitz. Curopalatae* synopsi historiarum, gr. e cod. *Coislin.* CXXXVI. cum versione lat. edita a *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 207. sq. — Idem in bibl. biblioth. MSS. p. 134. *C.* memorat cod. biblioth. *Vatic.* qui continet *Opera Demetrii Cyziceni;* ibid. p. 197. *B.* nr. 38. eiusd. canones 3. *Romae* in bibl. patrum S. Basilii. — ibid. p. 496. *B.* eiusd. epistola, quod *non licet episcopo CPolitano ordines aliorum episcopatuum clericis conferre*, *Mediolani* in cod. bibl. Ambrosianae. *Harl.*

Demetrius, diaconus, qui in monte Atho libros graecos manu sua descripsit circa a. C. 1432. Vide *Montfauconi* bibl. Coislinianam pag. 113.

Demetrius Thessalonicensis, *diaconus* CPol. cuius epistola ad Philippum Melanchthonem, (quem praeceptorem suum adpellat,) data anno 1559. legitur in *Martini* Crusii Turco-Graecia lib. IV. pagina 263. Idem p. 264. testatur, per hunc Demetrium missam fuisse graecam versionem Augustanae confess. compositam a Melanchthone ad Ioasaphum patriarcham CPol. *Fabric.* v. supra. vol. VIII. p. 93. vbi quoque nominatur *Ioannes Despota. Harl.*

[Demetrius, *cubicularius*. v. supra, vol. IV. p. 210. sub fin. *Harl.*]

Demetrius, Dianae seruus, de quo *Vitruuius* VII. 1.

Demetrius *Ephesius*, Eupatoris F. in numo Goltziano.

Deme-

Demetrius *epicureus*, Protarchi Bargyleitae discipulus, patria Lacedaemonius, laudatus Straboni, aliisque: de quo dixi ad Sextum Empiricum p. 161. *Fabr.* v. supra, vol. III. p. 602. *Harl.*

[Demetrius, *episcopus:* ad eum scripsit Chrysostomus, in edit. ep. 148. v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. p. 570. fol. 308. cod. CCCLXVIII. *Harl.*]

Demetrius *Erythraeus*, tempore Luculli et Mithridatis grammaticus, *Laërt.* V. 84. Suidas in Τυραννίων. Mox apud eundem *Laërtium* V. 85. Demetrius *Erythraeus* alter memoratur ποικιλογράφος ἄνθρωπος, quem historica et rhetorica ait scripsisse.

Demetrius *Eucaerus*, Antiochi Grypi filius, rex Damasci, de quo Iosephus. [Occurrunt tres *Demetrii*, Syriae reges, v. Eckhel. Doctr. num. vett. tom. III. p. 225. 228. 243. et duo *Demetrii* Macedoniae reges, v. idem tom. II. p. 119. *B.*]

Demetrius *Euthydemi* Bactrianorum regis F. de quo Strabo lib. XI.

Demetrius *Gadarensis* Pompeii libertus, in cuius gratiam post Hierosolyma occupata Gadaram instaurauit, vt narrat *Iosephus* lib. I. de Bello Iudaico cap. V. Meminit illius *Seneca* de tranquillitate c. 8. et Plutarchus in Catone Vticensi.

Demetrius *Gemistus*, diaconus, magnae ecclesiae CPol. protonotarius, cuius διάταξιν, siue ordinem ordinationum et liturgiae patriarchalis in ecclesia CPol. graece et latine exhibuit, atque eruditis notis illustrat *Isaacus Habertus* in pontificali Graecorum. Paris. 1643. fol. [397] Laudatur, Cangio teste, in libro sacramentorum ecclesiae graecae, cod. reg. MMCCCCXI. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCLXII. nr. 8. *Dem. Gem. ordo liturgiae patriarchalis*, it. *de ordinationibus*, *quo pacto illa peragantur;* (ead. opusc. *Leidae* in cod. Vossiano, v. cat. bibl. Leid. p. 402. nr. 15.) et in cod. *Paris.* MMCCCXIV. nr. 3. *hymnus in S. Chrysostomum.* — *Romae* in bibl. Vatic. eiusd. *de officio patriarchae*, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 12. *A. Harl.*

Demetrius, grammaticus Tarsensis, apud *Plutarch.* de Oraculor. defectu, p. 417. Alios vide in Ixione, Magnete, Scepsio, Troezenio.

Demetrius cognomento γραφικός, egregius pictor. *Laërt.* V. 83.

[Demetrius, *Heracleensis* metropolita: Arethae, archiep. Caesar. epistola ad illum *Mosquae* in cod. synod. CCCII. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 197. nr. 47. *Harl.*]

Demetrius Hypatus, ad quem Theodori Studitae epistolae. [v. *Montfaut.* bibl. Coisl. p. 324. *Harl.*]

Demetrius, iamborum poëta amarulentus. *Laërt.* V. 85.

[Demetrius Ἰλιεύς, historicus, scripsit Τρωϊκὰ in libris viginti. v. *Eudoc.* Violar. p. 128. *Harl.*]

Demetrii, qui *Ioannis* despotae seu principis Moldauiae scriba fuit, Epistola ad Ioasaphum patriarcham CPol. post a. 1550. scripta legitur in libro quarto Turco-Graeciae Martini Crusii.

[Deme-

[Demetrius *Iudaeus*, qui cum Demetrio Phalereo confunditur, scripsit librum de Iudaeorum regibus, et demonstrauit Mosis ac Iudaeorum ἀρχαιογονίαν s. antiquitatem, auctore *Petro Dan. Huetio* in Demonstrat. euangelica, ed. quartae Lips. 1694. 4. propos. IV. p. 99. §. XX. et 101. sq. §. XXIX. et XXX. qui eius quoque fragmm. memorat. Add. *Molleri* Homonymoscopiam etc. p. 303. sq. *Harl.*]

Demetrius Ixion, Adramytenus e Mysia grammaticus, de quo viri docti ad Laërt. V. 84. *Fabr.* Conf. supra, in vol. I. p. 509. ib. p. 588. — in vol. VI. p. 362. et p. 601. *Harl.*

Demetrii καταιβάτε ἱερόν. *Clemens* Alex. p. 36. protreptici.

Demetrius *Laco*, supra, epicureus.

Demetrius Romanus genere, patria *Lampenus*, ex Lampe Asiae, qui ad Manuelem Comnenum misit scriptum, in quo Arii sententiam propugnabat. Vide *Ioannem Cinnamum* libro IV. p. 273. seqq. edit. Cornelii Tollii, et *Allatium* de consensu p. 689.

Demetrius *Lentares*, qui aliquot codices graecos manu sua descripsit circa a. 1475.

Demetrius, ad quem Libanii rhetoris epistolae. *Fabr.* v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 516. et 517. Fragmenta, (an huius?) ibid. p. 576. fol. 58. cod. CCCLXXI. *Harl.*

[Demetrius, *Lydus*, monachus: scripsit in *Euangelia*, in cod. bibl. Scorial. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 619. *A. Harl.*]

Demetrius *Magnes*, pro quo apud *Dionysium Halicarnass.* in Dinarcho tom. II. p. 112. editur Δῆμος ὁ Μάγνης, scripsit περὶ συνωνύμων πόλεων, teste Plutarcho in Demosth. Stephano Byz. in Ἀλαβών, Harpocratione et Suida in Μεθώνη. Eiusdem περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν καὶ συγγραφέων, in quibus Callimachi πίναξι vsus fuerat, laudant idem Harpocration in Ἰσαῖος, Laërtius, Athenaeus etc. Vide *Vossium* de historicis graecis, *Meursium* in bibl. graeca et *Ionsium* de scriptoribus historiae philosophicae, *Menagium* pag. 225. ad Laërtium. *Fabr.* Conf. supra ad vol. VI. p. 360. et vol. III. p. 10. *Harl.*

[Demetrius *Magister*: carm. in obitum Theodori Palaeologi. v. *Lambec.* IV. p. 505. et vol. VII. p. 337. *Harl.*]

[Demetrius *Marathonius*, orator, in decreto Atheniensium, edito a *Montfaucon.* in Diario italico p. 45. *Harl.*]

Demetrius *martyr* Thessalonicae sub Maximiano, cuius memoriam recolunt Graeci et Latini VIII. Octobr. De illo Photius cod. CCLV. et plura Graecorum scripta, quae laudaui volum. IX. pag. 71. seq. [s. vol. X. p. 218. sq. ed. nou. add. vol. VII. p. 659. et 683. 6.] Omitto alios Demetrios martyres minus celebres, quorum memoria tamen in Martyrologiis vel Menologiis 25. Ian. 1. 8. 12. 21. 30. April. 6. 11. 25. 29. Mai. 18. Iun. etc. *Fabr.* In vol. X. l. cit. laudatis add. *Demetrii Thessalon.* translationis historia, a *Ni-*

casio,

casio, diacon. monacho Pantocratorita composita, cum *Diogenis Paramonacii* latina interpretatione, *Matriti* in cod. reg. XI. quem late recenset *Iriarte* in catal. codd. gr. Matrit. p. 28. sqq. — *Demetrii* martyrium, *Oxon.* in bibl. Bodlei. codd. Barocc. CXLVII. et CXLVIII. it. CLXXX. CCXXXIV. — ib. in collegio corporis Christi, cod. CXL. siue nr. 1607. cat. MSS. Angliae etc. I. part. 2. — *Cantabrig.* in coll. Caiogonuilo cod. XCIV. siue nr. 1158. dicti catal. martyrium *Demetrii*, latine ex versione Georgii Hedrigii. — *Demetrii*, cognomento *magni*, vita, miracula etc. sec. *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 33. *D.* — Id. *Montfauc.* in bibl. Coislin. Demetriorum martyria et miracula, in codd. celebrata saepe memorat, gr. p. 185. 195. 211. etc. et p. 427. Nicolai Cabasilae laudationem, ac p. 153. Gregor. Palamae in eum homiliam. — *Io. Stauratii*, chartophyl. Thessalon. sermo in miracula M. Demetrii, *Romae* in bibl. Vatic. nr. 904. codd. reginae Sueciae. idem p. 701. *D.* in bibl. *Sfortiana;* et p. 497. *D.* *Gregorii*, diaconi, laudatio S. Demetrii martyris, bis, in codd. bibl. Ambros. *Mediolani;* (in hac bibl. exstare *vitam Demetrii*, idem *Montfauc.* in diario ital. p. 13. tradit;) nec non p. 266. *D.* et 386. *A.* de codd. bibl. *Laurent.* — tum p. 414. *B.* *Florent.* in monast. Benedictinor. et alibi p. 732. *C.* 1307. et 1317. — *Amadut.* in Anecdot. litterar. vol. III. p. 1. sqq. edidit Donaria duo graece loquentia, quorum alterum in tabula argentea ab Iustiniano Augusto *S. Demetrio martyri*, alterum — ab Emman. Comneno imp. S. Michaeli dicatum, nunc primum latine reddita. In praef. pluribus de iis agit, et p. 26. sqq. adnotationes subiecit. *Harl.*

Demetrius *mathematicus*. Supra in Amiseno, et Alexandrino. Ex his est, qui de quaternario numero scripsit teste Plinio XXVIII. 6.

[P] Demetrius *medicus*, supra in *Apameensi*, *Attalensi*, *Bithyno*.

Demetrius, Marci Antonini imp. archiater, cuius mentio apud *Galenum* lib. I. de antidotis cap. 1.

Demetrius *Megas*, Siculus, postea a Dolabella patrono suo P. Cornelius dictus, cum quo vetustum hospitium magnamque familiaritatem sibi fuisse, testatur *Cicero* XIII. 36. ad familiares.

[Alius Demetrii, *Siculi*, historici antiquissimi, incertae aetatis plures meminerunt, *Vossius* de histor. graecis libr. III. p. 352. et alii, quos citat *Mongitor.* in bibl. Sicula, tom. I. p. 152. qui iam adnotauit, *Diog. Laërt.* in vita Demetrii Phalerei, testari, eum scripsisse *de Asia et Europa libros viginti*, *Goltzium* vero in Sicil. hist. post. p. 91. tradere, eum scripsisse libros *de rebus in Sicilia et Italia sua aetate gestis. Harl.*]

[Demetrius *Melidon. Particularis in Homerum grammaticalis explicatio, a voce Demetrii Melidonis, Florent.* in cod. Laurent. XXIII. nr. 4. plut. 31. v. *Bandin.* catal. codd. gr. Laur. tom. II. p. 94. — *Dem. Meledonii obseruatt. in Homerum, Romae* in bibl. Vatic. cod. Ottobon. v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. p. 187. *A. Harl.*]

[Demetrius, *melodus*, supra in hoc vol. p. 77. *Harl.*]

Demetrius *Milesius*, in veteri inscriptione apud *Gruterum* pagina DCCCCII.

Demetrii *Moschi* Laconis de Helena et Alexandro poëma graece, et Pontico Virunio interprete latine in 4. Hic saeculo decimo quinto vergente vixit, grammaticus, orator et poëta non contemnendus. Vide *H. Stephanum* de infidis graecae linguae magistris p. 143. et 151. *Fabr.* Add. supra, vol. I. p. 156. §. V. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MMDCCLXIV. nr. 1. Orphei carm. de lapidibus. Praemittitur *Demetrii Moschi* argumentum. *Harl.*

Demetrius, Nauplii dux circa a. 1461. ad quem Georgius Amyrutzius scripsit aduersus synodum Florentinam, infra, p. 818.

Demetrius Neronis principatu a tota seplasia accusatus apud consules ob caritatem annonae illatam. Plin. XXXIII. vlt.

Demetrius *Nicanor* rex Syriae, de quo Iosephus.

[Demetrius *Notaras.* v. Dem. Procop. de eruditis gr. §. 82. infra, in vol. XI. p. 799. vet. ed. *Harl.*]

Demetrius *Odessenus*, qui scripsit de rebus Odessi, patriae suae in Ponto ciuitatis. Steph. in Ὀδησσός.

Demetrius *Pepagomenus* de podagra, arthritide et id genus morbis ad Mich. Palaeologum, (qui ab a. 1282. imperitauit,) liber Michaeli Psello ab aliis tributus, MS. inter libros Is. Vossii, Lugduni Batauorum. Prodiit graece Paris. 8. et cum latina versione ibid. 1558. 8. apud Guil. Morellum. Gallice etiam *Federico Iamotio* interprete et ex Gallico latine a *Io. Borgesio* Belga, Audomari 1619. 8. y) Alius Demetrius *Pepagomenus*, qui codicem

y) Primus liber versus et editus est a *Marco Musuro*, Romae, 1517. — Sub incerti auctoris nomine, inter *H. Stephani*, Med. artis Principes, tom. II. 1567. fol. — Hippocratis et Galeni operibus edit. *Charterii* adiunctus, conf. infra, vol. XII. p. 647. sq. Critica doctaque est editio: *Demetrii Pepagomeni liber de Podagra*, gr. et lat. quem ope MSti bibliothecae Lugduno-Batauae recensuit et notis illustrauit *Io. Steph. Bernard.* Lugd. Bat. 1743. 8. conf. censuram, in qua aliquando discessio fit a Bernardi iudicio et loca quaedam Demetrii expenduntur atque corriguntur, in nouis act. erudit. a. 1745. part. I. m. Iun. p. 302. sqq. Censor quoque versionem lat. editioni Morellianae additam, quam Bernard. esse Turnebi autumat, in praefat. tamen p. VII. de vero illius versionis auctore adhuc dubitat, Turnebo fidenter abiudicat, ne memoriam tanti viri contumeliose tractare videatur. In opp. tamen *Adr. Turnebi*, tom. II. nr. 12. Argentorati 1600. fol. receptus est: *Demetrii Pepag. liber. de podagra et id genus morbis:* ad imper. Mich. Palaeologum, *A. Turnebo interprete.* v. *Freytag.* adparat. litterar. tom. III. p. 692. — Aliud exemplar Bernard. editionis, in quo: Arnhemiae 1759. 8. praeter priorem fuerat in biblioth. Pinell. vide huius catal. tom. I. p. 284. nr. 1653. et 1654. — De libro alio *Dem. Pepagomeni*, Galeno perperam adscripto, v. supra, vol. V. p. 451. nr. 123. — Conf. *Saxii* Onom. lit. part. 2. p. 317. sq. ad a. 1271. et quae scripsi in Introd. in hist. L. G. tom. II. part. 1. pag. 494. sq. — MS. *de podagra*, *Leidae* inter codd. Vossian. v. cat. bibl. Leid. p. 396. nr. 18. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MMCCXVIII. nr. 3. omisso tamen auctoris nomine. — ibid. in codd. MMCCXLVI. nr. 1.

codicem MS. graecum de re accipitraria, qui exſtat in bibl. Laurentiana Florentiae, ſcripſit a. 1454. teſte *Montfancona* p. 98. palaeographiae graecae. De eius Hieracoſophio dixi lib. I. cap. 25. §. 6. *Fabr.* Vol. I. p. 211. ſqq. vbi in nota *g.* de cod. Laur. et in not. *k.* de codd. Vindob. plura adieci. *Harl.*

Demetrius Ciceroni V. de fin. c. 19. in quibusdam cod. *Phalericus*, aliis *Phalereus*, a Phalero Atticae, diſcipulus Theophraſti, Athenarum princeps, doctrina et eloquentia clariſſimus, de quo dixi lib. III. cap. 11. [ſ. cap. 8. nou. ed. in vol. III. p. 486.] et de libro περὶ ἑρμηνείας, qui ſub eius ambulat nomine, et rectius fortaſſe refertur ad Demetrium Alexandrinum, lib. IV. c. 31. [ſ. cap. XXXIII. vol. VI. p. 63. ſqq. nou. ed. In ind. I. ad *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. ſub illius voc. variarum bibl. codd. MSSt. indicatos reperies. Add. *Molleri* Homonymoſcop. p. 302. ſqq. *Harl.*] Plura de hoc Demetrio Phalereo etiam *Laërtius* lib. V. 75. ſeq.

Demetrius Phalereus, interpres Nicandri Stephano Byz. laudatus in [P] Κερόπη, niſi vocabulum *Phalereus* eſt gloſſema, vt viſum Ionſio p. 210. et Demetrius Chlorus intelligendus.

Demetrius Phallyraeus CPolitanus, vir doctus, qui Romae vixit circa a. 1654.

Demetrius *Pharius*, quem praeter Strabonem p. 315. et Polybium lib. VII. laudat Plutarchus Arato p. 1059. *D.*

Demetrius phyſicus citatur a *Plinio* hiſt. VIII. 17. [v. infra, vol. XIII. p. 137.]

Demetrius pictor, *Laërt.* V. 83.

Demetrius Platonis diſcipulus, ſupra in Amphipolite.

Demetrius *platonicus* iunior, de quo dixi lib. III. cap. 3. [ſ. cap. 4. nou. edit. in vol. III. p. 170.]

Demetrius poëta, cuius hosce verſus memorat *Laërtius* V. 85. z)

nr. 1. et MMCCCXXIII. nr. 1. de cura et medicina accipitrum, *Demetrii CPol.* ac nr. 2. anonymi liber, eiusd. argumenti, lingua graecobarbara ſcriptus. — *Auguſtae* Vindel. in bibl. publ. cod. CXV. *Demetrii CPolitani de accipitrum et canum cura.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 594. *D.* et p. 1327. *E.* in cod. bibl. *de Meſme*, ſec. indic. I. ſed in ipſo contextu tantum indicatur *Demetrius, grec*, in 4. *Harl.*

[Demetrii *Pepani*, Domeſtici Chii, (recentioris ſcriptoris ſaec. XVII.) *Opera*, quae reperiuntur, e graeco in lat. vertit et adnotatt. adiecit *Bern. Stephanopolus.* Accedit praef. Io. Chriſtoph. Amadutii, cuius cura et ſtudio nunc primum eduntur et illuſtrantur *epiſtolae graeco-latinae imperator. CP. Iohannis et Emanuelis Comneni ad romanos pontifices, Honorium et Alexandrum III.* Romae, 1781. II. voll. mai. 4. v. Gotting. ephem. litter. a. 1782. nr. 116. et Erlangens. in Beyträgen etc. 1783. nr. 4. p. 61. ſqq. *Harl.*]

z) Fragmm. videbis in *Arſenii* Ἰωνιᾷ. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 549. *Harl.*

Ζωὸν ἀτιμήσαντες ἀποφθίμενον ποθέουσι
Καί ποθ' ὑπὲρ τύμβοιο καὶ ἀπνόου εἰδώλοιο
Ἄστεα νεῖκος ἐπῆλθεν ἔριν δ' ἐστήσατο λαός.

Contemnunt viuum, quem mox post funera quaerent,
Et super exanimi nonnunquam vmbra atque sepulchro
Contendere vrbes amplae, populique potentes.

Demetrii Poliorcetae vitam scripsit Plutarchus.

Demetrius ὁ πύκτης, *pugil*, ἐν τῷ περὶ διαλέκτου citatur ab Etymologico magno in Μώλωψ. *Fabr.* v. supra, vol. I. p. 510. *Harl.*

[Demetrii *Protocensoris* scholia in arithmetica Nicomedis, *Mediolani* in cod. bibl. Ambros. teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 496. *B. Harl.*]

Demetrius *Ratheni* F. supra in Amiseno.

Demetrius Raules Cabaces. Eius epistola ad filium Manuelem graece et latine edita ab *Allatio* contra Creyghtonum p. 617. seq. differens de gente Metochitarum, ex Gemisti Plethonis philosophi testimonio. Citat etiam Georgii Pachymeris historiam.

Demetrius *Sagalassensis*, Παρθονικά, *Lucianus* de scribenda historia tom. 1. pag. 625.

Demetrius *Salminius*, cuius apud Stephanum Byz. mentio in Καρπασία.

Demetrius *satyricus*, Tarsensis. *Laërt.* V. 85.

Demetrius *Scepsius* grammaticus, Cratetis et Aristarchi aequalis, qui τρωϊκὸν διάκοσμον libris triginta enarrauit, saepe laudatus Straboni et Athenaeo. Idem auctor Αἰγυπτιακῶν, quae citat *Athenaeus* lib. XV. p. 680. Fortasse et Παμφυλικῶν, quorum meminit *Tzetzes* ad Lycophronem v. 440. et libri de regibus Iudaeorum, citati a Clemente I. Strom. p. 337. [v. supra, Demetrius *Iudaeus.*] Idem Clemens Demetrii librum secundum [?] Ἀργολικῶν citat in protreptico p. 30. Vide, quae viri docti ad Laërtium V. 84. *Fabr.* item supra, vol. I. p. 510. nr. XLII. et vol. VI. p. 362. ac *Villoison* in anecd. gr. tom. II. p. 184. not. *Harl.*

Demetrius *Serbus* circa a. 1475.

Demetrius *Sguropulus* siue *Syropulus*, ad quem vna et altera Theodori Gazae epistola lecta *Allatio* p. 18. contra Creyghtonum.

Demetrius Megas *Siculus*, P. Cornelii Dolabellae libertus, de quo supra ex Ciceronis XIII. 36. Epist. ad familiar.

Deme-

Demetrius *Smyrnaeus* rhetor. *Laërt.* V. 84.

[Demetrius *Spartiata*, praeceptor Francifci Tiffardi, fub fin. faeculi XV. v. *Maittaire* Ann. typogr. tom. II. part. I. p. 96. *Harl.*]

Demetrius *ftatuarius*, cuius ex Polemone meminit Diog. Laërt. V. 85. Plin. XXXIV. 8.

Demetrius *Sunienfis*. fupra, *Corinthius*.

Demetrius *Syncellus*. Vide in Cyziceno.

Demetrius *Syracufius*, Diodoti F. in infcriptione Goltziana.

Demetrius *Syrus*, Ciceronis magifter, tefte ipfo in Bruto.

[Demetrius *Taloquidus*, philofophus gr. Rhod. in linguam graecam vulgarem vertit Plutarchi vitas. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 362. *B.* de cod. XI. plut. 61. Florent. bibl. Laur. Medic. *Harl.*]

Demetrius *Tarfenfis*, grammaticus, Plutarcho laudatus lib. de oraculorum defectu. Demetrii Tarfenfis σατυριογράφȣ meminit *Laërt.* V. 85.

Demetrius *Thalaffius* inter ICtos graecos a Nic. Comneno laudatus.

Demetrius Theffalonicenfis martyr, de quo *Photius* cod. CCLV. fupra in Martyre. [add. *Eckhel.* Doctr. num. vett. tom. VIII. p. 266.

Demetrii alii *Theffalonicenfes* duo, de quibus fupra, *Cydonius* et *Diaconus*.

Demetrius *Tornicius*, qui tamquam ex perfona Ifaaci Angeli Comneni circa a. 1193. ad quemdam epifcopum fcripfit de proceffione Spiritus S. Incipit: Τὸ μέγα τȣ̃ πρωτοβεστιαρίȣ σαλὲν αὐτȣ̃ ἀντίγραμμα πρὸς τὴν δι' αὐτȣ̃ ἀποκομισθεῖσαν. MS. in bibl. regis chriftianiff. memorat *Allatius* p. 705. de confenfu vtriusque ecclefiae. *Fabr.* *Parif.* in bibl. publ. codd. MMDCCCXXX. nr. 15. et MMCMLXVI. nr. 4. vbi in cat. ita indicatur: *Demetrii ad Moufuram epiftola. Harl.*]

Demetrius Τραγῳδιῶν ὑποκριτής. Hefych. Δημήτριος. Acroni δραματοποιός, ad haec Horatii lib. I. Sat. 10. *Demetri, teque Tigelli difcipulorum inter iubeo plorare cathedras.*

Demetrius *Triclinius*, clarus ante annos trecentos, cuius exftant fcholia in Sophoclem, de quibus fupra lib. 2. cap. 17. p. 634. [vol. II. p. 221. fq. nou. ed.] Nec non in Theogoniam Hefiodi. Vide *Neffelium* parte IV. p. 21. [aa]) Idem recenfuit Empedoclis fphaeram, vt dixi lib. 2. c. 12. §. 9. [vol. I. p. 814.)

aa) In cod. caefar. CXXVIII. nr. 8. v. *Lambec.* VII. p. 505. Kollar. *Florent.* in cod. Laurent. XXIV. nr. 8. plut. 31. v. *Band.* II. p. 96. it. *Venetiis* in cod. B. Marci CDLXIV. et cod. DLXXX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 246. et 252. — *De maculis lunae.* Oxon. in bibl. *Bodlei.* in cod. *Sauil.* V. f. nr. 6557. cat. MSS.

Demetrius *Troezenius*, grammaticus laudatus ab Athenaeo p. 139. et ab auctore certaminis Homeri atque Hesiodi.

Demetrii *Zeni*, Zacynthii, Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών· versibus graecis politicis lucem vidit Venet. 1529. 8. *Fabr.* conf. supra, vol. I. p. 341. §. III. et 408. §. XVI. ac vol. VIII. p. 95. *Harl.*

IX. BESSARIONIS, bb) viri magni atque eruditissimi, laudes digna oratione persequutus est *Baptista Platina*, quae apud Bzonium ad a. 1472. nr. 31 - 38. legitur. [vid. ad

MSS. Angl. I. ib. vol. II. nr. 2274. in cod. *Voss.* et nr. 6064. in cod. *Th. Gale* CCXXX. add. supra ad vol. I. p. 588. not. *ss.* vol. II. p. 65. et 66. p. 192. not. *mm.* p. 374. §. IV. vol. VI. p. 301. ac not. *kk.* ib. p. 326. — Schemata quaedam astrologica, in cod. August. Vindel. v. *Reiseri* ind. codd. Aug. p. 89. *Harl.*

bb) De Bessarione praeter Bzonium et Odoricum Raynaldum, atque in cardinalium vitis Ciacconium, in promtu est consulere Iouii elogia, Gaddium de scriptoribus non eccles. Varillasium libro IV. anecdotor. Florentin. Bullartii academ. tom. I. p. 9. Boissardi imagines tom. I. p. 136. Hendreichii pandectas Brandenb. etc. *Fabr.* De hoc eximio grammatico, oratore ac philosopho acrique Platonis defensore, nato 1395. mortuo 1472. consulantur quoque *Casim. Oudin.* in comment. de SS. eccl. tom. III. col. 2411. sqq. praecipue de eius opp. horumque codd. ad a. 1440. — *H. Wharton.* et *R. Gerius*, qui Whart. narrationem praesertim de scriptis Bessarionis illorumque codd. egregie supplet augetque, in adpend. ad Cauei hist. litter. SS. eccl. tom. II. p. 138. sqq. ed. Basil. ad a. 1436. — *Nic. Comnen. Papadopulus* in Historia Gymnas. Patau. tom. II. libr. 2. cap. VIII. p. 171. sqq. — *Franc. Dionys. Camusatus* ad Ciacconii bibliothecam p. 911. sqq. — *Iac. Brucker.* in Hist. crit. philos. tom. IV. per. III. p. 43. sqq. et in adpend. f. vol. VI. p. 686. sqq. — *Humphr. Hodius* de Graecis illustr. lib. I. cap. V. p. 136 - 177. qui etiam laudes, quibus multi eum et viuum et mortuum ornarunt, p. 156. sqq. collegit; *Hamberger.* in kurzen Nachrichten etc. part. II. p. 1853. sqq. — *Boerner.* de doctis Graecis, p. 36 - 104. qui eius quoque imaginem aeri incisam praemisit, aliique plures, quos laudat *Saxius* in Onom. lit. part. 2. p. 420. sq. ad a. 1459. quibus addes *Schroekh.* Hist. eccl. christ. tom. XXX. p. 163. sqq. 435. tom. XXXII. p. 197. 255. sqq. 340. 345. tom. XXXIV. p. 391. sqq. et 423. — *Christ. Ios. Iagemann.* in: Geschichte der freyen Künste und Wissensch. in Italien, tom. III. part. 3. p. 256. sqq. et p. 268. de eius rixa cum Georgio Trapezunt. — *Ferd. Fossium* in catal. codd. Saec. XV. impress. in bibl. Magliabech. tom. I. p. 314. sqq. — Funebrem in eum orationem conscripsit *Mich. Apostolius*, quae exstat *Paris.* in bibl. publ. cod. MDCCXLIV. — *Hodius* p. 155. ostentare, tradit, hodiernos Venetos lignum crucis, seruatoris Christi tunicam, aliasque reliquias, a Bessarione sibi donatas. *Villoison.* autem in Anecdotis graecis, tom. II. p. 246. de Bessarionis vita et rebus gestis laudat *Io. Baptistae Schioppalalbae* diss. in perantiquam sacram tabulam graecam, insigni Sodalitio S. Mariae charitatis Venetiarum a cardinali Bessarione datam, Venetiis 1767. 4. et *Aloysii Bandini* commentarium de eo, Venetiis 1777. 4. Idem ex cod. Marc. DXXXIII. notam de Bessarione praefixam, gr. exscriptam euulgauit. — *Platinae* panegyricus in laudem — *Bessarionis, episcopi* Sabini cardinalis Niceni (sic) *et patriarchae CPolitani* in libro raro: *Explicit liber Dyalogi platinae de falso et vero bono* etc. *ludini* (sic) *per Gilbertum de villiers* etc. 1512. 8. de quo libro v. *Baumgarten* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. V. part. 25. p. 171. sq. Platinae panegyricum illum *Boerner* in libro laud. p. 81 - 101. ex alia edit. recudendum curauit. — In cat. bibl. Bünau. tom. I. vol. II. p. 1084. memorantur quoque *Platinae* panegyr. vna cum Platinae Vitis pontificum, Paris. 1505. 8. — ibid. 1530. 8. et Colon. 1529. fol. — *Bessar.*

ad not. *a.*] Mihi in praesenti satis est notasse, quod ille patria Trapezuntius et monachus ordinis S. Basilii et arhiepiscopus Nicaenus graecaeque ecclesiae antea promachus, primum studio conciliandi, deinde, vbi hoc non videt succedere, latina dogmata aduersus Graecos suos defendendo romanas partes strenue et constanter sectatus fuit, summosque ab his tulit honores, primus Graecorum inter cardinales cooptatus a. 1439. ab Eugenio IV. et a Pio II. patriarchae CPolitani ornatus titulo anno 1463. *cc*) Episcopus praeterea Tusculanus constitutus, futurus etiam post Pium II. anno 1464. defunctum pontifex maximus, nisi parum officiosa, vt aiunt, Nicolai Perotti admissionalis sui morositate *dd*) cardinalium animos a se alienasset. Diem obiit Rauennae 15. Nou. 1472. redux e Gallia, in quam a Sixto IV. legatus fuerat: Romae ad SS. apostolos sepultus, vbi a. 1466. viuus et spirans sibi monumen-

Bessar. vita in vitis celebr. et erudit. virorum, belgice scriptis, Amstelod. 1731. 8. part. III. nr. 5. p. 307 - 334. — *Bessar.* Acta selecta, quae ad eius legationem in vrbe Bononia, Exarchatu Ravennae et Romandiolae prouincia pertinent, in *Miscellanea di varie Operette*, tom. VIII. p. 149 - 180. Venet. 1744. 12. — Nomen eius *Βησσαρίων — ἐπίσκοπος τῆς νικαίων μητροπόλεως τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας*, comparet inter eos, qui subscripserunt synodo octauae, in cod. *Mosquensi* synod. XIII. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 31. — Add. supra, vol. III. p. 472. — De cod. *Venetae* bibl. Marc. X. qui continet nouum Testam. in vsum Bessarionis descriptum, et adnotatt. ab illo adscriptis v. cl. *Morelli* bibl. MSt. gr. et lat. tom. I. p. 15. sqq. et p. 19. de cod. gr. XIV. quem magna ex parte Bessario in suum vsum exarauit, qui ad initium adnotationes quasdam de se fecit, ex quibus, cel. Morell. ait, haec innotescunt. Anno 1423. d. 30. Ianuar. habitum monasticum induit: anno eod. d. 20. Iul. tonsuram monasticam denuo accepit: a. 1426. diaconus factus; post quinquennium ad presbyteratum adscendit: a. 1437. archiepiscopus Nicaenus electus, post biennium cardinalis euasit. Hactenus Morell. qui etiam obseruat, ex his suppleri posse Bandinii commentarium de Bessarione, eique multa alia, et maioris quidem momenti addenda restare. Idem p. 120. et 121. p. 249. 250. 269. de aliis codd. quos Bessario conscribendos curavit: ad initium primi sunt *Andronici (Callisti) Byzantini* versus hexametri vndequinquaginta in laudem Bessarionis ob editos pro Platone libros, qui etiam exstant in codd. *Laurentianis* apud Bandin. tom. II. p. 92. 96. et aliis. — Idem cel. *Morell.* ibid. p. 114. sq. docet, Bessarionem cod. Marc. CXC. qui continet *Procli* commentar. in Platonis Timaeum, totum adnotatiunculis ad argumenta commonstranda repleuisse; ad initium autem esse duo epigrammata, alterum *Bessar.* epitaphium in se graece scriptum, a *Theod. Gaza* latine redditum, alterum Gazae in Bessar. laudem latine factum; vtrumque esse a *Bandinio* editum in catal. MSS. Laurent. II. p. 153. posterius tamen non sine mendis. — *Veneto* Marc. cod. CCCIV. qui continet *Euclidis* Optica, Bessar. per totum codicem adnotatiunculas adiecit, de quibus v. *Morell.* l. c. p. 185. — p. 186. de *Archimedis* opp. in cod. CCCV. quem Bessar. manu sua passim suppleuit. — *Romae* in cod. bibl. Vaticanae, *Andreae arch. Rhodi* apologia ad Bessarionem missa; v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 7. *C.* — ibid. p. 106. *C.* et pag. 112. *B.* in bibl. *Vatic.* cod. nr. 2741. atque nr. 3920. *N. episcopi Firmiani* oratio in funere cardin. Bessarionis. *Harl.*

cc) Bzouius ait, hoc factum esse a. 1453. a Nicolao V. Sed malui sequi Raynaldum et alios, qui hoc ad a. 1463. referunt. [add. *Leon. Allat.* de eccl. occid. et orient. consensu, lib. III. c. 3. §. 1. col. 928. *Lambec.* comment. V. p. 365. *Harl.*]

dd) *Menagius* in lectionibus italice editis ad carmen septimum Francisci Petrarchae p. 10. Suite du Menagiana p. 127. sq. Bernardus Moneta (*de la Monnoye*) in tomo IV. Menagianorum p. 127. sq.

numentum ee) posuerat. Vel in purpura mores semper graecos retinuisse; barbamque prolixam derasae tunc ex more gentis Romae semper obiecisse, (quod effigies eius etiam apud Lambecium ff) testatur,) et domum eius patens ac clemens asylum sapientiae graecae profugae post expugnatam CPolin fuisse, Graeci ipsi gg) celebrant. [Bibliothecam locupletissimam, graecis libris magno sumtu in Italiam transuectis, Venetiis condidit, eamque moriens Venetae reipublicae dono dedit, conf. *Lambec.* III. p. 163. not Kollar. et infra nr. 23. Quidam tamen codd. quos possederat Bessar. peruenerunt in bibl. caesar. v. *Lambec.* VIII. p. 1093. ibique not. — catal. in bibl. Vatic. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 27. *C.* et p. 112. *A.* p. 1181. *Harl.*]

[P] *Scripta Bessarionis Graeca:*

1. *Oratio de vnione ineunda.* Incipit: τῶν μεγάλων πραγμάτων ὃ τὰ τέλη μόνον. Graece et latine in actis concilii Florentini tom. XIII. Labbei p. 35 - 46. et tom. IX. Harduin. p. 27 - 35. *Fabr.* *Monac.* in cod. XXVII. sunt plura Bessarion. scripta, quae duce *Hardtio* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 4. p. 5. sqq. secundum ordinem Fabr. paucis indicabo: scil. p. 5. nr. 2. in capp. decem diuisa, cum variis lect. et notis in margine positis, et nr. 6. cum notis margin. — p. 6. nr. 7. — pag. 7. Bessar. adloquutio ad synodum, (quae in cod. dicitur VIII.) Florentin. inc. τῶν μεγάλων πραγμάτων etc. Reliqua suis locis memorabo. *Harl.*

2. *Oratio dogmatica de vnione.* Incipit: Τὴν μὲν τῶν ἐκκλησιῶν τȣ̃ Θεȣ̃. Graece et latine Bessarione ipso interprete in actis concilii Florentini tom. IV. Binii p. 557. tom. XIII. Labbei p. 391 - 455. et Harduini tom. IX. p. 319 - 372. [add. infra, vol. XI. p. 677. sq. ed. vet.] Confer *Allatium* III. 3. de consensu p. 931. *Fabr.* *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XIV. nr. 2. plut. 10. gr. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 483. qui adnotat, illam orat. exstare gr. et lat. in edit. Concilior. Veneta, 1732. tom. XVIII. p. 483. — in eod. cod. nr. 5. legitur *Bessarion.* orat. ad VIII. synodum, publice pronunciata in eiusdem principio, Octobris d. VIII. Ind. II. (quam etiam in cod. Bauar. exstare, paullo ante significauimus, sed conf. ibid. not. Hardtii; eaque, adnotante Bandinio, edita est gr. et lat. in ed. Concilior. tom. cit. p. 35. sqq. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. DXXVII. in quo etiam alia sunt opp. eaque secundum ordinem, a Fabricio designatum, nr. 7. 16. 4. 17. 18. et 19. graece et lat. — Ibid. in cod. DLXXXIX or. *de vnione*, item

ee) Apud *Lambec.* V. p. 275. [p. 462. ed. Kollar.] et in monumentis illustrium virorum *Gisberti a Zyl.* p. 56. *Bessario episcopus Tusculanus S. R. E. card. patriarcha CPol. nobili Graecia ortus oriundusque sibi viuens posuit Anno Salutis MCCCLXVI. aetatis LXXVII.*

Τȣ̃τ' ἔτι Βησσαρίων ζῶν ἤνυσα σώματι σῆμα
Πνεῦμα δὲ φευξεῖται πρὸς Θεὸν ἀθάνατον.

[Add. Hodium. l. c. p. 151. sq. et ad not. *a.* fin. *Harl.*]

ff) *Lambecius* VI. de bibl. Vindob. p. 174.

gg) *Nic. Comnenus* praenot. mystagog. pag. 348.

item sec. ordinem Fabricii, nr. 6. 9. et 16. v. cat. codd. gr. Marc. p. 285. et 309. — De cod. *Paris.* v. ad nr. 7. fin. *Vindobon.* in cod. caes. CCLVII. nr. 7. or. de vnione, in concilio Florentino a. 1439. habita. v. *Lambec.* V. p. 366. — Latine oratt. binae *de vnione*, cum aliis Bessarionis lat. opp. Venetiis in bibl. Marc. codd. CCXXXIV. ac tribus seqq. v. Lat. et italica D. Marci bibliotheca codd. MSStorum, Venet. 1741. fol. p. 77. sqq. et adnotatur, vtramque orationem exstare in conciliorum Labbei edit. Veneta, 1732. p. 35. 399. 467. — In *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. hae oratt. aliaque Bessar. opp. in variis codd. vt plurimum haud distinctae occurrunt; eorumque indic. verbis Montfaucon. subiungere licebit: pag. 489. *A. Patauii* ap. Fichetum, Bessar. *orationes:* p. 109. *A.* et 114. *A.* (*Romae* in bibl. Vatic. nr. 2526. 3585. et 3586. ac 4037. varia opuscula. — pag. 186. *A.* ibid. in cod. *Ottobon.* or. ad synodum, et p. 191. *B.* ibid. liber dogmaticus de vnitate, gr. tom. 2. — pag. 469. *C.* et *D.* ac pag. 470. *A.* opera, *Venet.* in bibl. Marc. — pag. 483. *E.* opus de vnione ecclesiae latinae cum graeca, *Venet.* in bibl. Iustiniani. — p. 341. *Florent.* in bibl. Laurent. plut. 54. inter codd. scriptorum latin. cod. II. or. dogmat. *de vnione*, quam graece habitam Bessario ipse postmodum fecit latinam; *declaratio* aliquorum, quae in dicta oratione continentur, quae Graecis notissima, Latinis ignota sunt; *de successu synodi Florentinae et processione Spir. Sti*, s. epist. ad Alexium etc. primum graece liber editus, deinde ab ipso latinis litteris donatus; *defensiones recti catholicique dogmatis Latinorum*, videlicet de processi. Spir. Scti aduersus Palamam, cuius contradictiones Vecci argumentis confutantur; — *epistola generalis ad Graecos*, exhortans eos ad obedientiam romanae ecclesiae etc. et de electione sua in Patriarcham, quam gr. et lat. fecit; — *de sacramento eucharistiae*, — de loco euang. *Ioannis*, (v. Fabr. nr. 24.) — *orat.* ad arma contra Turcas capessenda, habita in conuentu Mantuano Pii II. pontif. rom. iussu congregato, (prodiit Islebii a. 1603.) — *or. altera* ipsiusmet argumenti, habita in conuentu Norimbergensi, quum illic legatus esset, soluto Mantuano conuentu; *replicatio ad responsionem legatorum Germaniae*, eiusd. argumenti; — eorum, quae post proximam eius replicationem sequuta sunt, *breuis et succincta enarratio;* — *orat.* habita pro fine et solutione conu. Viennensis; — *Epistola legatorum* omnium Germaniae principum ad Bessarionem, apost. sedis legatum; — *Bessarionis responsio* ad legatos; — eiusd. in ciuitate Bononia legati *oratio* habita, quum Ludou. Bentiuolen. vexillo donaret, quem Nicolaus V. natali seruatoris nocte ense donauerat; — *orat. in caput Andreae apostoli*, e Peloponneso Romam adlatum etc. — *oratio ad Paullum III. pontif. et oratores Italiae* de periculis toti Italiae imminentibus; — *or.* ad eosdem de discordiis sedandis, et bello in Turcas decernendo; — *epistola* ad Paullum III. *de prima Philippica Demosthenis;* — *Demosthenis* or. illa a Bessarione traducta; — *epist.* ad eumdem pontificem de eadem oratione; — *epistola* ad P. D. *Bessarionem* ord. S. Benedict. societat. S. Iustinae, et abbatem S. Seuerini Neapolis, scripta Romae V. Aug. 1470. Gratias agit, quod Prorex Neapolitanus se cum copiis suis aduersus Turcas paratissimum fore spondeat. — *Acta* generalis octauae synodi, sub Eugenio IV. Ferrariae inceptae, Florentiae vero peractae, e graeco in latin. nuper traducta, interprete Barthol. Abramo Cretensi — item *Bessarionis* — *oratio* ad Graecos habita, *quae inscribitur*

bitur dogmatica — eod. *Bessarione* interprete; eiusd. *Bessar.* ep. *de successu ipsius synodi ac de Spir. S. processione, ad Alexium Lascarim, eod. interprete.* Romae ap. Ant. Bladum de Asula, 1526. in fol. v. Catal. des Livres du Cabinet de — Gaignat, par Guil. Franc. de Bure, tom. I. p. 61. et cat. bibl. Leid. p. 27. — In tom. II. operis: Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἐν Φλωρεντίᾳ σύνοδος, f. a. p. 187-273. est orat. dogmaticae versio lat. ab ipso Bessarione facta, et multo longior, quam ea, quae graece scripta fuit ab illo; et ipsius Bessar. versio lat. suae *Declarationis*, (posthaec nr. 21. memoratae.) v. *Baumgart.* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. IX. p. 451. sq. *Harl.*

3. *Physicae demonstrationes de DEO*, de immortalitate animae et de incarnatione Christi MSS. in bibl. Bodlei.

4. *Contra Marcum Ephesium*, quum ad priora eius capita XVII. Latinis opposita respondisset Gregorius, protosyncellus, et cetera absoluere per fata fuisset prohibitus. Vide *Arcudium* lib. II. de concordia p. 113. *Allatium* pag. 932. et *Lambecium* lib. V. pag. 174. *Fabr.* s. pag. 366. Kollar. nr. 6. cod. CCLVII. — *Monac.* in cod. Bauar. ad nr. 2. cit. apud Hardt. pag. 12. sunt fol. 180. *Marci Ephesii Eugenici* capp. syllogistica ad Latinos; sequitur fol. 224. *Bessarionis* responsio ad caput XVIII. per modum epistolae. — *Venetiis* in bibl. Marci cod. DXXVII. ad nr. 2. cit. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XIV. nr. 14. plut. 10. *Marci Ephesii* capp. sequitur *Georgii Scholarii* responsio ad capp. I-XVII. inclusiue; tum *Bessarionis* responsio ad capp. reliqua XXI. v. *Bandini* cat. cit. I. pag. 484. — *Mediolani* in bibl. Ambros. de process. Spir. Scti contra Marcum Ephesinum; epist. ad Ephesios *de fide catholica et romani pontificis primatu.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 510. C. — *Venetiis* in bibl. Marc. in codd. latinis CXXXIII. et duobus seqq. *Bessar.* aduersus argumentum, quo in primis niti solebat aduers. catholicam fidem Marcus Ephesiorum antistes: init. *Magna illa inter Graecos et Latinos.* Sequitur Bessar. opusculum, ab aliis, vt ait auctor cat. codd. latin. bibl. Marc. pag. 78. haud memoratum: *Confutationes reliquorum argumentorum ipsius Ephesii confectae atque editae.* An prius opusc. continet responsionem ad cap. XVIII. posterius autem ad reliqua capp. responsionem? *Harl.*

5. *Epistola ad Thomae Palaeologi filiorum paedagogum* Anconam missa Roma 9. Aug. 1465. seruata a *Phranza* III. 27. et a *Iac. Pontano* notis ad Phranzam p. 309. graece, deinde a Meursio graece et latine edita, nec non ex Meursii editione a Labbeo, vt dixi volum. VI. p. 241. [s. p. 545. vol. VII. n. ed.] Incipit: εὐγενέστατε ἀνερ καὶ ἡμῶν φίλτατε φίλων, ἐδεξάμην καὶ πρότερον.

6. *Epistola ad Alexium Lascarim Philanthropenum* dicta *Antidotus*, de successu *synodi Florentinae* et *de processione S. S.* Incipit: Σὺ μὲν οὐ τὰ ἀνθρώπινα μόνον. Graece et latine ex duplici versione, Bessarionis ipsius altera, altera Arcudii edita a *Petro Arcudio* in opusculis aureis theologicis, vulgatis Romae 1630. 4. et recusis 1671. 4. Latine exstat in conciliis Labbei tom. XIII. pag. 1228-1262. et *Harduini* tom. IX. pag. 1043-1077. *Fabr.* Conf. infra, vol. XI. p. 680. sq. ed. vet. — MS. *Vindobon.* in cod. caes.

caes. CCLVII. nr. 8. v. *Lambec.* V. pag. 367. ibique not. Kollar. add. *Lambec.* V. pag. 316. in nota 1. et Kollar. animadu. in not. *B.* — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. DLXXXIX. et latine inter codd. lat. v. cat. illius biblioth. codd. gr. pag. 309. ac latinor. pag. 78. — *Florent.* in cod. Laurent. XIV. nr. 3. plut. 10. v. *Bandin.* l. c. I. pag. 483. qui adnotat, id opusc. latine exstare in edit. concilior. Venet. a. 1732. tom. XVIII. p. 1244. sqq. — Conf. *Baumgarten.* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. VI. pag. 427. 431. sqq. 451. sqq. et supra ad nr. 2. *Harl.*

7. *Apologia aduersus Gregorium Palamam* pro *Ioannis Vecci* patriarchae CPol. libro aduersus responsiones Graecorum de processione Spiritus S. a Filio. Graece et lat. in iisdem opusculis. *Fabr.* Conf. supra in h. vol. de Demetrii Cydones scriptis, nr. 14. — MS. *Venetiis* in codd. Marc. DXXVII. *contra capp.* Maximi Planudis *de processione Spir. S.* et DLXXXIX. *contra Palamam pro Io. Vecco.* v. cat. cit. p. 285. et 310. et *latina Bessarionis versio* in quatuor codd. v. cat. codd. lat. bibl. Marci, p. 78. sqq. — *Paris.* in cod. bibl. publ. MCCLXX, 5. et *Florent.* in cod. Laurent. XIV. nr. 4. *Io. Vecci inscriptiones XII. in sententias SS. patrum, quas collegit de process. Spir. S. cum* totidem *Gregorii Palamae confutationibus et Bessarionis apologiis:* sub fin. illorum opusc. iterumque nr. 6. *Maximi Planudae de process. Sp. S. contra Latinos syllogismi* IV. cum *Bessarionis responsionibus.* v. *Bandin.* l. c. I. p. 483. — *Vindobon.* in cod. CCL. nr. 13. varior. patrum latin. testimonia de process. Spir. S. et nr. 14. *Becci* s. *Vecci* epigraphae, *Gregorii Palamae* confutatt. et *Bessarionis responsiones pro Vecco.* v. *Lambec.* V. pag. 316. ibique not. Kollar. et pag. 317. sqq., qui ex *Allatio* de ecclesiae occid. et orient. perpetua consensione, cap. XV. §. 8. p. 766. longum locum de illis excerpsit, notauitque, ibid. libr. III. cap. 3. §. 1. pag. 930. speciatim agi de Bessarionis scriptis. — Eadem opusc. in cod. *Bauar.* XXVII. fol. 57. v. *Hardt.* in Aret. Beytr. a. 1803. part. 4. pag. 6. seq. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLXX. nr. 4. *Becci* collectio testimoniorum de process. Spirit. S. — nr. 5. *Gregorii Palamae* confutatt. cum *Bessarionis* responsis; nr. 6. *Maximi Planudis de process. Spir. S.* Subiunctae sunt capitibus singulis *Bessarionis* et *Demetrii Cydon.* responsiones: nr. 2. *Bessarionis* opus dogmat. *de componendis Latinos inter et Graecos controuersiis.* Sequitur eiusd. *professio fidei.* *Harl.*

8. *Epistola catholica siue encyclica ad Graecos ecclesiae CPol. subiectos*, in qua se Oecumenicum Patriarcham nominat. Confer *Allatium* de Consensu pag. 289. 353. 928. Exstat cum duplici versione, Bessarionis ipsius et altera Arcudii, notisque graece et lat. in iisdem opusculis ab *Arcudio* editis. Latine ex Bessarionis versione apud *Odoricum Raynaldum* ad a. 1463. nr. 58. sqq. *Fabr.* In codd. bibl. *Marci* citat. DXXVII. et DLXXXIX. v. cat. cit. pag. 285. et 309. — *Taurini* in bibl. reg. cod. CLXXXVI. fol. 400. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 273. — *Paris.* in bibl. publ. codd. CDXXII. et CDXXIII. nr. 8. atque MCCCXVI. nr. 2. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. Barocc. CXLV. — *Monac.* in cod. Bauar. XXVII. fol. 258. et cod. XLIII. fol. 488. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. IV. pag. 14. et part. V. pag. 39. seq. — *Vindobon.* in codd. caes. LXI. nr. 6. et LXII. v. *Lambec.* VIII. p. 1057. sqq. (vbi probat Arcudii in

 not.

not. ad ed. opusc. aureor. p. 372. seq. suspicionem, vanam illam et falsam *oecumenici patriarchae* adpellationem non a Bessarione ipso, (vti ipse Fabric. h. l. scripserat,) sed a posterioribus graecis schismaticis additam esse, et Bessarionem videri ab illa procul dubio abstinuisse,) et pag. 1060. seq. *Harl.*

[P] 9. *Responsio ad quatuor argumenta Maximi Planudae de processione Spiritus S. ex solo Patre.* In iisdem opusculis. *Fabr.* V. ad nr. 7. — *Venet.* in bibl. Marc. codd. duobus ad nr. 8. citatis. — In cod. *Bauar.* XXVII. *Planudae* quatuor argumentationes et totidem *Bessarionis* responsiones. acc. *Demetrii Cydone* testimonium de his capitibus in margine positum. v. *Hardt.* l. c. a. 1803. part. IV. pag. 8. — Eadem *Paris.* in bibl. publ. codd. DCCCXXVIII. nr. 2. et MCCLXX. nr. 6. *Harl.*

10. *Epistola encyclica de azymo* citatur a *Nic. Comneno* pag. 161. praenot. mystagog.

11. *Epistola ad Gennadium Scholarium* id. pag. 233. 244. 285. 340. *Ad Theodorum Gazam.* MS. *Lambec.* VII. pag. 162. seq. [hh]) *Ad Palaeologos* epistola graecobarbara citatur ab Is. Haberto pag. 155. ad Pontificale ecclesiae graecae. *Ad Michaëlem Byz.* a Cangio in appendice ad Glossarium graecum pag. 16. *Ad* eumdem *Michaelem Apostolium*, *Lambec.* V. pag. 175. [ii]) et *Allat.* de consensu pag. 938. et *ad Andronicum Callistum*, infra

hh) Pag. 347. ed. Kollar. in cod. caesar. XC. nr. 5. de Georgii Trapezuntii libro pro Aristotele contra Platonem. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. DLXXXIX. v. cat. cit. p. 309. et *Montfauc.* Bibl. bibl. MSS. p. 469. *E.* — *Florent.* in codd. bibl. Laurent. XIV. nr. 7. plut. 10. et XXXIII. nr. 7. plut. 51. v. *Bandin.* l. c. tom. I. p. 483. et II. p. 386. — *Mediolani* in bibl. Ambrosiana, in qua etiam sunt *Bessarionis* et *Gemisti* epistolae; item epistolae ad *Michaelem Apostolium*; *quaestiones ad Plethonem* ter, *epist. catholica ad Graecos; defensio pro synodo Florentina*, quae est edita sub nomine Gennadii Scholarii: capp. X. de concordia Graecorum Latinaeque ecclesiae, conciliationes. Epistolae *Bessarionis* et aliorum ad easdem controuersias spectantes; epistolae *ad Andronicum.* v. *Montfauc.* l. c. p. 494. *D.* — *Monac.* in cod. Bauar. XXVII. inc. Ἃ μὲν περὶ τῆς ἀκριβείας. ad *Theodorum:* v. *Hardt* l. c. a. 1803. part. 4. p. 9. qui, „epistola, inquit, quam Lambec. adfert libr. VII. (l. c.) a nostra differt, et Theodoro Gazae inscribitur, nec nostram typis mandatam noui." *Harl.*

ii) Siue pag. 369. de cod. CCLVII. in quo aliquot sunt opp. Bessarionis, sed illa epistola, olim iam excisa, non amplius in eo comparet, animaduertente Lambecio. Graece et latine edidit *Boiuin.* Conf. *Boiuin.* comm. de controuersiis philosophor. saec. XV. de Platone et Aristot. in Memoir. de Litterature de l'Acad. des Inscr. et B. L. tom. III. pag. 281. sqq. edit. Paris. et germanice versa notisque illustrata a *C. A. Heumann* in Actis philosoph. part. X. part. II. p. 537. sqq. vbi versio Bessar. epist. ad Apost. p. 551. sqq. legitur. — MS. *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXXIII. nr. 8. et 10. plut. 58. v *Bandin.* l. c. II. p. 482. — *Lugd. Bat.* inter codd. Vossian. v. cat. bibl. Leid. p. 401. nr. 6. — *Oxon.* in cod. Barocc. CXIV. in quo etiam est, suspicante editore cat. MSS. Angliae, vol. I. p. 13. *Bessar.* op. *de immortalitate animi et incarnatione Christi.* — *Paris.* in bibl. publ. MDCCLI. nr. 2. MDCCLX. nr. 22. MMDCLII. nr. 5. data dicitur illa epist. Viterbii a. 1462. In cod. MMMXLIII. est, nr. 11. *Gregorii* epistola ad Bessarionem, et nr. 12. eiusd. oratio in Bessar. cuius in colligenda bibliotheca studium summopere praedicat. — *Matriti* in cod. reg. mox citando. — Conf. not. seq et supra in hoc vol. p. 192. ibique not. s. *Harl.*

fra pag. 747. [kk]) *Ad Gemistum Plethonem* de quatuor quaestionibus Platonicis: περὶ τῦ αὐθυποςάτυ, περὶ τῦ μεθεκτῦ καὶ ἀμεθέκτυ, περὶ τῆς τῶν ὄντων συνωνυμίας ἢ ὁμωνυμίας. [et περὶ εἱμαρμένης, in cod. *Matrit.* reg. XXXIV. fol. 180. v. *Iriart.* l. c. p. 136. *Harl.*] MS. *Lambec.* VII. pag. 162. seq. [siue pag. 346. ed. Koll. nr. 2. cod. caesar. XC. et nr. 3. *Georgii Gem. Plethonis* epp. duae responsoriae ad superiorem Bessar. epistolam. — *Florent.* in cod. Laurent. XXXIII. nr. 3. plut. 58. v. *Bandin.* l. c. pag. 481. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. nr. 2290. cat. MSS. Angl. I. *Bessarionis* et *Gemisti* epistolae. — ib. in cod. *Barocc.* CLXV. *controuersiae circa Platonica quaedam dogmata* inter *Apostolium* et *Gemistum* ac *Theodor. Gazam* atque *Bessarionem.* — *Paris.* in bibl. publ. cod. CDLXII. nr. 2. cum Gem. Pleth. duplici responso. — Eadem in codd. MDCCXXXIX. nr. 17. et 18. ac MMCCCLXXVI. nr. 8. et 9. Epist. ad Plethonem, cum versione *H. S. Reimari*, cum *Plethone* de fato. Lugd. Bat. 1722. 8. *Harl.*] *Ad filios Gemisti Plethonis de obitu et laudibus Patris*, infra pag. 757. et Allat. pag. 937. de consensu. [ll]) Epistolae quatuor *ad Philanthropenum* citantur ab eodem *Allatio* pag. 930. et *Nic. Comneno* pag. 17. 323. 350. praenot. mystagog. Alias epistolas MStas memorat *Nesselius*, parte IV. p. 131. *Labbeus* p. 99. 183. bibl. nouae MSS. *Fabr.* *Venetiis* in bibl. Marc. cod. DXXVII. sunt sex epistolae sine inscriptionibus. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 285. — Ibid. in cod. DXXXIII. duae sine inscriptione tum nouem aliae ad *Amoerutzen; Theodor. Porphyrogenitum; Paull. Sophianum; Demetrium πε-*

kk) *Matriti* in cod. reg. XXXIV. fol. 154. breuissima quinque versuum epistola ad *Andronicum Callistum*; init. Ἀλέγγελ καὶ Μιχαήλῳ φύρδην κατὰ τῦ ἑταίρε ϑεοδώρε· sequitur longior ad eumdem epistola: inc. Πρεσβεύοντι παρὰ τῷ μεγίςῳ ἀρχιερεῖ. tum *Andronici Call.* epist. ad Bessarion. v. *Iriarti* cat. codd. gr. Matrit. p. 156. qui quidem optat, vt plenissima et absolutissima omnium scriptorum Bessar. fiat editio. — *Lugduni Bat.* inter codd. Scaliger. amoebaeae epistolae inter *Bessarion.* et *Plethonem.* v. cat. bibl. Leid. p. 341. nr. 51. — *Florent.* in cod. Laurent. XXXIII. nr. 3. plut. 58. *Bessar.* epistola, et nr. 4. *Plethonis* ad Bessar. responsiones s. epistolae duae, ac nr. 9. *Bessar.* epist. ad *Andronicum Callistum.* v. *Bandin.* l. c. vol. II. p. 481. sq. — In bibl. *Escorial.* 1) *responsio ad Andronicum* et *quaestiones de Trinitate* (nr. 13. l. nostro;) 2) *de mysterio Eucharistiae*, (nr. 17. l. nostro;) 3) ad *Georg. Gemestium* (sic) *de quibusdam quaestionibus Aristotelis* cum responsione; 4) *Problemata quaedam. Reprehensio verborum Trapezuntii in Platonem. De quaestione Categoriarum. De eo, quod per se subsistit. Epistolae* iterum *ad Gemistum* et alia quaedam, teste *Plüero* in Itiner. per Hispaniam p. 161. sq. — Epistol. ad Mich. Apostolium et ad Andronicum Callist. edidit *Boiuin.* in Histoire de l'Academie royale des Inscript. et B. L. tom. II. p. 455. sqq. ed. Haagan. 1724. 12. sec. *Schroeckh.* l. cit. tom. XXX. p. 165. aut sec. *Bandin* II. p. 482. tom. IV. ed. Paris. 4. et Amstelaed. 1719. 12. p. 488. sed in ed. Paris. (quam in manibus habeo,) tom. II. p. 715. sqq. legitur *Boiuin.* recitat. de controuersiis etc. p. 719. de Bessarione, et p. 720. sqq. versio gallica epistolae Bessar. ad Mich. Apostolium: illa autem gr. et lat. in tom. III. p. 281. sqq. In tom. II. p. 720. est versio gallica breuis epist. Bessarionis ad Andronicum. In germanica *Louis. Adelg. Vict. Gottschediae* versione Hist. acad. Par. Inscr. tom. II. p. 377. sqq. exstat quoque Bessar. ep. ad Mich. Apost. gr. ac lat. v. paullo ante de epist. ad Mich. Apostol. *Harl.*

ll) MS. *Vindobon.* in cod. caes. CCLVII. nr. 9. et CCLXXVII. nr. 1. ac nr. 2. *Bessarionis epigramma in proprium sepulcrum.* v. *Lambec.* V. p. 367. ibique Kollar. in not. *B.* — *Venet.* in bibl. Marc. cod. CCCXXXIII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 152. *Florent.* in cod. Laurent. XXI. nr. 8. plut. 10. v. *Bandin.* l. c. I. p. 489. *Harl.*

παγώμενον· *Nicephorum Chilam; Dionysium* hieromonachum; Nomophylacem τὸν Εὐγενικόν· *Matthaeum* et *Isidorum* hieromonachos; denique in fine epist. ad *Alexium Lascarin*, et *ad Constantinum Palaeologum*. v. cat. cit. pag. 288. — Epistola ad *Ioan. Argyropulum*, *Florent.* in cod. Laurent. XIII. nr. 1. plut. 55. quam integram gr. publici iuris fecit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. II. pag. 275. seq. — Epistola ad *Nicolaum Secundinum*, Euboeum, quae laudes Gemisti eximias continet, *Venet.* in cod. Marc. CCCXXXIII. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 150. Eam gr. cum versione sua lat. ex illo cod. in lucem primum protulit cel. *Morell.* in bibl. MS. gr. et lat. tom. I. pag. 212. sqq. — Secundum *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 27. nr. 572. *Romae* in bibl. Vatic. *Bessarionis* et *Petri Gellii* epistolae duae; — pag. 108. nr. 3399. ibid. diversorum epistolae *ad Bessarionem*. — pag. 109. nr. 2526. ibid. *Bessar.* epistolae et varia opuscula. — pag. 401. *D. Florent.* in bibl. Laur. cod. XVIII. plut. 83. *Bessar.* et aliorum epistolae. — pag. 974. *A. Georgii Amirutzae* epistola ad Bessarion. Paris. in cod. Colbert. MMMXXVIII. — p. 1201. E. in bibl. *Guil. Pelliserii*, et p. 1275. nr. 203. in bibl. Scti *Gatiani Turonensis*, it. pag. 1328. *D.* in bibl. *de Mesme* epistolae quaedam *Bessarionis*. — pag. 1395. *B. Taurini* in bibl. reg. *Bessarionis* epistolae et alia. *Harl.*

12. *De primatu papae.* *Allatius* de consensu pag. 966. et infra pag. 775.

13. *De S. Trinitate explicatio* MS. *Fabr.* Est pars operis cuiusdam: *Venet.* enim in bibl. Marc. cod. DXXIII. *Bessar.* interpretatio *in primum librum τῶν ἀποφάσεων.* init. πᾶσα διδασκαλία. Agitur *de S. Trinitate.* v. cat. cit. pag. 282. — De cod. *Escorial.* v. ad nr. 11. *Harl.*

14. *Professio fidei christianae contra omnes haereses*, diuisa in capita XXI. MS. in bibl. caesarea. *Lambec.* V. p. 226. [s. pag. 465. ed. Kollar. in cod. CCLXXVIII. *Harl.*] Incipit: α. Πιστεύομεν ὅτι ἐστι Θεὸς δημιουργὸς πάντων.

15. *Monodia in obitu Manuelis Palaeologi*, imp. a. 1419. defuncti, ex Nic. Perotti, archiep. Sipontini, versione legitur apud *Abr. Bzouium* ad a. 1472. nr. 56. [mm]) *Iambi in obitum Theo-*

mm) MS. gr. *Venet.* in bibl. Marc. DXXXIII. in quo etiam praeter epistolas, inedita aut incognita partim, exstant *Bessar.* 1) *Prosphoneticus* ad Alexium Comnenum, imper. Trapezuntium; incipit: Κράτιστε βασιλεῦ, ὁ μὲν πρεσβῆκον· 2) Παραίτησις tamquam ex persona archiepiscopi Sophiae: inc. τῶ τῆς ἀρχιερωσύνης· 3) *Monodiae* III. in *Theodoram Comnenam*; 4) canon in S. martyrem *Pantaleonem*: 5) *iambi* in sepulcrum *Cleopae* Palaeologinae; 6) *iambi* in sepulcrum *Theodorae* Palaeologinae; 7) *iambi in peplum*, exhibentem imagines Manuelis et Helenae Palaeolog. habitu laicorum et monachorum; 8) *sermo* moralis adhortatorius ex persona Ioannis Lascaris (τῶ Λασκάρη) *ad* eius filium *Demetrium* capp. XXV. praeit *epistola* ad illum Ioannem; 9) *ad synodum CPolitanam*, tamquam ex persona archiep. Trapezuntii Dosithei; 10) Encomium *in Trapezuntium*; 11) *homilia* in dictum: *Beatus vir, qui inuenit sapientiam*; praeit epistola ad *Theodorum*; 12) *sermones consolatorii* III. ad imperatorem, qui coniugem amiserat. Operibus praemittitur prooemium Bessarionis, in quo exponit, quibus temporibus praedicta opp. scripserit; nec non anonymi encomium in Bessarionem. V. cat. codd. gr. Marc. pag.

Theodorae, Constantini Palaeologi vxoris, apud Allatium de consensu p. 955. Habuit et varias Bessario orationes, vt in funere Cleopae Palaeologae apud Labbeum pag. 71. et quas memorat Gesnerus: et conciones quam plurimas, teste Platina. Etiam laudes patriae suae et ad Graecorum imperatorem de vxoris obitu scripsit consolationem, teste *Trithemio* cap. 821. de scriptor. ecclesiasticis.

16. Πρὸς τὰ Πλήθωνος πρὸς Ἀριστοτέλην περὶ ὀσίας. *Ad dicta Plethonis in Aristotelem de substantia.* Meminit Gesnerus in bibl. et *Allatius* pag. 387. de Georgiis. Infra pag. 747. *Fabr.* MS. *Venet.* in bibl. Marc. DXXVII. et DLXXXIX. v. cat. cit. pag. 285. et 309. — *Florent.* in cod. Laurent. XIV. nr. 8. plut. 10. v. *Bandin.* l. c. I. pag. 483. — *Monac.* in cod. XXVII. v. *Hardt.* l. c. a. 1803. part. IV. pag. 9. *Harl.*

17. Περὶ τοῦ τῆς ἱερᾶς εὐχαριστίας μυστηρίου, καὶ ὡς τοῖς τοῦ Κυρίου ῥήμασι μάλιστα τελειοῦται. *De sancto Eucharistiae mysterio, et quod per verba Domini maxime fit consecratio,* contra Marcum Ephesium. Graece [P] MS. in bibl. caesarea. Incipit: τοῦ ἱεροῦ τῆς συνάξεως καὶ εὐχαριστίας. Vide *Lambecium* V. pag. 173. [nn]) Latine prodiit in bibliothecis patrum et nouissima edit. Lugdunensi tom. XXVI. pag. 787. Quod vero *Whartonus* Allatium p. 932. de consensu sequutus scripsit graece et latine prodiisse cum Liturgiis patrum, Parisiis 1560. fol. error est, nam nec graece nec latine ibi habetur Bessarionis scriptum, habetur autem scriptum Marci Ephesii, quod Bessario oppugnauit. [v. infra vol. XIII. p. 816. vet. ed.]

[*Epitome historiarum Appiani Alexandrini* et *epitome bibl. hist. Diodori Siculi*, scil. librorum quinque priorum et ab XI. ad XV. inclusiue, *Venet.* in bibl. Marc. cod. DXXIII. v. cat. cit. p. 282. *Harl.*]

[Excerpta ex Herodoto, libris Thucydidis et aliorum, inscripta a Bessarione παρασημειώσεις ἡμετέρας, λέξεων δηλονότι τινῶν καινοπρεπεστέρων etc. Subiunguntur *Epitome legum Platonis et epitome libror. Hermogenis de formis orationis,* Venet. in cod. Marc. DXXVI. v. cat. cit. pag. 284. seq. — Quaedam, quae Fabric. inter opp. Bessarionis *latine* scripta retulit, etiam *graece* confecta esse, deinceps monstrabimus. *Harl.*]

Lati-

pag. 287. seq. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MMDXL. nr. 3. *orat.* funebris in mortem *Cleopes*, vxoris Theodori Palaeologi; et in codd. CDLVI. nr. 5. et CMXLI. nr. 2. *iambi* in mortem *Theodorae* Palaeologinae. *Harl.*

nn) Siue p. 364. sq. ed. Kollar. cod. CCLVII. nr. 5. — *Venetiis* in cod. Marc. DXXVII. v. cat. cit. p. 285. — *Mediolani* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 510. *C.* — *Mosquae* in cod. synod. CCCXCIV. nr. 18. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 252. qui addit, in fine hanc esse notam: ἐκ τινος βιβλίου τῆς κυρίας τῆς ψυχοσώστρας, et in cod. libro esse aliquot orationes et epistolas *Demetrii Cydone.* — *Oxon.* in bibl. Bodl. cod. Barocc. XC. — ibid. in Collegii noui cod. CXXXV. f. nr. 1099. cat. MSS. Angliae etc. I. part. 2. — in cod. *Thom. Gale* CXXI. f. nr. 5955. dicti cat. vol. II. — in cod. *Escorial.* v. ad nr. 11. *Harl.*

Latine scripta.

18. *Contra calumniatorem Platonis* (Georgium Trapezuntium) libri IV. Venet. apud Aldum 1503. et 1516. fol. Vide infra p. 722. 730. *Fabr.* MS. *Graeca Venetiis* in bibl. Marc. codd. CXCVIII. et CXCIX, *latina* autem in eiusdem bibliothecae codd. quinque. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 110. et codd. lat. pag. 110. seq. atque cl. *Morell.* bibl. MSS. gr. et lat. tom. I. pag. 120. seq. — *Monac.* gr. in cod. Bauar. LXXX. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 5. pag. 4. seq. — *latine* sunt multa Bessarionis opp. *Florent.* in bibl. Laurent. codd. I. (quae est edit. princeps rom.) et II. plut. 54. quae ex *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSSt. pag. 341. supra ad nr. 2. fin. iam commemoraui. — Editi sunt illi libri primum: *Bessarionis — aduersus calumniatorem Platonis libri* V. et *de natura et arte aduersus Georg. Trapezuntium liber*, sine nota anni, *Romae* autem, vt ex versibus in calce positis adparet, typis Conr. Schweynheim et Arnoldi Pannartz, in aedibus Maximorum. Vid. *Angeli Mariae Card. Quirini* libr. de optimorum scriptorum editt. quae Romae primum prodierunt etc. pag. 227. seq. edit. *Io. Ge. Schelhornii*, Lindau. 1761. 4. atque Schelhorn. in nota docet ex epistola ad Marsil. Ficinum, (inter epistolas Mars. Ficini, Venetiis a. 1495. in fol. excusas lib. I. fol. VI. aut in *Mars. Ficini* Opp. Paris. 1641. tom. I. pag. 602. vbi etiam Ficini responsio legitur,) opus illud a. 1469. typis esse exscriptum: idem ex eadem Ficini epistola, et ex epist. Philelphi ad Bessarionem, libr. XXXI. epistol. Philelphi Venet. 1502 fol. pag. 214. commonstrauit *Franc. Xauer. Laire* in specimine typogr. romanae, Romae 1778. 8. pag. 145. seq. Adsentitur *Audifredus* in catalogo hist. critico romanarum edd. saec. XV. Romae 1783. 4. pag. 21. sq. add. *Clement.* bibl. ad nr. 20. citat. pag. 248. *Guil. de Bure* cat. bibl. Duc. de Valliere, tom. I. pag. 369. seq. et *Ferd. Fossium* in cat. bibl. Magliabech. tom. I. pag. 313. sqq. qui copiose differit et de hac edit. et de ipso Bessarione eiusque controuersiis. De quibus etiam agitur a *Boiuin.* in comm. supra ad nr. 11. laudata, et quidem p. 562. seq. vers. ab Heumanno factae, cuius notam addes, item *Schroeckh.* histor. eccles. christian. tom. XXX. pag. 434. sqq. *Brucker,* Hist. crit. philos. tom. IV. part. I. pag. 41. sq. et 71. seq. *Harl.*

19. *De natura et arte,* siue an natura et ars consulto agant. Aduersus eumdem Trapezuntium. Ad calcem iam dictorum IV. librorum. *Fabr.* *Graece Venet.* in cod. Marc. CXCVIII. ac gr. et lat. ibid. in cod. DXXVII. v. cat. cit. pag. 110. et 285. ib. inter codd. *latin.* (pag. 111. catal,) cod. CCXXIX. — *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCXVII. nr. 16. graece. *Harl.*

20. *Orationes quatuor ad Principes Italiae* de Christianorum clade in Chalcide Euboeae, periculis Italiae post expugnatum Hydruntum imminentibus: de sedandis discordiis et bello in Turcas decernendo: et persuasio ex Demosthenis Olynthiaca. Inter *Nic. Reusneri* consultationes atque orationes turcicas IV. Voluminibus a. 1596. 4. editas vol. II. pag. 197. 203. 215. 229. *Fabr.* MS. *Taurini* in bibl. reg. cod. MCLXV. v. cat. codd. latin. etc. Taur. p. 390. sqq. vbi primum edita est ex isto cod. longa *Guilielm. Ficheti,* Sabau-

Sabaudi, rectoris vniuersitatis Paris. cui Bessario illas miserat orationes, epistola ad Sabaudiae duces praemissa, et sequitur Bessarionis ad Fichetum epistola, scripta d. 13. Dec. 1470. — *Vindobonae* in cod. caes. Bessar. oratio de periculis a Turca imminentibus; et de bello contra Turcas suscipiendo, scripta a. 1470. item oratio de discordiis sedandis et bello in Turcam decernendo. vid. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. pag. 571. *D.* — Edit. *Bessar. orationes et epistolae ad Guil. Fichetum et alios;* vna cum epistola praefat. Ficheti ad Ludou. XI. regem Francor. ed. princ. in Parisiorum Sorbona (sine a. nota, a. 1471.) 4. v. *Guil. Franc. de Bure* cat. des livres — de — Gaignat. tom. I. Par. 1769. 8. pag. 614. nr. 2553. et in Bibliograph. instructiue, Bell. Lettres tom. II. pag. 316. nr. 4125. vbi nr. 4126. sequuntur: *Guil. Ficheti* epistolae ad Bessarionem et alios, ibid. sine a. nota in 4. — In eod. cat. bibl. de Gaignat, tom. I. pag. 392. nr. 1511. est versio italica: *Oratione di Bessarione* — a tutti gli Signori d'Italia; confortandogli e pigliar guerra contra el Turcho; vulgarizzate per — *Lodovicho Carbone,* 1471.) 4. Add. Dictionaire bibliographique histor. et critique des Livres rares, tom. I. Par. 1790. 8. pag. 129. et *Bure* cat. des Livres de Duc de la Valliere tom. II. pag. 56. sq. in quo citantur: *Bessar.* orationes de bello Turcis inferendo: (Paris. per Vlric. Gering. etc. 1471. 4.) in fine addita Bessar. vers. lat. *Demosthenis* orat. pro ferenda ope Olynthiis. etc. — Eaed. oratt. *Romae* in aedibus Franc. Priscianensis 1543. 4. *) v. *Clement* Bibliotheque histor. et critique, tom. III. pag. 251. seq. vbi in not. plures laudantur de hoc libro ipsoque Bessarione; memorantur quoque edd. Noriberg. 1593. 8. Lips. 1595. 8. et Isleb. 1603. — Ibid. pag. 248. sqq. recensentur edd. Romana et Aldinae libror. in calumniat. Platonis. *Harl.*

21. *Declaratio aliquorum, quae in oratione dogmatica* (supra n. 2.) *continentur,* quae Graecis notissima, Latinis ignota sunt. Incipit: *notandum primo.* Apud *Labbeum* T. XIII. Concil. pag. 455. et *Harduin.* tom. IX. pag. 374. [v. ad nr. 2.]

22. *De processione Spiritus S. ad Paulum II. pontificem.* Et ad eumdem *de errore paschatis.* MS. Venetiis in bibl. S. Marci. *Fabr.* Fabric. cum aliis, qui putent, opusc. peculiare de process. Spir. S. a Bessar. ad Paullum II. pontif. scriptum esse, et in bibl. Veneta Marc. adseruari, errare, Theupol. docet in lat. et ital. Marci bibl. codicum MSStor. pag. 75. quum tantum sit *Prooemium* in libell. de process. Spir. S. ad Paullum II. Ideo l. c. ex codd. Marc. lat. CXXXIII. et duobus seqq. qui multa continent Bessarionis scripta, Prooemium illud euulgatum est. *Harl.*

23. *Epistola ad Christophorum Morum, Venetorum principem,* data a. 1469. qua bibliothecam suam legat aedi S. Marci. **) Exstat ad calcem Philobyblii Richardi Anguauillae de

*) *Maittaire* in Ann. typogr. V. part. I. pag. 133. in ind. a. 1544. illam ed. prodiisse tradit; sed a. 1543. notatur etiam in cat. bibl. Pinell. tom. II. pag. 190. nr. 3634. item in I. Iac. Baueri bibl. libror. rariorum etc. part. I. pag. 76. Noriberg. 1770. 8.

**) *Paris.* in bibl. publ. cod. MMMLXIV. nr. 2. — sec. cat. lat. bibl. Marc. *Venet.* p. 201. exstat in cod. CDXCVI. *Bessar.* epistola data Bononiae d. XIII. Iul. 1453. ad *Franciscum Foscari,* Venetorum ducem, qua de vrbis CPoleos expugnatione conqueritur, et ad res Italiae componendas

de Buri, episcopi Dunelmensis, cum epistolarum philologicarum centuria, editi ex bibliotheca Goldasti, Francof. 1610. 8. et cum Herm. Conringii praefatione Lipsiae 1674. 8. Eadem Bessarionis epistola primo loco legitur inter epistolas principum collectas ab Hieron. Ruscelli, et ex Italico gallice factas per E. Belleforestum. Eiusdem argumenti litterae Bessarionis ad senatum Venetum exstant apud Petrum Iustinianum Hist. Venetae libro VIII. De bibliotheca Bessarionis, quae Venetiis etiamnum adseruatur, vide iter Italicum *Mabillonii* p. 33. et *Montfauconi* [?] Diarium Italicum p. 41. seq. [et Bibl. biblioth. MSS. pag. 467. vbi edita est Bessar. epistola. add. supra ad init. huius §. *Harl.*] Indicem librorum vtraque lingua, qui omnes ferme manu exarati sunt, dedit *Io. Philippus Thomasinus* in catalogo MSS. bibl. Venetarum, edito Vtini 1650. 4. pag. 35 - 55. longe perfectiorem quam exhibuerant Posseuinus in Apparatu et Gregorius Sozomenus. Numerus Voluminum 980. Confer *Lambecium* III. pag. 380. 381. *Fabr.* f. pag. 163. Kollar. cum huius not. — In cod. *Bodlei.* CLXXII. siue nr. 2955. cat. MSSt. Angliae etc. vol. I. et in vol. II. nr. 2341. inter codd. Vossianos. — Catalog. codd. et latin. et graecor. in illa biblioth. Veneta adseruatorum, moderatore Laur. Theupolo, iussu Senatus edit. Venet. 1741. II. vol. fol. vbiuis fere in hac Bibl. Gr. laudauimus. Vtrumque volumen in fronte ornat *Bessarionis Card.* graphica effigies ex pereleganti pictura, quae exstat Venetiis in schola S. Mariae Caritatis. *Harl.*

24. *In illud* Ioannis XXI. 23. *Si eum volo manere*, contra Trapezuntium. Vide infra pag. 731. Hoc scriptum etiam graece, perinde vt liber *de natura et arte*, exstat MS. Venetiis in bibl. S. Marci inter Bessarionis libros. [in cod. DXXVII. v. cat. codd. gr. pag. 285.] Vide Thomasini catalogum p. 33. *Fabr.* *Salonii* Viennensis episc. ad Veranium dialogi II. — *Bessarionis CPolit. patriarchae disceptatio de ea parte euangelii; si eum volo manere:* edidit *Io. Alex. Brassicanus.* Hagenou. 1532. 4. vid. cat. biblioth. Io. Petri de Ludewig. part. I. pag. 187. seq. inprimis *Baumgart.* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. X. pag. 117. seqq.

Latine versa e Graeco.

[*Bessar.* latina versio orationis *Basilii M. in illud: Adtende tibi ipsi. Venet.* in cod. Marc. CCLX. praeit ep. nuncupatoria *Bessar.* ad regem Castellae. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 129. De versione orat. *Demosthen.* v. ad nr. 2. — *Bessar. epistola* ad Eugenium IV. pontif. praemissa versioni Basilii M. ad Amphilochium, a Georgio Trapezuntio

das bellumque barbaris inferendum hortatur. — Ibid. in cod. CDXCI. versioni lat. Xenophontis Oeconomicorum libri I. ab Leonard. Aretino factae praemittitur *Bessarionis epistola ad Paullum* II. *de errore paschatis,* quae publicata est in cat. cit. p. 196. sqq. — *Romae* in bibl. Vatic. nr. 3194. de destructione CPol. ad Venetos. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 108. *D.* — ibid. p. 124. *B.* in ead. bibliotheca, nr. 5356. epist. ad Ducem Venetorum. — ibid. p. 510. *B.* *C. Mediolani* in bibl. Ambrosiana, *Bessar.* de casu CPoleos, ad dominium Venetorum; in eumdem laudes; exhortatio ad principes Italiae contra Turcas: ibid. est cat. bibliothecae S. Marci Venetae. *Harl.*

zuntio factae, *Venet.* in cod. lat. bibl. Marc. XLV. v. cat. codd. latinorum pag. 23. — *Diodori Siculi* epistolas e graeco latine vertisse dicitur. v. Thesaur. epistol. Lacrozian. tom. I. pag. 297. *Harl.*]

25. *Libri quatuor Xenophontis de dictis et factis Socratis*, ad Iulianum episcopum cardinalem Tusculanum. In variis Xenophontis editionibus, et separatim Louanii 1533. 4.

26. *Aristotelis Metaphysicorum libri XIV.* cum Bessarionis versione exstant in variis Philosophi editionibus, etiam in tomo postremo editionis eximiae Aristotelis graeco-latinae Duuallianae. [it. huius et seq. versiones in edit. oper. in calumn. Platonis, Romae 1510. F.] Prodiit quoque haec interpretatio Parisiis 1516. fol. apud H. Stephanum auum et ad calcem librorum contra calumniatorem Platonis. *Fabric.* MS. *Venet.* in bibl. Marc. cod. CDXC. Praeit Bessar. epistola s. praefatio, publici iuris facta in cat. codd. lat. bibl. Marc. pag. 193. seq. et conf. cl. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. tom. I. pag. 127. ac supra vol. III. pag. 255. sqq. et 305. atque 357. — MS. *Caesenae* in bibl. Malatestia. v. *Franc. Ant. Zachariae* iter litterar. per Italiam, Venet. 1762. cap. IV. pag. 95. *Harl.*

27. *Theophrasti Metaphysica*, Aristotelis metaphysicis plerumque solita subiungi, vt dixi lib. III. cap. 9. §. 14. [cap. 7. vol. III. pag. 444. nou. ed.]

28. *Correctio interpretationis librorum Platonis de legibus a Georgio Trapezuntio compositae.* Ad calcem librorum aduersus calumniatorem Platonis. *Fabr.* MS. *Venet.* in bibl. Marc. CCXXIX. et CCXXX. v. cat. codd. latin. Marc. pag. 111. — De edit. *Lucii Apuleii opp.* etc. Romae, in domo Petri de Maximo 1469. fol. et praefat. Io. Andreae, in qua Bessar. summis laudibus extollitur, v. *de Bure* Bibliogr. instructive, belles — Lettr. tom. II. pag. 18. sqq. et Cardin. *Quirin.* libr. de optimorum scriptorum editionibus, quae Romae primum prodierunt etc. ed. *I. Ge. Schelhorn*, pag. 209. sqq. — Differunt a cardin. Bessarione *Bessario Asceta*, v. supra, vol. X. pag. 136. et, nisi idem sit, *Bessar. eremita Aegyptius*, cuius laudes anonymus persequutus est, gr. *Venet.* in bibl. Marc. cod. DXXXIII. fin. ac lat. interprete *Nic. Perotto*, ibid. in cod. lat. CXXXIII. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 288. et codd. lat. p. 78. — *Bessar. monachus*, ad quem epistolae missae exstant *Romae* in bibl. Vaticana, nr. 5356. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 125. *B.* — *Bessar. hieromonachus*: v. *Procop.* infra, vol. XI. pag. 781. vet. ed. Eius iambi in mortem Theodorae, *Paris.* B. v. *Montfauc.* l. c. pag. 1031. *A. Harl.*

X. LEONI ALLATIO, Chio, bibliothecario Vaticano, ingenii et industriae laudibus cumulatissimo, [nat. 1586.] qui a. 1669. 19. Ianuar. octogenario maior Romae diem obiit, tam multa debent hae literae, atque speciatim etiam haec nostra bibliotheca, vt indictum eum praeterire nefas merito iudicem. Vitam eius, scriptam a *Stephano Gradi*, qui illi in praefectura bibliothecae Vaticanae successit, memorari video in Diario Veneto, Giornale de letterati d'Italia tom. XX. p. 418. Voluit etiam Allatii vitam *Io. Georgius Mensche-*

nius praemittere nouae, quam parabat, editioni libri Allatiani de erroribus magnorum virorum in dicendo. Sed donec illae lucem videant, consulere interim de hoc praeclaro viro iuuabit *Petri Baelii* [*Bayle*] dictionarium historicum [tom. I. pag. 163. seq. ed. Amstelod. 1740.] et *Lud. Elliesium du Pin* tomo XVIII. bibliothecae scriptorum eccles. gallica lingua [P] editae, italicoque vulgata idiomate elogia *Laurentii Crassi*, pp) nec non *Hieronymi Ghilini*: et Germanico *Adolphi Clarmundi* vitas tom. VI. pag. 74. Io. Pastricius, praefectus collegii Rom. de propaganda fide, quem Allatius morti vicinus librorum suorum heredem instituit, Io. Mabillonio qq) narrauit, ipsum vnico calamo vsum fuisse ad graece scribendum, quod expeditissime faciebat per annos quadraginta, et eo tandem amisso tantum non illacrumasse. Idem per omnem vitam sacris ordinibus et coniugio pariter abstinuit, itaque ab Alexandro VII. interrogatus: cur sacerdotium non susciperet? respondit, vt semper ad coniugem ducendam esset paratior: cur vero tandem coniugem non duceret? vt ad sacerdotium expeditior foret. MStos eius codices hereditate creuit Collegium Graecorum Romae, vt notauit *Scipio Maffeius* in epistola ad clarissimum Blanchinum, Diarii Veneti tom. XXVI. pag. 122. Quomodo Palatinam bibliothecam Vaticanae intulerit, operae pretium est ex ipsius Allatii verbis cognoscere lib. de synodo Photiana pag. 288. *Bibliothecam Palatinam et multitudine MSS. codicum tum graecorum tum latinorum, aliarumque etiam linguarum, et singularium codicum copia fuisse celeberrimam non nego. Eam tamen a milite Bauaro spolium factam (a. 1622.) Maximilianus, tum Bauariae dux, tropaeum misit Gregorio XV. pontifici max. qui ad eam auehendam Leonem (Allatium) transmisit, et Leo bona fide iussis obtemperans per hyemem et per medios hostes vrbem Heidelbergam non sine discrimine et vitae alea penetrans, conseruatam a milite Tillio et Henrico de Metternich sibique traditam, impensis pontificiis integram, ne minima quidem illius chartula deperdita, Romam inuexit in Vaticanam, in qua nunc perhonorifice custoditur vniuscuiusque commoditati, sicuti et Vaticana ipsa.* Et in notis ad Eustathii Hexaëmeron pag. 151. *Dum bibliothecam Palatinam Heidelbergae spolium factam et tropaeum missam Gregorio XV. a Maximiliano vtriusque Bauariae duce, Romam transuehendam curarem, quam tandem dei munere et tanti principis gloria, ope ac beneficiis sanam incolumemque transvexi. Fabr.* Citatur in Nicer. Mem. P. VIII. p. 145. vers. german. *Leonis Allatii* Instructio de bibliotheca Palatina Romam transportanda, ex italico translata a *Mich. Frid. Quade*. Gryphiswald. 1708. 4. *Harl.*

In scriptis Allatii, quum eruditionem singularem, doctrinaeque copiam et infinitam, ineditorum praecipue monumentorum graecorum, notitiam et lectionem mirari omnes necesse

pp) Venet. 1666. 4. part. I. pag. 397. — Add. *Laur. Crassi* Istoria de poeti greci etc. Neapoli 1678. fol. p. 306. — *Clement* in Bibliotheq. curieuse etc. tom. I. p. 187 - 196. vbi plures Allatii libri recensentur, in notis multi, qui illos citarunt, aut de iis egerunt, laudantur, et vita ipsius Allatii breuiter exponitur. — inprimis *Niceron* in: Memoires etc. ex interpret. german. *Siegm. Iac. Baumgarten.* tom. VIII. p. 126 - 146. vbi et vita eius enarratur, addito librorum ab eo editorum indice, et de eius ingenio iudicioque haud acuto, atque industria incredibili iudicatur. Alios excitat *Saxius* in Onomast. lit. part. IV. pag. 299. sq. ad a. 1622. In *Theoph. Sinceri* Notitia — librorum vett. rarior. p. 305. sqq. plures Allatii libri recensentur. *Harl.*

qq) Mabillonius itinere italico, p. 61.

necesse sit, duo inprimis reprehendi solent non sine ratione: vnum est, quod Graecus in gratiam Vrbani VIII. dissensum Graecorum ab ecclesia romana nimium quantum [?] extenuauit, vt non Protestantes solum, rr) sed ex ipsis romanae etiam ecclesiae addictis scriptoribus ss) non diffitentur viri doctissimi: alterum, quod conuiciis et maledictis in dissidentes et quos haereticos vocat ac schismaticos nullum facit modum, licet ipse in diatriba de Georgiis pag. 325. praeclare: *Satis erat fine istis contumeliis de erroribus admonere.* [Plagii quoque arguitur.] Scripta sua ipse enumerat Allatius in elencho, edito Rom. 1659. 8. et in Apibus Vrbanis et ante librum de templis Graecorum, nec non in calce libri de mensura temporum antiquorum: haud contemnenda etiam Christophori Hendreichii Pandectarum Brandenburgensium scriptoris et Adolphi Clarmundi in illis tradendis exstat industria. Sed ecce tibi paulo pleniorem distinctioremque et accuratiorem editorum illius monumentorum elenchum:

I. *Scriptores veteres ab Allatio editi, versi, illustrati.* tt)

1. *Socratis, Antisthenis et aliorum Socraticorum epistolae,* cum versione et notis et dialogo de scriptis Socratis. Paris. 1637. 4. De his confer, si placet, quae dixi lib. 2. cap. 10. §. 35. [supra, vol. I. pag. 693.]

2. *Philo Byzantius de septem mundi spectaculis.* Cum versione et notis. Rom. 1640. 8. et tomo VIII. Thesauri Antiquitatum Graecarum Gronouiani. Vide lib. III. cap. 24. §. 4. [supra, vol. IV. pag. 231. seq.]

3. *Monumentum Adulitanum* Ptolemaei Euergetae, graece et latine Rom. 1631. 4. et Lugd. Bat. 1674. 8. Vide lib. III. cap. 24. [cap. 25. supra vol. IV. pag. 251. seq.] Notae, quas promisit Allatius, haud viderunt lucem.

4. *Sallustii philosophi opusculum de Diis et Mundo* graece et latine, additis notis Lucae Holstenii. Rom. 1638. 12. Lugd. Bat. 1639. 8. et in Tho. Galei opusculis mythologicis, ethicis et physicis, Cantabrig. 1671. 8. Amst. 1688. 8.

5. *Procli Diadochi Paraphrasis in Claudii Ptolemaei libros IV. de siderum effectionibus,* graece et latine Amst. [Lugd. Bat.] 1635. 8.

6. *Vita Homeri,* scripta a Proclo et aliis duobus Anonymis. Graece et latine ante librum de patria Homeri, Lugd. 1640. 8. et tomo X. Thesauri Antiquitatum Graecar. Gronouiani. [v. supra, vol. I. pag. 322. seq. Additum est poëma, gr. et lat. *Leonis Allatii* Homeri natales, *Andrea Baiano* interprete, v. *Clement.* l. c. pag. 191. *Harl.*

rr) *Herm. Conringius* praefat. ad Metrophanem Critopulum, *Elias Veilius,* nec non *Hottingerus* in hist. eccles. et contra Allat. et Frid. Spanhemius tom. II. opp. p. 486. etc.

ss) *Rich. Simon* Hist. critique de la creance du levant p. 10. 20. etc.

tt) Conf. *Baillet* Iugemens des Savans, tom. II. p. 421. seq. nr. 924. ed. de la Monnoye. Amsterd. 1725. 4. *Harl.*

[P] 7. *S. Methodii* Conuiuium virginum, graece et latine cum notis et diatriba de Methodiis, Rom. 1656. 8. [add. Thesaur. epistol. La Crozian. tom. II. pag. 116. — rec. a Fabric. ad edit. Hippolyti suam, tom. I. pag. 78. Hamb. 1718. fol. *Harl.*

8. *Eustathii*, Antiocheni et martyris, in Hexaëmeron commentarius ac de Engastrimytho dissertatio aduersus Origenem, item Origenis de eadem Engastrimytho, cum versione atque in Hexaëmeron notis et Allatii syntagmate de Engastrimytho, Lugd. 1629. 4. Latine ex Allatii versione recusa sine notis in tomo XXVII. bibl. patrum edit. Lugd. a. 1677. Dissertatio de Engastrimytho, graece et lat. vna cum Allatii syntagmate, in tomo VIII. Criticorum sacrorum Anglorum. [Conf. *Io. Fabric.* in histor. B. Fabr. tom. I. pag. 284. et 329. seq. vbi quaedam de Allatio adferuntur. *Harl.*] Vide, quae notaui volum. VIII. pag. 169. seq. *Fabr.* [s. vol. IX. pag. 134. nou. ed. vbi addendum est ad not. *k.* exemplar esse in biblioth. Cizensi cum notis MSSt. Thom. Reinesii criticis atque exegeticis. *Harl.*]

9. *S. Nili*, ascetae, epistolae MLXI. distributae in quatuor libros, graece et latine, Rom. 1668. fol. addita de Nilis diatriba.

10. *Excerpta varia Graecorum Sophistarum et Rhetorum*, Rom. 1641. 8. in quibus varia *Adriani* sophistae, *Heracliti* et *Anonymi* περὶ ἀπίςων, *Libanii* nonnulla et *Nicephori Basilacae*, *Seueri* Alexandrini, *Theodori* Cynopolitae, *Callinici*, *Isaaci Comneni* Porphyrogennetae, et *Anonymi;* nec non versus retrogradi *Leonis* philosophi, et epigrammata graeca *Nicolai* metropolitae Corcyrensis, *Io. Geometrae*, *Em. Phile* et *Man. Pselli*, et *Allatii* ad Vrbanum VIII. carmen iambicum. De Heraclito et Anonymo περὶ ἀπίςων accuratius dixi lib. I. cap. 22. [vol. I. pag. 192. sqq.] De ceteris lib. 4. cap. 30. pag. 409. seq. [cap. 32. vol. VI. pag. 51. sqq. n. ed. *Harl.*] Cetera nouem, quae moliebatur adhuc Allatius volumina *Variorum antiquorum*, lucem non vidisse dolendum est.

11. Σύμμικτα, siue varia scripta *Io. Phocae* Cretensis, *Epiphanii* Hierosol. *Perdiccae* aliorumque, de quibus dixi lib. V. cap. 5. volumine sexto huius bibl. pag. 705. seq. [s. vol. VIII. pag. 99. seq. n. ed. ibique not. *c. Harl.*] et lib. IV. cap. 2. §. 18. *Fabr.* p. 662. seq. vol. IV. — Infra in vol. XIV. pag. 1. sqq. Fabric. recudendum curauit indicem eorum librorum, quae in illo opere adhuc editurus erat Allatius, plenum: *Leon. Allatii* Συμμίκτων *siue opusculorum Graecorum et Latinorum vetustiorum ac recentiorum libri X. Indiculus edit. Romae* ap. successorem Mascardi. 1668. 4. notasque subiecit. — Nihusii edit. Συμμίκτων typis repetita est inter *Scriptores Byzantinae historiae*, edit. Venet. 1729. seq. fol. v. *Baumgarten* Nachricht. von einer Hallischen Bibliothek, tom. V. pag. 461. seq. vbi quoque libri, quos Allat. in illis Symmictis euulgauit, referuntur. add. *Denis* Merkwürdigk. der Garellisch. Bibl. pag. 329. seq. *Harl.*

12. *Eustratii* presbyteri *liber de vita functorum statu*, (laudatus pridem a Photio cod. CLXXI.) et graece ac latine primum editus ab Allatio post librum de purgatorio pag. 329-581.

581. Rom. 1655. 8. atque ex Allatii versione latina recusus in bibl. Patrum tom. XXVII. edit. Lugd. 1677. pag. 362. Vide lib. III. cap. 6. §. 29. pag. 152. [cap. 5. in vol. III. n. ed. pag. 265. not.] et vol. IX. pag. 431. seq. [vol. X. pag. 725. n. ed.]

13. *Mich. Pselli* Encomium in Simeonem Metaphrasten et officium, *Simeonis Metaphrastae* oratio in lamentationem S. Deiparae, et epistolae IX. graece ac latine cum diatriba de Simeonibus pag. 221 - 261. Paris. 1664. 4.

14. *Catena SS. Patrum in Ieremiam prophetam et Threnos:* expositio item *S. Ioannis Chrysostomi*, nec non Homiliae VIII. *Origenis et Maximi* confessoris Quaestio in eumdem prophetam, graece et latine cum [?] *Mich. Ghislerii* in Ieremiam commentariis, Lugd. 1633. [ap. Nicer. l. c. pag. 130. recte notatur a. 1623.] fol. 2. volum.

15. *Graecia Orthodoxa* 2. voluminibus, Rom. 1652. et 1659. 4. in quo opere graece et latine exhibentur Latinis fauentia scripta: *Tomo priore* quidem Nicephori Blemmidae, Ioannis Vecci, patriarchae CPol. Petri Mediolanensis episcopi, Georgii Pachymerae, Esaiae Cyprii, Io. Argyropuli, Gregorii protosyncelli, patriarchae CPol., Georgii Trapezuntii, Ioannis archipresbyteri Plusiadeni, Hilarionis monachi, Nicetae Byzant. et contra Gregorium Palamam Gregorii Acindyni aliorumque sine nomine: *Tomo posteriore*, Ioannis Vecci, Constantini Meliteniotae: Georgii Metochitae et Maximi Chrysobergae. De singulis supra hoc volumine cap. 43. vbi etiam [§. 1. nr. 12.] de Io. Vecci libris tribus ad Theodorum Sugdaeae episcopum, quos ante Graeciae Orthodoxae editionem latine ex Allatii versione vulgauit Nihusius, librum tertium graece et lat. Allatius ipse ad calcem libri de Purgatorio. *Fabr.* Conf. *Thom. Ittig.* de bibliothec. et caten. patrum pag. 639. sqq. et *Clement* l. c. pag. 190. seq. *Harl.*

16. *Georgii Acropolitae*, magni logothetae, historia, *Ioëlis* chronographia compendiaria et *Ioannis Canani* narratio de bello CPol. cum versione et notis, atque diatriba de Georgiis et eorum scriptis, Paris. 1651. fol. *Fabr.* Rec. inter scriptor. Byzant. historiae. v. *Baumgarten* ad nr. 11. citat. pag. 431. seq. *Harl.*

17. Variae lectiones ad *Constantini Manassis* breuiarium historicum, ad calcem Manassis graece et latine editae a Car. Annibale Fabrotto, 1655. fol.

18. *Mantissa ad opera S. Anselmi*, episcopi Cantuariensis, Lugd. 1630. fol. [in *Theoph. Raynaud.* edit. opp. Anselmi.] Hic est Anselmus, cuius scripta de processione Spiritus S. contra Graecos laudat Hildebertus Cenomanensis epistola IV. et XIII. Graece vertit Demetrius Cydones.

19. *Libanii* orationes variae ineditae ad Fed. Morellum Lutetiam missae, quas ille Allatii nomine dissimulato sub codicis romani titulo publicauit.

Desiderantur Tiberius Sophista, Herodianus, Lesbonax Romanus, Michaël Apostolius et alii de figuris rhetoricis. *Fabr.* Omnino editi sunt: Citatur quidem a Niceron. l. c.

l. c. pag. 136. in indice librorum ab Allatio curatorum haec editio: *Tiberius Sophista, Lesbonactes Romanus, Michael Apostolius* et alii de figuris rhetoricis, *Georgius Choirobostus* de tropis poeticis, *Georgius Pachymeres* de probatione capitum, anonymus de figuris apud Hermogenem, et alii de rebus rhetoricis, gr. et lat. Romae 1643. In indice scriptorum, quae libro V. Συμμίκτων Allatius inserturus dicitur infra in vol. XIV. pag. 8. seq. quaedam illorum Grammaticorum opuscula nominantur. *Harl.*

Photii patriarchae, Nicolai patriarchae CPol. Simeonis Logothetae, Theodori Ancyrani, Nicetae Magistri et aliorum recentiorum Graecorum epistolae.

Himerii sophistae declamationes XX. Choricii sophistae, Zosimi Gazaci, Libanii sophistae, Michaelis Pselli et aliorum, etiam Sanctorum Patrum orationes ineditae.

[P] Longinus cum noua versione et notis censoriis.

In Aristotelis hymnum, Hermiae dictum, commentarius.

Arriani Ponti Euxini Periplus.

Ioannis Lydi Chrestomathia de mensibus.

Ioannis Antiocheni Archaeologia.

Theodori Lectoris historia ecclesiastica tripartita ex Socrate, Sozomeno et Theodoreto libri II. qua innumera iam dictorum trium scriptorum loca corriguntur.

Conciliorum Ferrariensis et Florentini acta pleniora, notis et animaduersionibus illustrata. Quae enim Romae latine a. 1638. fol. vulgauit *Horatius Iustinianus*, ea pleraque ex suis delibata schedis et se non nominato edita queritur *Allatius* pag. 71. seq. contra Creyghthonum. Iustiniani Acta recusa sunt in Conciliis Labbei tom. XIII. pag. 825. et Harduini tom. IX. pag. 669.

In Pselli libellum de mirabilibus auditionibus schediasma.

Historia Georgii, abbatis, qui Hamartolus vocari gaudet, ab exordio mundi ad imperium Michaelis Theophili.

Ioannis Chrysostomi et Photii patriarchae CPol. explicationes in euangelia Matthaei, Ioannis et Lucae, numquam antea editae, graece et latine.

Vetus Tacito lectio restituta.

Notae in B. Alanum de complanctu naturae.

Leonardi Aretini de Rep. Florentinorum graece, cum latina Allatii versione.

Io. Canabutius de Insula Samothraciae et Diis Troicis.

H. Con-

II. *Conciliandis Graecorum et Romanae ecclesiae dogmatis atque institutis.*

Lingua Graecorum vernacula:

20. *Enchiridion de processione Spiritus S.* Rom. 1658. 12.

21. *De Symbolo S. Athanasii.* ibid. 12. 1659.

Latine:

22. *De Ecclesiae* **) *occidentalis atque orientalis perpetua consensione* libri III. cum dissertatione *de Dominicis et Hebdomadibus Graecorum* ad D. Paulum Sfondratum, clericum regularem, et *de missa Praesanctificatorum* [?] *apud Graecos* ad Bartoldum Nihusium, cum huius adnotationibus de Communione orientalium sub specie vnica. Colon. (Amstelodamensibus typis) 1648. 4. Hae Nihusii adnotationes prodierant separatim Mogunt. 1644. 8.

23. Epistolae tres ad Bartoldum Nihusium 1. *de liturgia S. Iacobi*, 2. *pro asserenda Graecorum communione sub speciis vnica, et* 3. *de lignis S. crucis.* Auctor in tomo I. *συμμίκτων* pag. 176. 204. 224. [et separatim Colon. 1648. 8.]

24. *De aetate et interstitiis in collatione ordinum etiam apud Graecos seruandis*, ad eminentiss. principem, Franciscum Mariam Bancratium, E. R. cardinalem. Rom. 1638. 8.

25. *De vtriusque ecclesiae, occidentalis atque orientalis perpetua in dogmate de purgatorio consensione.* Adiuncta eiusdem diss. *de perpetua ecclesiae occidentalis atque orientalis tum in dogmate tum in ritibus consensione* ad D. Io. Christianum L. B. de Boineburg. pag. 581. Epistola ad Bartoldum Nihusium, episcopum Mysiensem, in qua agitur *de communione Graecorum sub specie vnica* pag. 859. et *textum graecum Maccabaeorum de sacrificio pro mortuis* 2 Macc. 12. *dicere, quod exprimit textus latinus*, pag. 887. Rom. 1655. 8. et Nihusio curante Francof. 1656. 8. sed in qua editione loca graeca omnia rescisa sunt. *Fabr.* Contrarium docuerunt aduersus Allatium *Io. Mich. Heineccius*: in Abbildung der alten vnd neuen griechisch. Kirche, Lips. 1771. 4. tom. II. pag. 401. et 410. atque *Elias Veiel* in Exercitat. de ecclesia graecanica hodierna, L. Allatio, Petro Arcadio et Barth. Nihusio opposita, praes. Io. Conr. Dannhauero, Argentor. 1644. 4. et in Defensione illius

**) In his libris videtur Allatius complexus, quae in Apibus Vrbanis p. 178. promisit: De differentiis Graecorum et Latinorum in ceremoniis ecclesiasticis et fide; de schismate Graecorum historiam, et historiam ecclesiae orientalis. *Fabr.* De illo opere eiusque fatis v. cat. bibl. theolog. *Reimann.* Hildes. 1731. 8. pag. 799. *Sinceri* Notit. — libr. rarior. tom. I. p. 305. seqq. et *Clement.* l. c. p. 189. cum nota 81. Dedicationem excipit *Allatii* carmen graecum in natales Delphini Gallici, interprete *Guidone de Souvigny*, Blaesensi. *Harl.*

illius exercitationis — aduersus refutationem eiusdem a sene Chio Romae adornatam. Francof. 1666. 4. pag. 161. sqq. conf. nr. 28. *Harl.*

26. *Ioannes Henricus Hottingerus, fraudis et imposturae manifestae conuictus.* Rom. 1661. 8. aduersus ea, quae de Graecis ille in saeculo XVI. Historiae suae ecclesiasticae scripserat.

27. *Vindiciae synodi Ephesinae et S. Cyrilli de processione ex Patre et Filio Spiritus S.* Rom. 1661. 8. [1662. sec. *Clement.* l. c. pag. 196.]

28. *De octaua synodo Photiana*, et *I. Henr. Hottingeri* diss. apologeticae de ecclesiae orientalis atque occidentalis tam in dogmate quam in ritibus dissensu, et iuuenis Vlmensis (*D. Eliae Veielii*) exercitationis historico-theologicae de ecclesia graecanica hodierna refutatio, Rom. 1662. 8. [rec. Francof. s. anni nota. conf. ad nr. 25. adscripta.]

29. *In Rob. Creyghtoni* apparatum, versionem et notas ad historiam synodi Florentinae a Syluestro Syropulo scriptam, et Hagae Com. 1660. fol. graece et latine editam, exercitationes. Rom. 1674. 4. [1666. 4. ap. Nicer. l. c. p. 143. seq. sed a. 1674. etiam Sincer. l. c. pag. 308. notauit. De opere Creyghtoni v. *Io. Fabric.* histor. bibl. Fabr. tom. II. pag. 352. seq. et Thesaur. bibliothecal. tom. II. pag. 97. seq. *Harl.*]

III. *Historiae litterariae illustrandae.*

30. *De patria Homeri* liber, Lugd. 1640. 8. et in thesauro antiquitatum graecarum Iac. Gronouii tom. X. pag. 1553. Lugd. Bat. 1701 fol.

[F] 31. *Dialogus de scriptis Socratis*, Paris. 1637. 4. ad examen reuocatus a Godfrido Oleario in schediasmate de scriptis Socratis, edito Lips. 1696. 4. et recuso in latina, quam idem vir doctissimus composuit, versione historiae philosophicae Tho. Stanlei, Lips. 1711. 4. pag. 198.

32. *De Methodiis, et eorum scriptis diatriba*, ad calcem Methodii conuiuii virginum Rom. 1656. 8. et me curante recusa post tomum secundum operum S. Hippolyti, Hamburg. 1718. fol.

33. *De Nilis*, ad calcem epistolarum S. Nili, Rom. 1668. fol. et cum notis recusa in volumine quinto huius meae bibliothecae, [vet. ed.]

34. *De Georgiis*, ad calcem Georgii Acropolitae, inter scriptores hist. Byzantinae Paris. 1651. fol. et recusa, me curante, non sine auctario in hoc ipso volumine bibliothecae graecae decimo, [vet. ed.]

35. *De Io. Damasceno et eiusdem scriptis* diatribam Allatii vulgauit *Mich. le Quien* ante tomum primum editionis luculentae operum Damasceni Paris. 1712. fol. professus,

eam

eam esse petitam ex opere Allatiano non edito de libris apocryphis. *Catalogus operum Damasceni* Ioanni Auberto ab Allatio suppeditatorum exstat in huius συμμίκτοις tom. II. pag. 440. Confer, quae notaui volum. [IX. pag. 691.]

36. *De Symeonum scriptis diatriba* Paris. 1664. 4. cum Francisci Combefisii manipulo Originum rerumque CPolitanarum. Hanc Allatii diatribam non quidem recudendam curaui, maximam partem tamen cum insigni auctario et quam pluribus nouis obseruationibus, inprimis quod ad praecipuam eius partem de Simeone Metaphraste ac Vitis Sanctorum adtinet, locupletatam dedi in hac bibliotheca volum. IX. pag. 48. seq. [ed. vet.] cetera volum. X. pag. 296. seq. [conf. *Clement.* l. c. pag. 194.]

37. *De Psellis et eorum scriptis.* Rom. 1634. 8. et me curante recusa tomo quinto huius bibl. graece, [ed. vet.] cum auctario et notis.

38. *De libris ecclesiasticis Graecorum* ad Gabrielem Naudaeum dissertationes duae, quarum vna diuinorum officiorum potiores et vsitatiores libri percensentur, altera Triodium, Pentecostarium et Paracletice examinantur, Paris. 1644. 4. [ap. *Niceron.* pag. 136. citatur a. 1645. a *Maittaire* autem in A. T. III. pag. 909. a. 1646. *Harl.*] vna cum eius obseruationibus variis de rebus ecclesiasticis Graecorum de Narthece veteris ecclesiae et recentibus Graecorum templis. Eaedem dissertationes duae recusae in tomo quinto huius bibliothecae. [vet. ed.]

39. *Apes Vrbanae*, siue de viris illustribus, qui ab anno 1630. per totum 1632. Romae adfuerunt, ac typis aliquid euulgarunt. Rom. 1633. 8. [P] et me curante Hamburgi 1711. 8. cum Io. Imperialis museo historico. *Fabr.* Conf. *Stolle* in: Kurze Nachricht von den Büchern — in der Stollisch. Bibliothek. part. 7. pag. 652. seq. vbi plura de Allatii vita moribusque narrantur, et *Clement.* l. c. pag. 188. vbi plures citantur. *Harl.*

40. *Vita Iulii Caesaris Lagallae*, philosophi romani, cum Gabrielis Naudaei praefatione Paris. 1644. 8. et recusa in *Guil. Batesii* vitis Lond. 1681. 1704. 4. pag. 575. Laudat *Ianus Nicius Erythraeus* pinacotheca I. pag. 222. qui etiam de Allatio videndus pinacotheca III. pag. 132.

41. *Dramaturgia*, diuisa in sette indici. Rom. 1666. 12. Italice. *Fabr.* Conf. *Freytag* Analecta litterar. pag. 20. — Allatii *de Cryptographia Graecorum recentiorum* epistola ad Carolum Maronum, citatur a *Niceron.* l. c. pag. 142. nr. 38. sed in ind. librorum, quos Allat. in continuat. Συμμίκτων editurus est, in vol. V. illorum promissa fuisse illa epist. dicitur, ap. Fabr. Bibl. gr. vol. XIV. pag. 9. nr. 83. *Harl.*

Desiderantur saepe promissa ab Allatio, sed numquam edita opera: *Bibliotheca de scriptoribus graecis profanis. Bibliotheca de scriptoribus graecis ecclesiasticis. Historia astrologica. De Philonibus diatriba, de Theodoris, Nicetis, Constantinis nec non de Leonibus. De Libris Apocryphis. De Academiis orbis et earum institutione. De Melodis Graecorum*, et quam pag. 350. de Georgiis promittit, *diatriba de Graecis*,

 qui

qui latine scripserunt. Fabr. Conf. *Molleri* Homonymoscop. pag. 910. seq. §. VII. et pag. 908. §. V. *Harl.*

IV. *Alia varii generis.*

41. *Animaduersiones in antiquitatum Etruscarum fragmenta* ab Curtio Inghiramio edita et *Alfonsi Cicarelli* libros auctoresque ab eo confictos. Paris. 1640. 4. Rom. 1648. 4. [Romae 1642. 12. ap. *Nicer.*] l. c. pag. 134. et a *Sincero* in Notitia cit. pag. 312. *Harl.*] Etiam sub *Bennonis Durtkundurcki Slaui* nomine Apologiam contra Spentum, Academicum Sepultum, hoc est eumdem Inghiramum, edidisse Allatium Coloniae 1642. 12. nescio, an falso, notauit *Adolphus Clarmundus* tom. VI. vitarum p. 79. *Fabr.* Conf. longam libri censuram in: *Baumgarten* Nachricht. von einer Hallischen Biblioth. tom. VIII. pag. 308 - 313. vbi ab initio obseruatur, in priore edit. Paris. *Animadu. in Alfonsi Cicarelli libros* nondum comparere; ipsum autem librum fuisse partem maioris, quod molitus erat Allatius, operis, *de libris apocryphis.* In eod. Baumgart. libro et tom. pag. 297. sqq. vberior legitur censura libri: *Ethruscarum antiquitatum fragmenta,* quibus vrbis Romae aliarumque gentium primordia, mores et res gestae indicantur, [aut potius finguntur,] a *Curtio Inghiramo* reperta Scornelli prope Vulterram. Duplex index omnia edocet. Francofurt. anno salutis MDCXXXVII. *Ethrusco* vero cIↃ cIↃ cIↃ cccCxcv. fol. Prior ed. lucem adspexisse dicitur Florent. 1636. Pag. 302. censurae in nota ex Sainjores h. e. Rich. Simon. biblioth. crit. tom. II. pag. 100. sqq. memoratur defensio contra Allatium: Discorso di *Curzio Inghirami* sopra l'oppositioni fatte all' Antichità Toscane, 1645. — A *Nicerone* autem l. c. pag. 134. seq. sic memoratur liber, a Fabricio ex Clarmundo citatus: *Benno Durkundurkus Slauus* in *Spenti* Academici epistolam, pro antiquitatibus Etruscis Inghiramiis *contra Leonem Allatium*, Colon. 1642. 8. *Harl.*

43. *De mensura temporum antiquorum, et praecipue Graecorum*, exercitatio. Colon. 1645. 8.

44. *De solea veteris ecclesiae*, ad Fabium Chisium, episcopum Neritonensem, tom. I. *συμμίκτων* pag. 154 - 174.

45. *De rebus ecclesiasticis Graecorum obseruationes variae, de narthece veteris ecclesiae* ad Gasparem de Simeonibus, et *de recentiorum Graecorum templis*, ad Ioannem Morinum. Paris. 1644. 4. ad calcem dissertationum de libris ecclesiasticis Graecorum. Et cum diatriba *de Graecorum hodie quorundam opinationibus* ad Paullum Zacchiam, Colon. 1645. forma octaua maiore, edente Bartoldo Nihusio. vv) Adde epistolam Allatii ad Morinum, quam edidit Rich. Simon ad Gabrielem Philadelphiensem pag. 274. et post vitam Io. Morini, in ecclesiae orientalis antiquitatibus, n. LXVIII. pag. 482.

46. *De*

vv) Edit. Colon. 1645. 8. sic inscripta est: *Leo Allatius de templis Graecorum recentioribus*, ad Ioannem Morinum; *de Narthece ecclesiae veteris*, ad Gasparem de Simeonibus; nec non *de Graecorum hodie quorundam opinationibus*, ad Paull. Zacchiam. Praemissus est catalogus librorum Leon. Allatii tam editorum, quam ineditorum. Add. *Niceron.* l. c. pag. 137. *Harl.*

46. *De erroribus magnorum virorum in dicendo,* Dissertatio rhetorica ad Io. Franciscum Slingelandum. Rom. 1635. 8. [Arguitur Allat. multa in h. diss. surripuisse *Claudio du Verdier.* v. *Clement* l. c. pag. 190. not. 82. et *Nicer.* l. c. p. 182. add. *Bayle* l. c. pag. 164. not. G. *Harl.*

[P] 27. *Confutatio fabulae de Ioanna papissa, ex monumentis graecis,* Vrbano VIII. iubente scripta Rom. 1640. 4. ww) Colon. 1645. 8. et editio quarta in tomo quarto συμμίκτων pag. 415 - 434. Elogia virorum doctorum scriptum illud celebrantium subiiciuntur libro Allatii de Synodo Photiana, pag. 689 - 696.

48. *Iulii Caesaris Lagallae,* peripatetici romani, *de coelo animato disputatio.* a. 1622. 4.

49. *Aedificationes Romanae* Pauli V. procuratae viarum et aquarum a Laelio Biscia, cardinali. Patauii 1644. 8. [v. *Clement.* l. c. pag. 194.]

50. *Poëmata varia graeca,* vt *Iatrolaurea* Gabr. Naudaei Parisini, latine reddita a Barthol. Tortoletto et Io. Argolo Rom. 1633. 8. Graeca *Metaphrasis* Odae Pindaricae Vrbani VIII. paraeneticae ad virtutem, praefixa Apibus Vrbanis, 1633. *Eridanus* graeco elegiaco carmine ad card. Antonium Barberinum, latine redditus a Barth. Tortoleto. Romae 1635. 4. *Vrbani VIII. statua,* graeco carmine iambico 1640. *Natales Homerici* carmine elegiaco, quod latine expressit Andreas Baianus. 1640. cum libro de patria Homeri. *Licetur* et in Natales Delphini Gallici *Hellas,* carmine graeco iambico cum metaphrasi latina Guidonis de Souvigny, Blaesensis, Rom. 1641. 1642. 4. Carmina graeca in Christinam Suecorum reginam 1656. 4. *Fabr.* *Melissolyra, de laudibus Dionysii Petauii,* soc. Iesu, carmine iambico graeco. Rom. 1653. 8. v. *Sincer.* l. c. pag. 311. et *Niceron.* l. c. pag. 141. — *Hellas,* carm. iambic. praefixum quoque est libro illius; de Consensione ecclesiae occidentalis et orientalis, 1648. *Harl.*

[*Leon. Allatii* et aliorum epp. ad Christi. Rauium scriptas subiunxit *Rauius* libro suo, inscripto: Spolium orientis, christiano orbi dicatum, Kilon. 1669. v. *Io. Fabric.* Histor. biblioth. part. 5. pag. 507. seq.

Insuper a *Nicerone* l. mem. pag. 144. seq. adducuntur tria Allatii opuscula:

Il Viaggio della signora *D. Lucrecia Barberina,* Duchessa di Modena, da Modena a Roma. Genoua. 1654. 4.

ww) Primum comparuit separatim Romae 1630. 4. et eodem anno insertum est opusc. ab *Alphonso Ciacconio,* Pontific. romanor. vitis, Romae, fol. — Edit. Colon. (Amstelod.) a. 1645. mai. 8. inscripta est: *Confutatio* — *Bartoldus Nihusius* recensuit, prologo atque epilogo auxit, nec non *Telescopium,* (donatum in Germania genti Saxonum, vt vtantur in fidei ac religionis negotio,) adiunxit. — Ex Allatii Συμμίκτων id recudi fecit *Schelhorn* in Amoenitatt. litterar. tom. IX. Francof. et Lips. 1728. p. 779. sqq. et p. 817. sqq. addidit *Io. Phil. Palthenii* epistolam *de Papissa commentitia.* V. etiam *Clement* l. c. p. 192. *Harl.*

La vita della venerabile suor *Maria Raggi* da *Scio* del terzo ordine di S. Domenico. In Roma 1655. 4.

Vita è morte del P. F. *Alessandro Baldrati* da *Lugo* fatto morire nella città di Scio da Turchi per la Féde catholica. In Roma 1657. 12.

Du Pin memorat Allatii opus: *La Concorde des Nations Chrétiennes d'Asie, d'Afrique, et d'Europe* sur la foi catholique abandonnée par les Protestans. Mogunt. 1655. 8.

In catal. biblioth. Nic. Rossii, Rom. 1786. 8. pag. 216. nominatur *Allatii* liber: Poeti antichi da lui raccolti da Codici MSS. della Bibliotheca Vaticana e Barberina. Napoli. 1661. 8, *Harl.*]

Desiderantur, Homerus a calumniis vindicatus. Exercitationes contra recentiorum calumnias in antiqui acui scriptores et lumina. De poëtica exercitationes aduersus hypercriticos recentiores. De fine temporum. De fine vitae Ioannis euangelistae. De Ptolemaeis, Aegypti regibus. De Magnete libri III. De Mandragora lib. I. De conscribendis epistolis. De officiis monasteriorum graecorum. De Musica recentiorum Graecorum. Anachronismus carmine elegiaco. Carminum graecorum sylua.

XI. Allatio non male iungetur IO. MATTHAEVS CARYOPHILVS, ex Creta oriundus, qui relicta Graecia Romam et ipse petiit, et in collegio Graecorum educatus, cardinalibus Aldobrandino et Ludouico Ludouisio, qui Gregorii XV. fratris filius fuit, nec non Francisco Barberino inprimis commendatus fuit, vnde creatus archiepiscopus Iconiensis, vtriusque linguae peritia et insigni carminis pangendi facultate, nec minus zelo pro Romanis partibus aduersus Graecos a Latinis dissidentes Allatio haud dissimilis, diem obiit circa a. 1633. Laudatur ab *Erythraeo* [P] Pinacotheca I. pag. 223. et *Allatio* in Apibus Vrbanis pag. 162. et de consensu pag. 999. seq. [Add. *Saxii* onom. lit. part. IV. pag. 292. *Harl.*] Scripta eius haec mihi innotuere:

1. *Notae ad exercitationes Is. Casauboni in Baronium*, insertae Andreae Eudaemono Ioannis defensioni Annalium Baronii lib. II. cap. 3. pag. 125 - 134. Coloniae 1617. 4. parum emendate excusae.

2. *Noctes Tusculanae et Rauennates*, complectentes latina pleraque, non pauca etiam graeca epigrammata et carmina breuia in festos dies et martyrum memorias per totum annum, pulcra, pia, ingeniosaeque venae et foecundae, varietate iucundissima, Rom. 1621. 8. ad Ludouicum cardinalem Ludouisium.

3. *S. Nili iunioris*, Rossanensis Calabri, qui circa a. C. 980. clarus monasterium Cryptae ferratae condidit, *Vita* a contubernali ac discipulo scripta, graece et latine. Rom. 1624. incipit: ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

4. *Con-*

4. *Confutatio Nili Thessalonicensis de Primatu Papae*, graece et lat. Paris. 1626. 4. Confer, quae ad Allatium diatriba de Nilis, volumine quinto huius bibliothecae. [vet. ed.] *Confutatio aduersus Barlaamum*, nescio an edita.

5. *Epistolae Themistoclis*, graece et latine. Rom. 1626. 4. De his dixi lib. II. cap. 10. §. 34. [vol. I. pag. 691. seq.]

6. *Concilii Florentini Historia*, Theodoro Xanthopulo, magno Sceuophylace scriptore, quae graece lucem viderat Rom. 1577. fol. Caryophylus autem latinam versionem et *Georgii Scholarii* orationes III. de pace ad Graecos, *Iosephi* episcopi Methonensis responsionem ad libellum Marci Ephesini episcopi et *Gregorii* protosyncelli Apologiam aduersus Marci Ephesini Epistolam adiunxit, graece et lat. Rom. 1612. et 1638. fol. inter Concilia generalia, typis congregationis de propaganda fide. Et in conciliis Binii tomo vltimo, nec non Labbei tomo XIII. et Harduini tomo IX. et separatim Romae 1629. 4. duobus voluminibus. *Fabr.* Conf. paullo post, §. XIII. et infra vol. XI. pag. 677. ed. vet. ac *Baumgarten* Nachr. von merkwürd. Büchern, tom. VI. pag. 425. *Harl.*

7. Liber, qui sub *Gennadii* nomine circumfertur, *pro defensione concilii Florentini*, vulgari Graeciae recentis sermone donatus, Romae typis congregationis de propaganda fide 1628. 4. praemissa praefatione, in qua Gennadios duos fuisse, vnum, Romanis partibus addictum, alterum Graecorum dogmatum propugnatorem disputat. Quam sententiam Allatio etiam persuasam, confutat Eusebius Renaudotus supra pag. 343. seq. [vet. ed. de Gennadio.]

[P] 8. Ἔλεγχος τῆς ψευδοχριστιανικῆς κατηχήσεως Ζαχαρίȣ τȣ̃ Γεργανȣ̃ ἀπὸ τὴν ἄρτην. Refutatio LXX. blasphemiarum, comprehensarum in Pseudo-Christiana Catechesi, edita a Zacharia Gergano, Graeco. Ad Vrbanum VIII. Romae typis congregat. de propaganda fide 1631. 4. sermone Graecorum vernaculo, cum latina versione. Aduersus eumdem Gerganum *Demonstratio errorum eius in disp. de processione Spiritus S.* ibid.

9. Ἀποδοκιμασία καὶ κατάκρισις. *Censura Confessionis* fidei Caluinianae, quae nomine *Cyrilli*, patriarchae CPol. circumfertur, Rom. 1631. 8. latine et graece. Et idiomate graeco vulgari, ibid. 1632. 8. atque iterum lingua graeca puriore et probata, 1671. 8.

10. *Bellarmini* cardinalis *Doctrina Christiana* in linguam vernaculam Graecorum conuersa. Romae 1631. 8.

11. In adornanda versione *Homiliarum Origenis in Ieremiam* prophetam, editarum cum Catena patrum et Balth. Corderii S. I. Commentariis, Lugd. 1627. fol. Corderius non diffitetur, adiutum se ab Allatio et Caryophilo.

12. Catenam Graecam *Procopii in Cantica Canticorum*, cum latina Caryophili versione iam diu transmissam ad typographos Lugdunenses, testatus est Allatius a. 1633. in Apibus

Vrba-

Vrbanis: sed necdum lucem illa vidit, quod sciam: quemadmodum etiam adhuc premitur editio eiusdem Catenae et Commentariórum eiusdem Procopii in Octateuchum, quam Lipsiae cum versione et notis suis adornauit Godf. Olearius.

13. Nec vulgatae sunt eidem memoratae Allatio quam plurimae *Graecorum patrum orationes in laudem b. Virginis et aliorum Sanctorum*, a Caryophilo versae in latinam linguam.

14. *Apologia breuis aduersus Catumsyrti capita pro Seuero*, citatur a Nic. Comneno pag. 203. Praenot. Mystagog.

15. *Tractatus de octaua synodo et eius defensio.* id. 254.

16. *Libellus de mensa et antimensiis.* id. pag. 325.

XII. PETRVS ARCVDIVS, Corcyraeus, presbyter et philosophiae ac theologiae Doctor, a Gregorio XIV. primum, deinde a Clemente VII. xx) missus ad Ruthenos siue Russos Romanorum sacris erudiendos et promouendam Russorum cum romana ecclesia concordiam totos [P] viginti annos yy) in illo negotio consumsit, et auctoritate regis Poloniae Sigismundi III. cum ipsius legatis secure iter fecit. Deinde Romam redux Scipioni Borghesio cardinali, Pauli V sororis F. studium suum addixit, liberaliterque ab eo habitus postremum vitae triennium in collegio Graecorum Romae exegit. In scriptis suis perinde, vt Allatius et Caryophilus, hoc habet propositum, vt Graecos suos inuitos licet Romanis conciliet et subiiciat. Vixit adhuc a. 1633. quo ab Allatio in Apibus Vrbanis celebratur; sed in opere de consensu III. 7. §. 13. iam sepultum Romae in ecclesia S. Athanasii suae nationis, commemorat. Ibidem reprehendit in eo, quod ardentior in eos, quos putat sectarios, iniuriis saepe maluit quam rationibus tutari sententiam, et digressionibus passim rem et orationem perturbat, *stylo graeco, quo sibi nimium plaudebat, infelicior, quicquid dixerit Balthasar Ausideus.* Eusebius Renaudotus ad Gennadii CPol. homiliam de S. Eucharistia pag. 39. *Nemo catholicus, etsi Allatii, Arcudii, Caryophili et aliorum, bene de ecclesia meritorum memo-*

xx) Vide *Ian. Nicium Erythraeum* Pinacothec. I. pag. 225. seq. *Andream Saussaeum* continuatione Bellarmini de scriptoribus eccles. cap. CX. *Barthold. Nihusium* programmate ad Abrahamum Ecchellensem p. 257. seq. *Frid. Spanhem.* fil. tom. II. opp. p. 487. *Fabr.* Add. *L. Ellies Du Pin* Biblioth. des auteurs ecclesiastiq. tom. XVII. pag. 56. *Niceron.* Memoires tom XL. p. 56. sqq. *Clement.* Bibliotheque curieuse etc. tom. II. p. 14. seq. *Saxius* in Onom. litt. part. IV. pag. 277. ad a. 1619. qui „hoc certissime, inquit, anno clarus fuit, quandoquidem iam antea *Inscriptionem veterem in via Appia* repertam illustrasse videtur, arg. *Sponii* X. Miscell. erudit. ant. p. 321. 323. et 326. hoc autem anno libri eius VII. *de concordia ecclesiae occidentalis et orientalis in VII. sacramentorum administratione* post primam edit. romanam recusi sunt Paris. fol." *Harl.*

yy) Arcudius ipse praef. ad Concordiam de Sacramentis. De Ruthenorum quorumdam a. 1596. facta accessione ad sacra Romana, vid. *Baronii* historica relatio excusa Coloniae a. 1598. 8. et ad calcem tomi VII. Annalium Baronii. *Thomas a Iesu* Carmelita de procuranda omnium gentium salute lib. VI. part. 3. tom. I. opp. p. 140. sqq. *Rich. Simon.* tom. I. Bibl. choisie cap. 41. *Spondanus* ad a. 1595. nr. 14. etc.

memoriam cum caritate complectatur, in eorum verba iurandum sibi arbitratur, aut nihil in eorum scriptis desiderat. Imo qui se in graecas litteras abdiderunt, codicesque ipsos serio tractauerunt, desiderant illorum diligentiam et prudentiam, nec raro candorem et bonam fidem. Testes tot Catholicorum libri editi ab annis triginta, in quibus Arcudius vapulat tamquam perpetuus ecclesiae graecae calumniator, Allatio non parcitur, Caryophilus et alii Hellenomastiges saepe refelluntur. Scripta Arcudii sunt:

1. *De concordia ecclesiae occidentalis et orientalis in septem sacramentorum administratione libri VII.* qui post primam editionem Romanam recusi sunt Parisiis 1619. fol. et 1672. apud Ioannem du Puis in 4. [zz]) Opus ab auctore dicatum Sigismundo III. Poloniae regi.

2. *De purgatorio,* vtrum detur et an per ignem sit. Rom. 1622. et 1632. 4. [v. Dictionnaire bibliograph. histor. et critique, tom. I. pag. 47. de hoc et seq. libr. *Harl.*]

3. Alius *de purgatorio igne* liber *aduersus Barlaam,* monachum. Rom. 1637. 4. cum Pantaleonis Ligaridii apologia pro Arcudio. *Fabr.* Conf. *Freytag* Analect. litter. pag. 34. seq. qui prouocat ad Io. Franc. Buddei Isagogen historico-theolog. part. II. p. 1407. et *Io. Iac. Bauer.* bibl. libror. rarior. — supplement. vol. I. pag. 106. *Harl.*

4. *Breuiarium rituum et ceremoniarium Graecorum,* Romae 8. graece. [P] *Euchologium* Arcudii a Catumsyrto impugnatum memorat *Nicolaus Comnenus* pag. 396. praenot. mystagog. et *Iacobus Goar.* pag. 742. ad Euchalog. vbi Catumsyrtum animo vbique inuidia vel indignatione perturbato in Arcudium ferri non diffitetur. *Fabr.* — In catal. libror. bibl. Tigurinae tom. II. pag. 121. memoratur: *Menologium Graecorum,* iussu Basilii, imp. CPol. conscriptum, a *Petro Archudio* lat. factum, pag. 1050. fol. Romae 1659. *Harl.*

5. *Opuscula aurea theologica* quorumdam clariss. virorum posteriorum Graecorum, qui extinguendae Graeciae instar postremi splendoris impetu quodam diuino cum pietatis tum doctrinae fulserunt, circa processionem Spiritus S. Rom. 1630. 4. et 1671. [al. 1670. ex. gr. in cat. bibl. Nic. Rossii, Rom. 1786. 8. pag. 82. et alibi,] 4. Sunt illa scripta quaedam *Io. Vecci*, *Gregorii Palamae*, *Bessarionis* card. *Demetrii Cydones* et *Maximi Planudae* suis locis a me commemorata, quae ab Arcudio exhibentur cum latina versione, additis etiam ad pleraque notis. Vide *Allatii* Apes pag. 216. Pandectas Brandenbur-

zz) *Clement.* l. c. memorat quoque edit. Paris. per Sebast. Cramoisy, 1626. fol. (quae etiam occurrit in catal. bibl. Thuanae, p. 100. ed. Lauenburg. 1704. 8. et in cat. bibl. Tigurinae, tom. I. p. 58.) de edit. autem citata Paris. 1682. 4. dubitat. In cat. libror. I. Petri de Ludewig part. I. p. 54. nr. 653. nominatur edit. 1679. 4. quam, Clement opinatur, esse ed. a. 1672. 4. noua tantum inscriptione in fronte instructam. Add. *de Bure* Bibliographie instructive, vol. Theologie p. 301. sq. *Harl.*]

denburgicas *Hendreichii* pag. 255. *Lud. El. du Pin* tom. XVII. bibl. ecclesiasticae pag. 56. et Diarium Romanum, Giornale de letterati di Roma anno 1671. pag. 832. *Fabr.* pag. 132. teste Clement. l. c. pag. 15. not. 24. *Bauer.* in bibl. libr. rar. — supplem. I. pag. 106. memorat quoque ed. sine l. et a. not. in 4. *Harl.*

6. *Responsionem ad librum Gabrielis Seueri Philadelphiensis de sacramentis* citat Nic. Comnenus pag. 139. praenot. mystagog.

7. *Responsionem ad Catumsyrtum*, id. pag. 336. Fuit etiam *Antonius* Arcudius, cuius est *νέον ἀνθολόγιον*, et *Franciscus* Arcudius infra pag. 476. 786.

XIII. IO. BAPTISTA CATVMSYRTVS *) Rheginus Calaber Italo-Graecus ex Deutereo canonicus et vicarius generalis Crassatenus in Hetruria, annosus et emeritus Professor ab Arcudio plerumque dissentit in tractatu I. et II. *de vera ecclesiae occidentalis et orientalis concordia*, Ven. 1632. 1634. 4. Oppugnantur ab *Isaacio Haberto* ad ecclesiae graecae *ἀρχιερατικὸν* p. 357 seq. 388. seq. etc. A sede apostolica damnatum Catumsyrtum et palinodiam canere coactum, scribit *Nic. Comnenus* praenot. mystagog. p. 137. 217. qui p. 287. etiam *librum* eius *contra Arcudium pro Gabriele Seuero*, et *impugnatum* ab eo *Euchologium Arcudii* pag. 396. et Io. Matthaei Caryophili apologiam breuem aduersus Catumsyrti capita pro Seuero p. 203. commemorat.

XIV. NIC. COMNENVS PAPADOPOLI, Cretensis, abbas S. Zenobii S. theol. philosophiae ac iuris vtriusque doctor, et in academia Patauina canonum sacrorum interpres: [nat. 1655. mort. 1740.] Hoc vno neminem e Graecis noui, qui post Allatium inedita Graeciae recentis scripta vel diligentius excusserit, vel plura euoluerit, laudetque, quamquam vnicam tantum eius lucubrationem vidi, sed eruditissimam summoque studio [P] elaboratam, quam latine vulgauit Patauii 1696. fol. et dicauit Protosebasto, imperatoriae nobilitatis viro Constantino Cantacuzeno, celsissimi Wallachiae principis auunculo. Praemittitur et altera praefatio ad Ioannem Franciscum cardinalem Albanum, postea Clementem XI. pontificem maximum, in qua profitetur, se sensim insinuare, *vt in Graecia schismatici multi sint, Graeciam numquam fuisse schismaticam.* Operis, quod euolui, et quo me, Lubecae quum versarer, donauit meritissimus ecclesiae Lubecensis praesul D. Georgius Henricus Goezius, titulus est: *Praenotiones mystagogicae ex iure canonico, siue responsa sex, in quibus vna proponitur commune ecclesiae vtriusque graecae et latinae suffragium, de iis, quae omnino praemittenda sunt ordinibus sacris, atque obiter et Graecia aduersus calumniatores defenditur, et praecipue Photianorum ineptiae refelluntur.* Acerrime vbique hos, quos vocat, Photianos insectatur, praecipue multus est in oppugnandis Maximo Margunio et Georgio Coressio: passim quoque Latinos perstringit scriptores Graecis, vt ipse putat, iniquos, atque ipsum Baronium, vsque ad contumelias in Graecos ferocem, vt loquitur p. 144. Bellarminum quoque Graecis plurima debere, quorum nomina dissimulet, passim iactat, quod ego vix

*) In cat. biblioth. Barberinae, vol. I. pag. 252. vocatur *Catumsyritis*. *Harl.*

vix crediderim, Manueli Calecae, b) Bessarioni, c) Gennadio, d) Vecco, e) Georgio Metochitae f) et Diplouatacio, g) ex quibus aliquorum scripta fortasse ne oculis quidem vidit Bellarminus, quae exscripsisse eum Comnenus arguit. Etiam a Graeco Andrea Eudaemono Ioanne amico plurimum opis atque auxilii semper Bellarminum accepisse scribit p. 244. b. Cretae natum et altum se neque ex infima plebe, h) praeceptore vsum Bartholomaeo de Caregno, i) et Siluestro Mauro k) vtrisque Iesu sociis: Leonis Allatii funeri se interfuisse narrat l) et ex eius hereditate accepisse Combefisii notas MSS. in S. Athanasium. m) Annos XXVIII. Italiam peruagari. n) Non pauca se debere celebrat Nicolao Bubulio, iatrosophistae conterraneo suo et rei graecae scientissimo: o) vsum etiam bibliotheca archiepiscopi Philadelphiae relicta Venetiis ab archiepiscopo Gerasimo Blacho: p) sed et ipsum se bibliothecam ter mille librorum ad vsum memoriae suae compegisse q) et bis mille amplius Latinorum legisse auctores, *quorum Criticon*, inquit, *sint modo fata nobis propitia, dabo r).* Latinos enim etiam legendos monet, licet Graecus, quia Graeci sint [P] ieiuniores. p. 259. Ex scriptis eius imprimis doleo vel non editum esse vel ad me non peruenisse eius *Testimonium Graeciae sapientis*, quod passim citat, vt p. 181. 184. 186. 240. Memorat praeterea *tractatum* suum *de probationibus*, p. 183. *de praesumtionibus* p. 217. *Physicos commentarios* p. 294. *responsa dogmatica* p. 308. *responsum de processione Spiritus S.* p. 151. 207. *An adulterum occidere liceat iure priuato.* p. 201. *De haereticis* p. 193. *De potestate vsurarum* p. 200. *De officiis* p. 73. *Ad titulum de testibus* p. 194. *Responsum tertium in causa testamenti Spanopuli* p. 339. Noui etiam, exstare editam Comneni huius responsionem ad epistolam Ioannis Hokstoni Angli s) Venet. 1703. 8. sed in eam necdum incidi. *Fabric.* Concinnauit quoque *Historiam Gymnasii Patauini.* Venet. 1726. fol. II. vol. et v. biblioth. italique tom. XII. art. 11. — Conf. *Demetrium Procopium* de eruditis Graecis, infra in vol. XI. p. 799. ed. vet. *Saxium* in Onom. lit. part. V. p. 489. ad a. 1697. quo anno ab isto Praenotiones mystagogic. emissas fuisse scribit; *Ioecher.* Gelehrt. Lexic. voc. *Papadopoli*, et *Iac. Facciolatum* in Fastis Gymnasii Patauini, Pataui 1757. 4. In parte I. p. VII. et XXX. quaedam, a Comneno in Historia Gymn. Patau. prodita sub examen vocat; in parte III. pag. 84. seq. pag. 89. et 95. inter doctores iuris canonici eius vitam muneraque paucis enarrat, et litterarum copiam laudat, idemque tradit, Praenotiones etc. a. 1697. editas esse. *Harl.*

b) pag. 49.
c) pag. 45. 48. 53. 54. 342. 366.
d) pag. 244. 330. 331. 350. 420.
e) pag. 305. 346.
f) pag. 344.
g) pag. 45.
h) pag. 387.
i) pag. 373.
k) pag. 196.
l) pag. 28.
m) pag. 138.
n) pag. 156.
o) pag. 29. et 429.
p) pag. 44.
q) pag. 29.
r) p. 240.
s) Argumentum epistolae Hockstoni et responsionis Comneni habes in Diario Parisino, Journal des Savans 1706. pag. 770.

XV. ALOYSIVS ANDRVZZI t) Cyprius, philos. ac theologiae Doctor et in Bononiensi archigymnasio professor, Venetiis a. 1713. in 4. graece et latine apud Balthasarem Iulianum in 4. edidit et cardinali, Laurentio Casono, dicauit librum hoc titulo: *Vetus Graecia de S. Romana Sede praeclare sentiens, siue responsio ad Dositheum patriarcham Hierosolymitanum.* Opus diuisum in tres libros, quorum primo instituit probare, Petrum a Christo fuisse constitutum principem Apostolorum et vniuersae ecclesiae pastorem. Secundo, contendit, Petro fuisse semper esseque successorem in ecclesia, tam quod ad munus quam quod ad potestatem adtinet: solumque pontificem romanum hunc esse genuinum successorem Petri, quod ex Concilio tertio, sexto et septimo probandum in se suscipit, quorum auctoritas nec Dositheo inficianda videatur. Tertia pars denique Dositheo oppugnando et pontificum Apologiae destinata est. Ediderat autem graece *Dositheus* Iassii in Moldauia a. 1694. u) tribus in fol. voluminibus collectionem variorum scriptorum graecorum, qui pontificum romanorum potestatem oppugnant, primoque volumini fecit titulum: τόμος μεταλλαγῆς, alteri, τόμος ἀγάπης, et tertio: τόμος χαρᾶς, v) *reconciliationis, amoris, gaudii.* Eiusdem Aloysii *consensus Graecorum Latinorumque patrum de processione Spiritus S. e Filio,* contra eumdem Dositheum, Clementi XI. pontifici maxim. dicatus, prodiit Rom. 1716. 4. *Fabr.* *Saxius* in Onom. lit. part. VI. pag. 143. ad. a. 1710. „*Aloysius*, ait, *Andrutius*, (vulgo: *Luigi Andrucci*,) Comes Cyprius, philologus graecus — hoc anno *De simulacro quodam incerto, ac de voto Melanthi, deque Asclepio, cui nuncupatum est votum*; dissertationem, Bononiae 1710. 4. vulgauit. (v. Giornale de Letterati, tom. III. p. 513 - 515.) cuius voti titulus exstat ap. *Murator.* XIX. 4. et MDCCLXXVI. 5. Illam vero Dissertat. propter summam raritatem typis repetendam curauit *A. F. Gorius* in Symbolis literar. vol. IX. p. 1 - 30. vid. *Io. Maria Mazzuchelli* Gli Scrittori d'Italia, vol. I. part. II. voc. (Luigi) *Andruzzi*, Conte di Santandrea, p. 727 - 729." Secundum *Mazzuch.* l. c. praeter duos libros, a Saxio atque Fabricio laudatos, *Andruzzi* opera, quorum memoriam paucis repetam, edidit. Nonnullas *Clementis* XI. pontificis rom. homilias graece vertit, a. c. 1710. (v. Giornale de Letterati d'Italia, tom. V. p. 2.) — *Consensus tum graecorum tum latinorum patrum de processione Spir. S. e Filio, contra Dositheum* — Venet. 1716. 4. — *Perpetua ecclesiae doctrina* de infallibilitate papae *in decidendis ex cathedra fidei quaestionibus extra concilium oecumenicum et ante fidelium acceptionem.* Bononiae 1720. 4. — *Orazione in lode — Sig. Andrea Cornaro* etc. Bonon. 1720. 4. — *Clementina constitutio* Vnigenitus, *ecclesiae*

t) Journal literaire tom. VI. pag. 490. Giornale de letterati d'Italia, tom. XV. pag. 257. XXVIII. pag. 448. Vide et III. pag. 513. vbi de eius diss. antiquaria.

u) *Baumgart.* in libro paullo post cit. pag. 512. docet, Fabricium libri editionem a. 1694. perperam adseruisse, quum subscriptio longae praefationis, dat. CPoli m. Maio 1705. clare demonstret, librum hoc demum anno absolutum prodiisse. *Harl.*

v) Τόμος χαρᾶς, in quo continentur epistolae Photii; synodus octaua cum nonnullis illius explicationibus; *Nicolai*, medici, refutatio (τὰ ἀντιῤῥητικὰ) potestatis pontificis rom. et monachi cuiusdam cum alio monacho contra Latinos dialogus — exc. Remnic. (ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Ῥαμνίκῳ) sumtu Dosithei, patriarchae Hierosolymit. edit. ab *Anthimo*, Iber. episcopo Remnic. a. 1705. fol. copiose recensetur in *Baumgart.* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. VII. p. 511. sqq. *Harl.*

siae traditionum vindex Bonon. 1723. 4. — *Peremtorium iconomachiae per Iac. Piceninum reuiuiscentis*. Venet 1730. mai. 8. — Oratio panegyrica *de diuo Andrea Corsino.* Romae 1731. 4. — *Vindiciae sermonis S. Ildefonsi, archiepisc. Toletani, de perpetua virginitate ac parturitione dei genitricis Mariae*, Romae 1742. 8. contra Mabillon. Dacher. et Pozzam. v. Novelle letter. di Firenze, 1745. p. 163. et Nov. lett. di Venezia, eod. an. p. 171. — *Specimen philosophiae moralis expressum in praestantioribus legibus et virtutibus gentilium Graecorum.* Romae 1744. 4. Conf. memoratas ephem. litter. Florent. 1745. p. 586. et Venet. p. 210. — E latino quoque graece vertit Sermonem, siue *un Ragionamento*, (vt verbis vtar Mazzuch.) avuto dal regnante — Benedetto XV. a' 7. di Gennajo del 1748. etc. *Harl.*

[P] XVI. MANVEL CALECA, Graecus, w) e familia Ioannis Calecae, ab a. 1333. ad 347, patriarchae CPol. x) pro Latinis aduersus Graecos suos scripsit, atque inter monachos ordinis praedicatorum y) perinde vt Pantaleo nomen professus est suum, vixit non tempore Concilii Lugdunensis a. 1274. z) sed post errores a Palama disseminatos, quem prolixo volumine refellit, adeoque circa a. 1360. vt recte *H. Whartonus* in adpendice ad Caueum. aa) Scripta eius sunt:

1. *Libri IV. aduersus errores Graecorum de processione Spiritus S.* de quo opere *Petauius* lib. VIII. dogm. Theol. de Trinitate c. 1. *Manuel Calecas, auctor eruditus et catholicus; cuius habeo volumen egregium pro Latinis aduersus Graecos, in quo de processione S. Spiritus vberrime accuratissimeque disputat, nihil vt de hoc argumento scribi posset doctius et subtilius.* Praeter Petauium loca ex eo graece producit *Allatius* lib. de purgatorio p. 12. seq. et de consensu pag. 577. 614. 855. 1332. 1333. 1360. Typis exscriptum hoc opus latine tantum hactenus vidit lucem ex versione, quam Martini V. papae iussu composuit *Ambrosius Camaldulensis*, edititque ex Bauarica bibl. *Petrus Steuartius* cum notis, Ingolst. 1616. 4. cum iisdem notis recusum in bibl. patrum tom. XVI. edit. Colon. [Col. 1618. vol. 14. p. 257. in cat. bibl. Leidens. p. 33.] et tom. XXVI. edit. Lugd. p. 382. sqq. Libro quarto multa etiam alia capita, quibus latina ecclesia a Grae-

 cis

w) Caleca ipse sub extremum libri IV. contra Graecos.

x) *Combefisius* bibl. Concionatoriae tom. I. pag. 8.

y) *Combefis.* tom. II. Auctarii nouiss. ad Calecam de essentia et operatione, p. 1. et 118. ex testimonio Ioannis, cardinalis a Turrecremata in summa de ecclesia lib. II. cap. 93. Confer praefat. Combefisii, recusam in bibl. patrum tom. XXVI. edit. Lugd. p. 320. *G.*

z) Petrum Galesinium, qui Calecam Lugdunensi illi Concilio scribit interfuisse in vita S. Bonauenturae cap. 14. refellit *Allatius* lib. II. de consensu vtriusque ecclesiae c. 18. §. 4. Roberto Constantino in nomenclatore insignium scriptorum dicitur *Cyrmanos Caleca* pro κυρ Μανουὴλ, vbi librum eius de Theologia et Spiritu S. commemorat.

aa) Pag. 65. sq. ed. Basil. ad a. 1360. Indicem librorum Calecae Whartonianum auxit ibid. *R. Gerius.* Vberius enarrat Calecae vitam scriptaque *Oudin.* in Comment. de SS. eccles. tom. III. col. 1039. sqq. aliosque qui de eo egerunt, excitat. Add. *Saxii* Onom. lit. part. II. pag. 376. *Schroekh* Hist. eccl. christ. tom. XXXIV. p. 63. seq. — Diuersi sunt *Ioannes Caleca*, (de quo v. infra, p. 490. vet. ed.) et *Matthaeus Caleca*, (v. infra, p. 532.) *Harl.*

cis reprehenditur vel ab ea diſſentit, Caleca breuiter perſequitur ac perſtringit. *Fabr.* MS. *Romae* in bibl. Vatic. nr. 4064. Ambroſio monacho interprete, — *Mediolani* in bibl. Ambroſ. — In bibl. *Mazarin.* et bibl. *de Mesme*, Man. Calecae cod. nomine libri non addito. V. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 114. *B.* et 117. *D.* p. 513. *E.* p. 1308. *D.* et 1327. *C.* — *Venetiis* in cod. gr. CLIX. bibl. Marc. in calce nota de auctore et argumento libri legitur latina, cuius auctor in fine, „hic, ait, praeclariſſimus et magnarum virtutum vir obiit Mitylenae in capella Sčti Ioannis MCCCCX." — ibid. in cod. lat. CXXXVIII. idem opus, *Ambroſio* Camaldulenſi interprete. v. cat. codd. gr. Marc. p. 90. et latin. p. 79. add. paullo poſt, §. XVII. init. *Harl.*

2. Περὶ ἐσίας καὶ ἐνεργείας. *De eſſentia et operatione DEI*, liber aduerſus tomum Gregorii Palamae in ſynodo CPolitana probatum, graece et latine editus cum notis a *Franciſco Combefiſio* tom. II. auctarii nouiſſimi bibl. patrum p. 1 - 67. Pariſ. 1672. fol. Latine ex Combefiſii verſione tom. XXVI. bibl. patrum Lugd. p. 321 ſqq. Tomum ipſum, a. 1351. in ſynodo ſub Ioanne Cantacuzeno imp. et [P] Calliſto Xanthopulo patriarcha CPol. promulgatum graece et latine vulgauit Combefiſius p. 135 - 176. *Fabr.* *Pariſ.* in bibl. publ. cod. MCCLXXIX. *Harl.*

3. Περὶ πίςεως καὶ περὶ τῶν ἀρχῶν τῆς καθολικῆς πίςεως. *De fide, [deque principiis catholicae fidei*, liber inſignis in decem capita diſtributus, in quo nitorem ſtili, perſpicuitatem et ſoliditatem doctrinae ex Patrum maxime traditione laudat *Combefiſius*, qui graece et latine edidit in eodem auctario nouiſſimo tom. II. p. 174 - 285. [al. p. 182 - 197.] cum notis. Vnde recuſus latine, omiſſis notis, eſt in tomo XXVI. bibl. patrum Lugd. p. 345. Idem Calecae ſcriptum in duos diuiſum libros latina verſione donauerat *Iacobus Pontanus*, quam editurum ſe promiſit Labbeus tom. II. de Scriptoribus eccleſ. pag. 45. Idem opus graece legiſſe ſe ſumma cum animi delectatione, teſtatur *Allatius*, ex MS. Mediolani in monaſterio S. Ambroſii, a. 6910. qui fuerit Chriſti 1402. fortaſſe non multo poſt eiusdem Calecae aetatem exaratum. Idem laudans *Arcudius* c. 7. Calecam virum vocat *ſane antiqua Graecia dignum, et catholicum.* Idem *vir magna et doctrina et fide* vocatur à *Franciſco Turriano* libro de VI. et VIII. ſynodo. *Fabr.* *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XIII. nr. 41. plut. 74. *Confeſſionis* (τῆς ἐξομολογήσεως) *modus*, *dom. Man. Calecae interpretatio ex Latino*, ſeu forma confeſſionis et abſolutionis peccatorum ſecundum Latinorum ritum, a *Man. Caleca* in graecam linguam conuerſa; inc. ἐξομολογῦμαι τῷ Κυρίῳ μυ, τῷ Θεῷ μυ etc. Subiiciuntur deinde Confeſſionis Sacramentalis praerogatiuae, quae numerantur quindecim, earumque declarationes. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. tom. III. p. 110. — *Monac.* in cod. Bauar. CXXVII. (ſec. cat. gr. MSS. Bauar. p. 53. ab *Hardtio* numeratur cod. CCLXII.) *de elementis catholicae fidei ſec. traditionem S. Scriptur[illegible] et catholicorum doctorum.*" *Harl.*

4. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, *de S. Trinitate*, tractatum opulentiſſimum Allatius vidiſſe ſe teſtatur p. 855. de conſenſu, adhuc quod ſciam ineditum. Incipit: τῶν παλαιῶν αἱρετικῶν ἦν.

5. Λόγοι

5. Λόγοι Θεολογικοί. *Orationes theologicae* e quarum fexta profert quaedam idem Allatius p. 435. feq. contra Creyghtonum.

6. *Oratio de S. Stephano, protomartyre.* Citat idem lib. de fynodo Photiana p. 542. meminitque libro de Simeonibus p. 115. Incipit: ὥσπερ ὁ ἥλιος πανταχοῦ. [v. fupra, vol. X. p. 327.]

7. *In circumcifionem Domini.* Incipit: τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι. Idem Allatius lib. de Simeonibus p. 112. [v. fupra l. c. p. 240.]

8. *Grammatica* MS. in bibl. Colbertina cod. MDCCCCXCII. Itaque per Manuelem, grammaticum in Catena Macarii Chryfocephali in Lucam intelligi hunc Manuelem Calecam, fufpicatur *Wolfius* nofter in diff. de Catenis patrum p. 32. *Fabr.* Conf. fupra ad vol. VI. p. 325. — *Man. Calecae* Grammatica quaedam, *Parif.* in cod. Mazarin. XCI. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 1319. *E. Harl.*

[Calecae ad Ioannicium epiftolae, in cod. *Voffiano.* v. cat. MSSt. Angliae etc. vol. II. nr. 2240.

Hymnus, *Te deum laudamus*, graece translatus per *Calecam*, vti legitur in margine cod. *Florent. Laurent.* XII. nr. 2. plut. 4. Alii verfionem illam hymni Ambrofiani tribuunt *Sifebuto*, monacho, qui vixit faec. XI., alii aliis. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 533.

Calecae Monodia fuper Meledone, ibid. in cod. Laur. XIII. nr. 19. plut. 74. v. *Bandin.* l. c. III. p. 106.

Ad Calecam epiftola *Demetrii Cydon.* in cod. *Coislin.* CCCXV. fin. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 429. *Harl.*]

XVII. PANTALEON, Graecus et ipfe, atque magnae ecclefiae CPol. diaconus et chartophylax, inde Λατινόφρων atque Dominicanorum ordini fe adfcribens a. 1252. [bb] CPoli

[bb]) Fabricium, qui adfirmet, Pantaleonem a. 1252. fe adfcripfiffe Dominicanorum ordini, errare, nec falli Margarinum de la Bigne, aut Iodocum Coccium, a Fabricio culpatos, *Bandin.* in cat. codd. gr. bibl. Laurent. I. pag. 503. auctoritate cod. Laur. IX. nr. 9. plut. 11. ineunte faeculo XI. confcripti, qui continet *Pantaleonis narration. maximorum miraculor. SS. archangelorum*, nr. 5. ap. Fabr.) et fide alius cod. pluteì IV. eiusdem ferme vetuftatis, motus adfirmat. Idem iudicat *Mingarell.* in cat. codd. gr. Nanian. pag. 47. de cod. XXXVIII. qui partem orat. *in exaltation. S. crucis* continet, et faec. IX. exaratus eft. — De *Pantaleone* conf. *Caue* diff. I. ad Hift. litter. SS. eccl. vol. II. pag. 15. ed. Bafil. cui aetas Pantal. parum certa eft, et *Oudin.* in comm. de SS. eccl. tom. III. p. 229. fq. ad a. 1250. — *Mingarell.* in ind. ad cat. codd. gr. Nan. Pantaleonem *presbyterum monafterii Byzantinor.* (vti diferte vocatus in codd. Nan. LXXIII. nr. 13. CLIV. nr. 54. et alibi,) a Pantaleone *diacono*, (vti dicitur in cod. Nan. LXIII. 50. et aliis,) vt alii quoque fecerunt, diftinguit. Sed *Oudin.* l. c. p. 230. cum *Franc. Combefifio* in Adparatu, f. auctoribus recenfitis ante Bibl. S. S. patrum concionatoriam, voc. *Pantaleon*, fecus fentit, arbitrans, ab eodem Pantaleone partim presbytero, partim diacono, alias atque alias orationes et homilias fuiffe confcriptas. *Harl.*

CPoli in aedibus fratrum Praedicatorum composuit libellum, Calecae a quibusdam perperam tributum *de Graecorum erroribus*, quem latine vulgauit Petrus Steuartius depromtum [P] ex Bauarica bibliotheca, et sine nomine auctoris edidit in Auctario suo, Ingolstad. 1616. 4. p. 555. vnde recusum habes in tom. XXVI. Patrum Lugd. p. 467 - 471. Pantaleonem esse auctorem, notauit *Combefisius* praef. ad auctarium nouissimum, cui quare non adsentiar caussam nullam video. Vnde etiam adparet, falli Margarinum de la Bigne, cui Pantaleo ad saeculum VIII. nec minus Iodocum Coccium, a quo ad a. 850. reiicitur. cc) Cetera Pantaleonis scripta sunt:

2. Homilia εἰς τὰ ἅγια Φῶτα. *In sacra lumina*, incipit: τὴν τῆς πανηγύρεως χάριν; exstat graece et latine in Micropresbytico p. 587. Basil. 1550. fol. et in Orthodoxographis vtrisque a. 1555. et 1569. et in auctario Ducaeano bibl. patrum, tomo II. Paris. 1624. et in bibl. patrum Morelliana tom. XII. atque latine in ceteris bibl. patrum editionibus. [Conf. bibl. Leidens. catal. p. 62. de editt. *Harl.*]

3. *In exaltationem S. Crucis*, incipit: πάλιν ὑψοῦται σταυρὸς, πάλιν ἡ κτίσις ἀγάλλεται. Graece et latine ex tribus codd. edita a *Gretsero* tom. II. de cruce pag. 1233. et not. pag. 2717. Ingolstad. 1616. fol. et latine in bibl. concionatoria Combefisii, atque in bibl. patrum tom. XII. edit. Lugd. p. 747. Graece obuia etiam haec homilia in tomo VII. Chrysostomi editionis Sauilianae p. 661. Etonae 1612. fol. *Fabr.* V. supra, vol. VIII. p. 512. et vol. X. p. 247. MSS. *Venetiis* in cod. Nanian. XXXVIII. pars tantum orat. in codd. LXXIII. nr. 13. et CIV. nr. 54. v. cat. codd. gr. Nan. p. 47. 149. et 351. — *Taurin.* in cod. CXXXV. fol. 28. v. cat. codd. Taur. gr. p. 231. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. IV. nr. 7. plut. 4. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 520. — *Vindobon.* in cod. caes. XL. nr. 3. v. *Lambec.* VIII. p. 822. — Secundum cat. MSS. Angliae etc. vol. I. *Oxon.* in bibl. Bodlei. nr. 294. cod. Oliu. Cromwell. CXV. nr. 28. *de inuentione crucis* sub Constantino et Helena, Augustis; — nr. 2500. in cod. Bodl. *in exaltat. S. crucis;* — nr. 3383. in cod. Selden. LIII. 9. *laudatio S. crucis.* — *Mosquae* in cod. synod. CCLXXI. nr. 3. v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosq. p. 169. *Paris.* in quatuor codd. bibl. publ. *Harl.*

4. In

cc) Alius iunior *Pantaleon Ligarides*, siue *Ligaridius*, Graecus et ipse, cuius epistolam ad Allatium citat *Nic. Comnenus* p. 244. praenot. mystagog. vbi virum doctum et orthodoxum vocat, licet pag. 246. non admodum aequum Latinis. Eius apologia pro Arcudio aduersus Barlaamum prodiit Rom. 1637. 4. Alius *Pantaleo, logotheta*, ad quem Theodori Studitae Epistolae. *Fabr.* V. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 323. et 325. — *Pantaleon* Nicomed. *martyr.* v. supra, vol. X. p. 303. eius certamen in cod. *Mediolan.* bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 502. E. — *Florent.* in bibl. monasterii Adnuntiatae, v. *Montfauc.* Diarium ital. p. 372. — *Pantal. Vercelleus*, medicus. v. infra in elencho medic. vett. vol. XIII. p. 357. — *Henricus Pantal.* Basileensis, theologus, medicus et historicus, nat. 1522. mortuus 1595. de quo plura scripsit *Saxius* in Onom. lit. part. 3. p. 260. seq. Duo errores, ab eo in Opere de illustribus viris Germaniae commissos notat *Lambec.* comment. p. 67. §. XXXV. et p. 80. §. XL. *Harl.*

4. *In transfigurationem Iesu Christi, homiliae II.* prior incipit: οἱ μὲν εὖ εἰδότες ἀθλεῖν, altera: αὐγὰς μὲν ἑωθινῦ φωτὸς προηγύμενοι. Vtramque graece et latine primus vulgauit *Combefisius* in auctario nouo bibl. patrum tom. I. p. 1760. 1768. Paris. 1648. fol. Deinde latine ex versione Combefisiana, tom. XII. bibl. patrum Lugd. p. 748. 749. Posteriorem, quam elegantiorem Combefisius et fortasse alterius scriptoris esse iudicat, MSta quaedam tribuunt Cyrillo. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MCXCVII. nr. 8. vtraque oratio. — In cod. *Mazar.* LXXIII. tribuitur altera Cyrillo Alexandr. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 1317. *A. Harl.*

5. Pantaleonis, diaconi et chartophylacis magnae ecclesiae *Narratio de miraculis S. Michaëlis*, latine edita a Lipomanno et Surio 29. Sept. Graece exstat in variis bibliothecis, et citatur a Meursio, Cangioque in glossariis, meminit et *Allatius* de Simeonibus [p. 99. et 103.] Incipit: μεγάλαι τε καὶ πολλαὶ καὶ ποικίλαι καὶ τῆς ἀσωμάτε. *Fabr.* v. supra, vol. X. p. 199. et de alia, p. 200. *Allat.* de Symeon. scriptis p. 103. cit. aliam, ἐγκώμιον εἰς τον — Μιχαήλ· inc. ὁ τῶν ἁγίων πνευμάτων Κύριος· et gr. exstat in cod. gr. Paris. DCCC. notante *Oudin.* l. c. p. 230. ex *Phil. Labbei* bibl. noua MSSt. ex regiis MSStis part. I. p. 75. s. secund. cat. MSS. *Paris.* vol. II. in cod. CCLXXIV. 2. ac *Mosquae* in cod. CCII. 1. (v. Matthaei notit. cit. p. 127.) it. *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXI. plut. 9. nr. 4. sed incip. ὁ τῶν αὔλων πνευμάτων Κύριος· (latine ap. Lipomannum et Surium d. XXIX. Sept.) nr. 5. autem altera, cuius init. μεγάλαι καὶ πολλαὶ καὶ ποικίλαι· quae etiam exstat ibid. in cod. IX. nr. 9. plut. 11. et in cod. IV. nr. 12. plut. 4. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 425. 503. ac 520. — *Taurini* in cod. reg. LXX. fol. 240. v. cat. codd. gr. Taur. p. 166. — *Romae* in bibl. patrum S. Basilii, cod. X. *de miraculis archangelorum.* v. *Montfauc.* Diar. ital. p. 213. et Bibl. biblioth. MSSt. p. 195. *D.* et p. 700. *E.* in cod. bibl. *Sfortianae de mirac. Michaëlis.* — *Paris.* in septem codd. bibl. publ. et in cod. MDXIX. nr. 9. *Pantal.* historia miraculorum *Gabriëlis archangeli* opera patratorum. — *Mosquae* in cod. synod. CLXXI. nr. 8. v. *Matthaei* not. cit. p. 103. *Harl.*

[P] 6. *Orationes siue homiliae panegyricae per totum annum* in XII. mensium dies dominicos et festos MStae fuerunt CPoli apud Iacobum Marmoretum, principem, vt ex eius catalogo MSS. apud Posseuinum adpendice ad Apparatum p. 48. iam notauit Caueus. *Fabric.* Sermones, *Romae* in bibl. Vatic. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 154. *C. Harl.*

XVIII. ANDREAS EVDAEMON IOANNES, Cydonius siue Cretensis [dd]), ex imperatoria Palaeologorum familia oriundus, sed in Italia ac Romae praesertim educatus et Graecorum suorum pro partibus Latinis acris aduersarius, societati Iesu nomen dedit circa a. 1582. et Romae obiit a. 1625. Praeter scripta illius, quae in bibliotheca Iesuitica Philippi Alegambe, et Nathanaëlis Sotwelli commemorantur, et in quibus nihil intermisit, quod splendida bilis ipsi aduersus Casaubonum, Danaeum, Rob. Abbotum, Brightmannum, aliosque

dd) Infra p. 721.

que doctores reformatos suggessit, vel in criminationibus a societate sua remouendis laborauit, hoc loco tantum meminisse iuuat, quod a *Nic. Comneno* pag. 243. praenot. mystagog. proditum reperio, eum composuisse *refutationem* Graeci hominis, *Zachariae Gergani*, nec non scripsisse *librum de moribus Graecorum,* quod argumentum esse libri primi, ab ipso elaborati aduersus Caluinum, ab eodem Comneno didici p. 249. *Fabr.* V. supra in h. vol. p. 66. *Harl.*

XIX. IOANNES PLVSIADENVS, archipresbyter, non diu post concilium Florentinum a. 1439. habitum composuit *Dialogum de differentiis inter Graecos et Latinos et pro concilio Florentino.* ee) Ex eo plura Allatius p. 617. 753. seq. 1106. seq. de consensu: et de purgatorio p. 27. 78. etc. Integrum ex bibl. Ambrosianae codice edidit graece et latine tom. I. Graeciae Orthodoxae pag. 583 - 654. Colloquuntur *pius* siue catholicus, Manuel Mongus: *Rhacendyta*, Bulgares: *Publicanus*, Ioannes Damascenus, et *vnus e duodecim sacerdotibus qui vnionem amplexi fuerant*, Ioannes Plusiadenus, praesentibus *auditore* Georgio Phaliero, *teste* Ioanne Tzurdune et *dicaeocrita* Antonio Sagredo. Incipit: ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος ἐγγίνεται. *Fabric.* Conf. *H. Wharton.* suppl. ad Cauei Hist. lit. S. S. eccl. p. 167. ad a. 1450. qui arbitratur, Ioann. Plusiadenum diuersum esse a Iosepho Methonensi; secus sentit *Oudin.* in comm. de SS. eccl. tom. III. p. 2422. sq. ad a. 1440. a quo dicitur *Iosephus Methonensis episcopus.* — *Ioan. Plusiad.* epist. inedita *de caritate*, *Paris.* in bibl. publ. cod. MMD. nr. 10. — *Canon* concilii Florentini, *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. Barocc. CXLV. *Taurini* in bibl. reg. cod. CLXXXVI. et in eod. cod. *Synaxarium.* v. cat. codd. gr. Taur. p. 273. sqq. vbi *canon* s. hymnus in octauam synodum Florentiae habitam, gr. cum lat. versione, et p. 277. sqq. *synaxarium*, s. breuis narratio eorum, quae in concilio Florentino a. 1439. gesta sunt, primum prodierunt in lucem. — *Florent.* in bibl. monasterii Adnunciatae, *Iosephi*, episcopi *Methones*, apologia ad lib. Marci Ephesini; v. *Montfauc.* diar. ital. p. 365. *Harl.*

Hic idem *episcopus* deinde *Methonensis*, post susceptum episcopatum IOSEPHI nomen adsciuit, vt notat *Allatius* p. 933. de consensu et ad calcem tomi I. Graeciae Orthodoxae, testatus sub nomine Iosephi Plusiadeni, episcopi Methonensis, exstare *Conciones in dies Quadragesimales ieiunii,* dialecto Graecorum communi conscriptas et testimoniis latinorum patrum refertas. Huius Iosephi Methonensis *Apologeticus pro synodo* [P] *Florentina aduersus Marcum Ephesium* saepe editus cum Caryophili versione ad calcem actorum illius synodi, vt tomo vlt. edit. conciliorum Binianae p. 667. et *Labbei* tom. XIII. p. 677. et *Harduini* tom. IX. pag. 549. Incipit: Ὁ αἰδέσιμος οὗτος ἀνήρ. ff) Pag. 555. 559. citat Georgium Aristinum historicum: et p. 558. 559. 563. Marcum Ephesium, narrat, a Iuliano, S. Sabinae cardinali confutatum: nec non pag. 578. a fratre Ioanne. Pag. 570. et 575. 582. 599. 594. arguit Marcum, argumenta sua mutua sumsisse a Photio, Psello, Phurnio, Camatero, Moschampare, Bulgario, Nicolao Methonense, Panareto, Cabasila et Palama, et simili-

ee) V. infra vol. XI. p. 683. ed. vet. *Harl.*

ff) V. infra vol. XI. p. 683. vet. ed. *Harl.*

similibus schismaticis. Simeonem Metaphrasten, nouum theologum laudat p. 574. et Tarasii CPol. epistolam ad episcopos orientis, nec non Anastasii Sinaitae sermonem de rectis dogmatis veritatis, et pag. 583. Scholarii tres orationes pro vnione ecclesiastica ad confirmandam Isidori Russiae praesulis sententiam, et Bessarionem p. 587. Sed *Apologia pro quinque capitibus synodi Florentinae*, quam scripsisse Iosephus se profitetur, lucem non vidit. [Exstare tamen illam, at falso sub nomine Gennadii editam, lat. Dilingae 1581. 8. graece, Romae 1577. et lingua gr. vulgari, cum versione lat. Romae 1628. 4. censet *Oudin.*] De Apologetico edito conferendus *Allatius* Exerc. IX. contra Creyghtonum. *Antirrheticum secundum contra Marcum Ephesinum* citat *Nic. Comnenus* p. 292. 306. et 397. praenot. mystagog.

XX. HILARIO, monachus, itidem post Florentinam synodum pro Latinis aduersus Graecos suos scripsit λόγον διαλεκτικὸν *Dissertationem dialecticam de pane Graecorum mystico et azymo Latinorum* aduersus Nicetam. Incipit: ἐν τῷ μὲν διαλέγεσθαί με. Hanc graece primus edidit ex cod. bibl. Lugd. Bat. *Io. Meursius* in variis diuinis Lugd. Bat. 1619. 4. Deinde versionem addidit *Allatius* et vtraque lingua vulgauit in Graecia Orthodoxa tom. I. pag. 655-662. Eiusdem *librum de processione Spiritus S.* laudat *Nic. Comnenus* praenot. mystagog. p. 361. [gg]) Alius *Hilario* monachus antiquior, de quo in vita Nili iunioris pag. 5. ἠγάπα γὰρ ἀεὶ τῶν πατέρων τοὺς βίους ἐκ νεότητος αὐτοῦ, Ἀντωνίου δὴ, Σάββα τε καὶ Ἰλαρίωνος. Hic est, cuius vitam a S. Hieronymo traditam habemus. De *Q. Iulii Hilarionis* libello de mundi duratione scripto a. C. 397. vide *Vsserii* diss. de Cainane pag. 19. et *Sandii* animaduers. ad Vossium de historicis latinis. *Fabr.* De Hilarione *Cicada* v. paullo post, §. XXVII. — Hilarion *archimandrita*, ad eum et alium Hilar. scripsit epistolas Theodor. Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 147. 245. 314. et 317. ac p. 100. laudatur. — *S. Hilarionis*, it. *Hilarionis iunioris* vitae. vid. supra in vol. X. p. 235. et in multis aliis codd. qui indicantur a *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. Hilarionis, et *monachi* et *Arelatensis* vita enarratur. v. ibidic. I. ad illam sub voc. *Hilarion.* — Hilar. *monachi* compendium librorum

gg) Conf. *H. Wharton.* ad *Cauei* Hist. litt. SS. eccl. tom. II. p. 167. ad a. 1450. quo Hilar. claruit, ed. Basil. in primis *Oudin.* in comm. de SS. eccl. III. p. 2703. ad a. 1460. quo et proximis temporibus floruisse eum et fuisse monachum SStor. Nazarii et Celsi, Veronae in Italia, congregationis S. Iustinae, tradit, prouocatque ad Onuphrium Panuinium Veronensem, libro VI. antiquitatum Veronensium, Veronae 1678. fol. p. 166. Transtulit Hilarion, in linguam lat. eod. Oudino vlterius probante, *dialecticam S. Io. Damasceni*, et doctrinas XXIV. *Dorothei archimandritae*, (in bibl. S. patrum, Paris. 1579. tom. III. p. 158. et ibid. 1589. tom. II. col. 803.) insuper *compendium rhetoricae Hermogenicae;* tum primum edidit *vitam S. Symeonis*, monachi. Quando vero Oudin. Vossius aliique contendunt, illum Hilarionem *Vitis SStorum*, a Iac. de Voragine conscriptis, adpendicem adiecisse, Mediolani 1494. et tam *de translatione S. Georgii*, (MS. Venetiis in monasterio S. Georgii maioris,) quam *de translatione brachii eiusd. SSti* ad idem S. Georgii monasterium, egisse, illos confudisse duo Hilariones et in vnum miscuisse, docet *Armellinus* in sua biblioth. Benedicto-Cassinensi part. I. pag. 223. et vtrumque distinguit; cuius iudicio subscribit *Mansius* ad Fabric. bibl. mediae et infim. latinit. tom. III. libr. VIII. p. 252. Qui enim adpendicem et de translatione etc. scripsit, is fuit e domo Lauteria Mediolani natus, abbas deinceps factus et obiit Mantuae 1521. *Harl.*

Aristotelis ad *Sixtum* IV. *Romae* in bibl. Vatic. nr. 3009. v. *Montfauc.* l. c. p. 107. *C.* et 111. *D.* — *Hilarion Cigala*, primarius ecclesiae CPolit. magister, Cypri postea archiepiscopus. Eius *chronologia septem aetatum* exstat *Paris.* in bibl. publ. cod. MDCXXXI. nr. 1. v. adpendic. ad cat. MSS. regg. Paris. vol. II. p. 622. *Harl.*

XXI. IOANNES ARGYROPVLVS CPolitanus, capta a. 1453. patria a Turcis, exsul in Italiam ad Cosmum Medicem Florentiae principem velut in portum confugit, et ab eo liberaliter habitus, Petrum filium et Laurentium nepotem litteris imbuere iussus, magna doctrinae et ingenii laude vixit, publiceque etiam, vt Florentiae primum, sic postremis annis Romae Graeca ac philosophiam docuit, ibique defunctus est [?] circa a. 1480. qui erat septuagesimus eius aetatis. De eo videndus *Angelus Politianus*, qui praeceptorem in philosophia suum celebrat cap. 1. Miscell. *Paulus Iouius* in elogiis p. 50. *Nic. Reusnerus* in iconibus Graeciae et Italiae E. 2. (vbi perperam traditur obiisse a. 1571.) *Isaacus Bullartius* tom. I. Academiae scientiar. p. 269. et *Lambecius* lib. VI, p. 278. *Fabr.* item ipse noster *Fabric.* in bibl. med. et inf. latin. tom. IV. p. 52. — *H. Wharton.* ad Cauei hist. litt. S. S. eccl. p. 168. quo iudice vir fuit, praeter immodicam ingluuiem et bibacitatem, quibus perquam male audit, nimia sui opinione inflatus, et alieni contemtor meriti; adeo, vt Ciceronem graecas nesciuisse litteras, illoto ore iactitare auderet. Quae vitia etiam alii in eo notarunt: tum *Iac. Brucker.* Hist. crit. philosoph. vol. IV. p. 39. sq. et in adpendice s. vol. VI. p. 685. *Nic. Comnen. Papadopulus* in Hist. gymnasii Patauini, tom. II. p. 179. sq. *Iac. Facciolat.* in Fastis gymnasii Patauini, part. II. p. 82. quo adnotante, Io. Argyrop. m. Iul. 1443. Rector Artistarum factus est; in primis, qui multi sunt de eo, *Humphr. Hodius* de Graecis illustr. lib. II. p. 187 - 205. (quem tamen notauit *Laur. Mehus* in praefat. ad Ambrosii, Generalis Camaldulensium epistolas pag. XX.) ac *Boerner* de doctis Graecis p. 137 - 151. Insuper alios excitat *Saxius* in Onom. lit. part. II. p. 446. sq. — *Bayle* in Dictionaire hist. et crit. tom. I. p. 308. ed. a. 1740. voc. *Argyropyle*, vbi etiam de eius virtutibus ingenii et moribus vitae iudicatur. *Harl.*

1. Eius liber ad Cosmum, ducem, *de processione Spiritus S. et concilii Florentini decreto* editus ab *Allatio* graece et latine in Graecia Orthodoxa, tom. I. p. 400 - 418. Incipit: *πᾶσι μὲν ἄλλοις ἐγώ σε τῶν εὐδαιμόνων νενόμικα.* *Fabr.* MS. *Paris.* in bibl. publ. codd. CMXLIX. nr. 3. et MCXCI. nr. 11. *Harl.*

2. *Orationem quartam pro synodo Florentina* citat *Nic. Comnenus* p. 361. praenot. mystagog.

3. *Consolationem ad imp. Constantinum* in morte fratris Ioannis Palaeologi imp. exstincti a. 1448. *Allatius* de synodo Photiana pag. 542. *Fabr.* MS. *Paris.* in bibl. publ. codd. DCCCXVII. nr. 6. ac MCXCI. nr. 45. In vtroque cod. sunt quoque *Argyrop. homilia de imperio* ad Constantinum Palaeolog. et *veterum principum cum imperatore nunc regnante comparatio*, atque in posteriore adhuc, eiusd. *monodia in obitum imperat. Io. Palaeologi* illius, qui concilio Florentino interfuit, opusc. ineditum. *Harl.*

4. *Com-*

4. *Comparationem veterum imperatorum cum hodierno*, MS. in bibl. regis Galliae memorat *Labbeus* p. 71. Bibl. nouae MSS. [v. ad nr. 3.] Haec Voſſio p. 493. de hiſt. Graecis, et Hendreichio in pandectis Brandenburg. p. 266. *Comparatio inter principes antiquos et noui imperii* (Turcici).

5. *Ad Conſtantinum Palaeologum de regno.* Labbeus, ibid. [v. ad nr. 3.]

6. *Solutiones quaeſtionum, quas propoſuerunt philoſophi et medici quidam ex Cypro inſula.* id. p. 113. *Fabr.* MS. *Pariſ.* in bibl. publ. cod. CMLXXXV. nr. 2. inc. τὰ πάντα γινώσκειν· et in bibl. *Eſcorial.* teſte *Plüero* in Itiner. per Hiſp. p. 173. *Harl.*

7. *Ad papam Nicolaum V.* id. 386.

8. *Poëmata graeca eccleſiaſtica* Argyropuli, Agathonis, et Anthemii ſiue Anthimi monachi cum notis muſicis recentis Graeciae, fuere MSta in bibl. Scorialenſi, teſte Alex. Barvoëtio. [v. ſupra, vol. III. p. 655.]

9. Ex graeco vertit latine *Ariſtotelis praedicamenta, poſteriorum analyticorum libros II. De naturali auſcultatione libros VIII. De coelo libros IV.* et *Ethicorum Nicomacheorum libros X.* nec non *Baſilii homilias IX. in Hexaëmeron*, quae Argyropuli verſiones in antiquioribus Latinis Ariſtotelis editionibus, et in editionibus latinis et graecolatinis Baſilii leguntur. *Fabr.* De ed. Baſileenſi opp. Baſilii M. 1565. et Argyropuli verſione lat. Baſilii homil. ipſoque Argyropulo v. *Io. Fabricii* Hiſt. bibl. Fabric. tom. I. p. 102. et 106. — Verſio Argyropuli lat. libror. Ariſtotelis de moribus *Venetiis* in cod. bibl. MSS. monaſterii S. Michaelis: de quo, item de Argyropulo, eiusque verſione, codd. atque editt. multus eſt *Mittarell.* in cat. illius biblioth. col. 69. ſq. De Argyropuli verſione Ariſtotelicorum operum lat. atque editt. conf. ſupra in vol. III. p. 212. 305. 309. 313. 314. 318. 344. 345. 348. 364. — Diuerſa de eius verſione Ariſtotel. librr. iudicia *Bayle* in Diction. cit. p. 308. not. *D.* et *Adr. Baillet* in: Iugemens des Sauans, ed. de la Monnoye tom. II. p. 383. ſq. coll. p. 326. et 379. ſq. de Theodoro Gaza, atque *Hodius* l. c. p. 208. ſqq. collegerunt. *Harl.*

10. *Commentarii in Ethica Nicomachea*, quos ex Argyropuli ore Florentiae excepit et Coſmo Medici inſcriptos edidit *Donatus Acciaiolus.* Florent. et Pariſ. 1541. fol. *Fabr.* Add. ſupra, vol. III. p. 358. 360. et 363. et *Hodium* l. c. p. 202. ſqq. *Harl.*

Ariſtotelis librum περὶ ἑρμηνείας latine verſum a *Ioanne Argyropulo* iuniore, notat *Geſnerus* in bibl. p. 383. [conf. *Hodium* l. c. p. 205. ſqq.]

[*Monodia.* v. ad nr. 3.

In cat. MSS. Angliae etc. I. pag. 10. exſtare dicitur in cod. Barocc. LXXXVII. *Porphyrii* iſagoge, cum ſcholiis marginalibus, et additur: *forte Io. Argyropuli*, cuius effigies ibi habetur: atque *Ariſtotelis* Organon, cum ſcholiis; forſan per eumdem. Add. *Hodium* l. c. p. 195. — De eius prolegg. in progymnaſmata v. ſupra ad vol. VI. p. 131. *Harl.*

[P] XXII. BARLAAMVS, ex vrbe Seminaria [hh]) Calaber. (perinde vt Gennadius, de quo supra, Scholarius) duas personas vel prorsus diuersas egisse vnus deprehenditur, vnde factum, vt in duos Barlaamos a quibusdam discerperetur. [ii]) Sed vnus idemque est, qui pro Latinis initio et eorum cum Graecis vnione, et qui deinde acriter contra Latinos, ac denique ex monacho S. Basilii factus episcopus in regno Neapolitano Gyracensis [ll]) siue Hieracensis iterum pro Latinis scripsit. Idem Hesychastarum et Gregorii Palamae [mm]) in syno-

hh) *Allatius* de consensu p. 839. lib. II. c. 16. et 17. *Fabr.* Conf. de Barlaamo *F. Vghelli* Ital. sacram, tom. IX. p. 395. *H. Wharton.* et *R. Gerium* (qui plura Barlaami opp. horumque codd. memorat, aliaque adduntur in not. ed. Basil.) in adpend. ad Cauei hist. litt. SS. eccl. tom. II. pag. 56. sqq. ad a. 1340. *Du Pin* hist. eccles. vol. XII. p. 83. sq. *Oudin.* in comment. de SS. eccl. tom. III. p. 814. sqq. in diss. de Barlaamo, Hieracensi seu Locrensi episcopo: in cap. 1. vita eius paucis perstringitur; in cap. 2. referuntur Allatii de eo narrationes et iudicia; in cap. 3. de eius scriptis horumque codd. fusius agitur. — *Hamberger.* in zuverläss. Nachr. tom. IV. p. 556. sqq. ad a. 1348. quo mortuus esse videtur Barlaam. Idem laudat *G. B. Tafuri* Storia degli Scrittori, nati nel Regno di Napoli, tom. II. p. 71. et *G. M. Mazzuchelli* Scrittori d'Italia, tom. II. p. 369. h. v. — Alios quoque excitat *Saxius* in Onom. lit. part. II. p. 358. sq. ad a. 1337. quo in synodo CPolit. damnatus Graecorum castra deseruit. Add. *Schroeckh.* hist. eccl. christ. tom. XXXIV. p. 372. sqq. et de Hesychastarum controversiis, p. 431. sqq. ac 437. sqq. *Harl.*

ii) Conf. *Io. Molleri* Homonymoscopiam, p. 428. sq. *Harl.*

kk) Sic etiam *Frid. Spanhemius* libro de papa foemina p. 264. seq. (tom. II. opp. p. 646.) et *Hendreichius* in pandectis Brandenburg. p. 418.

ll) Vide *Cantacuzenum* p. 336. *Niceph. Gregor.* lib. XI. et bibl. patrum tom. XXVI. edit. Lugd. p. 4. *Lambec.* IV. 326. seq.

mm) V. cap. sequens de Palama, sub fin. et *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 156. sqq. Contra Barlaamum plures scripserunt: e. g. secundum *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 11. *E. Romae* in cod. bibl. Vatic. Decreta synodi cuiusdam (Constantinopol.) contra Barlaamum et Acindynum; p. 295. *B. Florent.* in bibl. Laurent. cod. VIII. plut. 8. *Ioasaph. Christoduli* monachi, alias Io. Cantacuzeni imper. scripta contra Palamam, Barlaam, Acindynumque haereticos cum omnibus gestis et actis ea de re: (hunc cod. Laurent. inscriptum, Τόμος — *factus a patriarcha Ioanne et synodo contra falsam opinionem Barlaam*, copiose recensuit, prooemium, fere totum historicum, graece exhibuit integrum, et nomina eorum, qui subscripserunt, exscripsit, tum loca scriptorum ecclesś. in opere citata diligenter enotauit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. vol. I. p. 342 - 349. denique carmen iambicum, quo clauditur totum opus et ab codicis scriptore exaratum est, gr. cum lat. versione subiecit:) — *Montfauc.* ib. p. 732. *E. A.* in codd. bibl. *Paris. Gregorii* Thessal. contra Barlaam, et *Dauidis* Dyshypati de blasphemiis Barlaam; pag. 770. A. in bibl. Radulphi. ibid. contra Barlaam et Acindynum. — *Matriti* in cod. reg. LXXVII. sub fin. *Dauid* historia, quomodo exorta fuerit peruersa per Barlaam et Acindynum haeresis: v. *Iriarte* cat. codd. gr. Matrit. p. 286. seq. — *Vindobonae* in cod. caes. CCLXVI. Tomus (tertius) condemnationis sectatorum *Barlaami* et *Gregorii Acindyni*, a synodo CPolit. compositus et editus a. Chr. 1351. m. Aug. cum subscriptionibus multorum, quas integras reddidit et codicem recensuit *Lambec.* V. p. 419. sqq. ibid. nr. 16. exstat *Dauidis* historia memorata. — in cod. CCLXXIV. *Macarii*, metropolitae Ancyrani, opus contra Latinos et contra Barlaamum atque Acindynum eorumque sectatores, in capp. 120. diuisum. v. *Lambec.* V. p. 458. sqq. et in cod. VI. nr. 14. monach. *Hesychastarum* tomus apologeticus contra Barlaami et Acindyni sectatores; atque nr. 15. synodi CPolit. tomus condemnationis errorum Barlaami et Gregorii Acin-

ſynodo a. 1337. CPoli habita vehemens cum Gregorio Acindyno aduerſarius, nn) eruditione ceteroquin et eloquentia ac cognitione philoſophiae nulli-ſuae aetatis ſecundus, oo) cuius ſcripta haec mihi innotuere:

Pro Latinis.

1. *Orationes II. pro vnione Graecorum cum eccleſia romana*, ad Benedictum papam Avenione habitae. Prior incipit: *Quoniam diuinum et adorabile mandatum.* Altera: *Licentia mihi data a veſtra ſanctitate.* Vtraque edita latine a *Bzouio* in Ann. eccl. ad a. 1339. n. 25. et 28. et ab Odorico *Raynaldo* ad eumdem annum n. 19.

2. Ex *oratione ad ſynodum de vnione* quaedam graece profert *Allatius* de conſenſu p. 786. Ex *oratione ſecunda de concordia*, quae incipit: *εἰ μὲν ἑώρων ἡμᾶς* p. 123. et 591. contra Hottingerum. Et ex oratione prima p. 125. incipit: *ὅτι μὲν πάντες οἱ ἀπὸ Χριστοῦ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντες.* *Fabr.* Vtraque ſeruatur in cod. *Matrit.* LXXVII. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matr. p. 280. ſq. et *Venet.* in cod. Marc. CLII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 84. — ac *Pariſ.* in bibl. publ. cod. MCCLXXVIII. nr. 3. et 4. — orat. prima *Venet.* in cod. Naniano CXIV. nr. 10. v. cat. codd. gr. Nan. p. 232. — In bibl. *Mazarin.* ſunt duo codd. ſed a *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 1307. C. tantum vno voc. *Barlaam* deſignantur. *Harl.*

3. *Probatio per ſacram ſcripturam* XVI. argumentis, *quod Spiritus S. et ex Filio eſt quemadmodum et ex Patre.* Incipit: *Domino Ieſu Chriſto iubente nobis.* Latine edidit Bzovius ad a. 1333. §. 2.

4. *Reſponſio ad Demetrii* (Cydones) *Theſſalonicenſis epiſtolam de proceſſione Spiritus S.* Incipit: *Quum accepiſſem, o amicum mihi caput.* id. ad a. 1332. n. 5. et 7. *Allatius* contra Hottinger. p. 125. 285.

5. *Epiſtola ad Alexium Calochetum*, pro reducendis ad eccleſiam ſchiſmaticis. [P] Apud *Bzouium* a. 1330. n. 59. latine. Incipit: *audiui te admirari de me.*

6. *Epi-*

Acindyni, cum ſubſcriptionibus. v. *Lambec.* VI. part. I. p. 64. ſqq. ed. Kollar. qui in nota laudat *Petau*, de theolog. dogmatibus tom. I. libr. I. cap. 12. et 13. — *Dauidis* hiſtoria etc. *Auguſt.* Vindel. cod. v. *Reiſeri* ind. MSSt. p. 27. — *Marci* monachi aduerſus Barlaam et Acindynum, in cod. *Coiſlin.* CCLXXXVIII. de quo v. *Montfauc.* bibl. Coiſl. p. 404. ſqq. — ibid. p. 167. in cod. XCVIII. *Gregor.* archiep. Theſſalon. de erroribus Barlaamo et Acindyno adſcriptis. add. p. 168. ſqq. et in cod. XCIX. et *Venet.* in bibl. Marc. cod. DX. (v. cat. codd. gr. Marc. p. 274.) de erroribus Barlaami et Acindyni. Sed hactenus. *Harl.*

nn) Confer *Io. Cantacuzenum* lib. II. c. 39. et 40. III. 98. IV. 23. [vbi refert, tres diuerſas ſynodos contra Barlaam. et Acindynum, eorumque ſectatores CPoli fuiſſe habitas, totidemque tomos condemnationis contra eosdem editos.] 24. Hiſt. *Bzouium* ad a. 1351. n. 12. ſeq. et *Odoricum Raynaldum* ad a. 1341. n. 119. ſeq.

oo) *Leonardi Nicodemi* additiones ad bibl. Neapolitanum Nic. Toppi p. 59. ſeqq. [qui multorum narrationes et iudicia de Barlaamo collegit. *Harl.*]

6. *Epistola ad amicos suos in Graecia constitutos*, de vnione S. romanae ecclesiae. Incipit: *Quia, o amici et fratres, nihil est.* Exhibet latine *Bzouius* ad a. 1331. n. 13.

7. *Epistola ad amicos suos Graecos* de primatu ecclesiae romanae et de processione Spiritus S. Incipit: *Quod in primo ad vos misso sermone.* ibid. Hae duae epistolae leguntur etiam in tomo quinto p. 587. bibliothecae maximae pontificiae *Io. Thomae de Rocaberti.* Rom. 1698. fol. Sed quinque hactenus memorata Barlaami scripta ex tom. V. Antiqu. lect. H. *Canisii*, [vet. ed. sed in ed. Basnag. tom. IV. p. 361. sqq. vbi p. 363. conf. Basnag. obseruat. et p. 405. *Harl.*] recusa latine in tom. XXVI. bibl. patrum edit. Lugd. p. 4 - 38.

Contra Latinos. pp)

I. Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τῦ ἁγίου πνεύματος. qq) *De processione Spiritus Sancti.* P. τῇ τῶν θείων ἀποσόλων, καὶ τῶν τύτυς διαδεξαμένων. *Fabr.* *Mosquae* in cod. synod. LXXI. nr. 3. a fol. 247 - 271. *Barlaam* contra Latinos. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 61. — Ibid. in cod. CCLIII. contra Latinos de processione Sp. S. habet capp. 20. inc. τῇ τῶν θείων ἀποσόλων· v. *Matthaei* l. c. p. 163. — Ibid. in cod. XIII. hoc ordine sunt secund. ind. Fabricii, nr. 2. nr. 21. (cuius vero principium est: Φὴς, ὅτι τῶν ἀδυνάτων ἐςὶ τὸν πάπαν μὴ ὀρθόδοξον εἶναι·) nr. 4. nr. 7. ac nr. 5. Sequuntur aliorum Graecor. scripta de proc. Sp. S. v. *Matthaei* l. c. p. 28. — *Matriti* in cod. LXXVII. hoc ordine sequuntur Fabriciano, nr. 2. 3. 4. 5. 7. 17. 18. 6. 8. 9. 21. 20. 10. 11. (κατὰ Θωμᾶ λέγοντος, ὅτι μόνη etc. legitur in cod. Matrit. et Vindob.) nr. 12. 13. 14. 15. 16. et 19. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 281. sqq. — *Vindobon.* in codd. caes. vide not. *qq.* ad nr. 1. add. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 559. *D.* cod. XXXVII. et p. 562. *B.* — *Taurini* in cod. reg. CCCXV. Barlaami opusc. seu sermones sex aduersus Latinos de process. Spir. S. v. cat. codd. gr. Taur. p. 397. — *Venetiis* in bibl. Marcianae cod. CLII. decem sermones, nempe ap. Fabric. nr. 2. 3. 4. 5. 7. 17. 18. 21. 9. 8. et 1. et CLIII. viginti sermones in cod. DXXV. octo serm. et cod. DX. nr. 5. Fabric. contra Latinos. v. cat. codd. gr. Marc. p. 84. et 85. 284. et 274. — *Paris.* in bibl. publ. MCCLXXVIII. nr. 6. est secund. ord. Fabric. nr. 2. sed incipit εἰ μὲν ἀρετήν τινα· nr. 7. et 8. ap. Fabric. autem nr. 20. et 21. — ibid. in cod. MCLXXXV. nr. 3. (et in cod. *Mazarin.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 1314. *C.*) Barlaami et Acindyni

pp) Sine causa dubitat *Bzouius* ad a. 1331. n. 13. hasce contra Latinos lucubrationes Barlaamus, an impostor aliquis scripserit.

qq) Cum his scriptis, quae Allatius perlegisse se memorat, multa eadem continere videtur Barlaami demonstratio in duodecim capita tributa, πρὸς τὰς τῦ Πάπα πρέσβεις ἀπόδειξις, ὅτι ὑπονοούμενον ἐκ μόνου τῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδὲν ὅλως ἀδύνατον ἕπεται, οὐδέ τι τῶν ὁμολογουμένων τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναιρεῖται δογμάτων. Incipit: ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῇ· infra, n. VI. MS. *Lambec.* VIII. p. 378. seq. V. p. 181. [f. VIII. p. 806. sq. ed. Kollar. nr. 2. cod. XXXVII. et vol. V. p. 381. nr. 6. cod. CCLX. in quo etiam sunt sermones, nr. 7. sqq. infra nr. 8. 20. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. Add. *Lambec.* et *Kollar.* ad nr. 3. (siue nr. 19. ap. Fabric.) cod. LXXXIX. in vol. III. p. 477. sq. *Harl.*]

dyni disput. *de lumine in monte Thabor uiso.* — in septem codd. *de processione Spir. S.* — in tribus codd. *confutatio illorum, quae a papae legatis dicta fuerant*, et in quatuor codd. *de primatu papae.* — *Venetiis* in bibl. Nanian. cod. CXIV. septemdecim oratt. quas recenset Mingarell. in cat. codd. gr. Nan. p. 231. sqq. — ibid. p. 280. nr. 7. cod. CXXVII. est orat. septima indic. nostri Fabric. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. Selden. XLVII. f. nr. 3377. cat. MSS. Angliae etc. I. Barlaam de primatu papae, processione Spir. S. etc. — ibid. in cod. *H. Sauilii* X. f. nr. 6557. catal. dicti, ecloga ex Barlaami libro de process. Sp. S. contra Latinos. — in cod. *Th. Gale* CIX. f. nr. 5943. cat. epistola ad Nicol. archiep. et quaedam alia de process. Sp. S. atque in cod. CCXXXIII. f. nr. 6067. dicti cat. vol. II. excerpta. — *Mediolani* in bibl. Ambros. de Spiritu S. sex disputatt. et de papae primatu. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 493. *E. Harl.*

II. Ὅτι κειμένȣ μόνȣ τȣ̃ πρώτȣ αἰτίȣ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔχειν τὴν ὕπαρξιν, ȣ̓κ ἀναιρεῖται ἡ κατ' ȣ̓σίαν ταυτότης Πατρὸς καὶ Υἱȣ̃. *Supposito, ex prima causa Spiritum sanctum existentiam habere, non tollitur identitas, secundum essentiam, Patris et Filii.* P. εἰ μὲν κριτήν τινα ἀμφότεροι ἔχομεν.

III. Ὅτι ὑποκειμένȣ ἐκ μόνȣ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ȣ̓κ ἀναιρȣ̃νται αἱ προσωπικαὶ διαφοραὶ τῶν τριῶν προσώπων πρὸς ἄλληλα. *Supposito, ex solo Patre Spiritum sanctum procedere, non tolluntur personales differentiae trium personarum ad inuicem.* P. ἑπομένως τὴν τȣ́τοις καὶ περὶ τῶν προσωπικῶν διαληπτέον ἰδιοτήτων.

IV. Ὅτι ὑποκειμένȣ ἐκ μόνȣ τȣ̃ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ȣ̓κ ἀναιρȣ̃νται τὰ περὶ θεολογίας ῥητά. *Supposito, ex solo Patre Spiritum sanctum procedere, non tolluntur theologica dicta.* P. ἴσως ὦ ἄνδρες Λατῖνοι ὑπολαμβάνοντες ὡς καθ' ὑμῶν. [ὡς ἐγὼ καθ' ὑμῶν in cod. Matrit.]

[P] V. Ὅτι ὑποκειμένȣ καὶ ἐκ τȣ̃ υἱȣ̃ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πολλὰ τῶν ὁμολογȣμένων ἀναιρεῖται, καὶ πολλοῖς ῥητοῖς τῶν ἁγίων ἐναντία ἐστὶ rr) ἡ τοιαύτη ὑπόθεσις. *Supposito, etiam ex Filio procedere Spiritum sanctum, multa ex iis, quae confitemur, tolluntur, et multis dictis Sanctorum aduersatur hoc argumentum.* P. ὅταν εἰς λόγȣς ἀλλήλοις ἐρχόμεθα.

VI. Ὅτι ὑποκειμένȣ ἐκ μόνȣ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ȣ̓δὲν ὅλως ἀδύνατον ἕπεται, ȣ̓δέ τι τῶν ὁμολογȣμένων τῆς ἐκκλησίας ἀναιρεῖται δογμάτων. *Supposito, ex solo Patre procedere Spiritum sanctum, nullum omnino absurdum sequitur, neque aliquid ex iis, quae confitetur ecclesia, dogmatibus destruitur.* P. ὁ θεῖος ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῇ.

VII.

rr) Ἐναντίως ἔχει in cod. Mosq. XIII. *Harl.*

VII. Ὅτι οὐχ ἁπλῶς ὑπόθεσις τὸ νομίζειν ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα τοῖς εὐσεβεῖν αἱρουμένοις ἐκ μόνου τοῦ πρώτου αἰτίου προάγειν ss) τὰ ἐκεῖθεν ἀχρόνως ἐκλάμψαντα, καὶ κεφαλαιώδης ἔκθεσις τοῦ ἡμετέρου δόγματος. *Non esse simplex argumentum, existimare, ex solo Patre procedere Spiritum sanctum, sed necesse esse, qui pius dici vult, ex sola prima causa educere, quae inde sine tempore eluxerunt, et compendiosa nostri dogmatis traditio.* P. ὅτι μὲν οὖν ὑποκειμένου ἐκ μόνης τῆς πρώτης αἰτίας.

VIII. Δόγμα Λατίνων γραφὲν ὑπὸ τῶν πρέσβεων τοῦ Πάπα, εἶτα τοῦ αὐτοῦ ἡ τούτου ἀνασκευή. *Dogma Latinorum, scriptum ab oratoribus papae: sequitur eiusdem confutatio.* P. ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς μία εἰσὶν ἀρχὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

IX. Λέγατος, ἢ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Legatus, siue de Spiritu S.* P. τεθέασαι τὴν ἐπιστολὴν, ἣν ἔναγχος τῷ τε πατριάρχῃ.

X. Κατὰ Θωμᾶ λέγοντος, tt) ὅτι οὐ κατὰ μόνα τὰ πρός τι διαφέρουσιν ἀλλήλων τὰ θεῖα πρόσωπα. *Contra Thomam, dicentem, non per solam relationem differre inter se diuinas personas.* P. Θωμᾶς μὲν οὐδένα τρόπον διαφορᾶς ἐν τῇ τριάδι οἴεται εἶναι.

XI. Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι μόνη ἡ πατρότης συστατικόν ἐστι τῆς ὑποστάσεως τοῦ πρώτου αἰτίου, τὸ δὲ ἀγέννητον οὐδαμῶς. *Ad eos, qui dicunt, solam paternitatem constitutivum esse hypostaseos primae causae, ingenitum vero nequaquam.* P. οἱ περὶ τὸν Θωμᾶν κατὰ μόνην τὴν τῶν πρός τι διαφορὰν διακρίνουσιν.

XII. Πρὸς τοὺς πρέσβεις, ὅτι ἐναντίαις περιπίπτουσι δόξαις. *Ad* [P] *oratores,* (pontificis) *contrariis eos implicari sententiis.* P. ὃ μάλιστα τῶν ὑμετέρων θαυμάζω, τοῦτ' ἔστιν.

XIII. Πρὸς τοὺς πρέσβεις, κοινὴ ἀνασκευὴ πάντων τῶν συλλογισμῶν, οὓς ἐκτίθενται οἱ Λατῖνοι, περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Ad oratores, communis refutatio omnium syllogismorum, quos adferunt latini de processione Spiritus sancti.* P. πᾶς ὀρθῶς ἔχων συλλογισμὸς, ἢ ἀποδεικτικὸς τυγχάνει ὤν.

XIV. Πρὸς τοὺς πρέσβεις ἀπόδειξις· ὅτι καὶ οἱ μετὰ τοὺς ἀποστόλους θεῖοι πατέρες ἡμῶν ἐκ μόνης τῆς πρώτης αἰτίας, καὶ ἄμφω τὰ αἰτιατὰ ἔχειν τὸ εἶναι ὑπελάμβανον. *Ad oratores, demonstratio, sanctos patres nostros, qui apostolos subsequuti sunt, ex sola prima causa causata habere esse existimasse.* P. ἐκεῖνο δὲ πάντως οὐκ ἀγνοούμενον, ὅτι καὶ οἱ μετὰ τοὺς ἱερούς.

XV. Ἀπάντησις uu) πρὸς τὰ ἐπιχειρήματα, ἃ πρὸς αὐτὸν εἶπεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος Βοσπόρου περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, *Responsio ad argumenta, quae*

ss) προάγει, in cod. Mosquens. XIII. *Harl.*

tt) *Lambec.* V. p. 182. [p. 382. Kollar. in cod. Vindob. et Matrit. legitur: λέγοντος, ὅτι κατὰ μόνα, omissa negatione οὐ· quod sententiae Thomae repugnare, docet Iriarte l. c. p. 282. in nota. *Harl.*

uu) *Boiuinus* p. 774. ad Gregoram.

quae ad ipsum protulit Bospori archiepiscopus de processione Spiritus sancti. P. φῄς, ὅτι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θέλημα ἕν.

XVI. Λόγος συντεθειμένος ἐκ διαφόρων τμημάτων τῶν τοῦ θεολόγου λόγων, ἔτι δὲ καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἁρμόδιος· καὶ πρὸς τοὺς σοφοὺς τῶν λατίνων λέγεσθαι. vv) *Oratio, composita ex diuersis orationum theologi sectionibus, nec non magni Basilii; opportune etiam ad sapientes Latinorum recitabitur.* P. ἐπειδὴ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀπερίεργον τῆς θείας ἡμῶν.

XVII. Πρὸς τοὺς ἀντιλογικοὺς τῶν Λατίνων. Ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν αὐτοῖς πρὸς Γραικοὺς διαλεγομένους διὰ συλλογισμῶν ἀποδεῖξαι, ὅτι οὐ μόνος ὁ Πατὴρ ἀρχὴ καὶ πηγὴ τῆς θεότητος. *Ad contradictores Latinos; impossibile esse, dum ipsi cum Graecis sermonem conferunt, per syllogismos demonstrare, non esse solum patrem principium et fontem deitatis.* P. ὅτι μὲν ἡ ὑμετέρα ὑπόθεσις πολλοῖς τῶν ἁγίων ῥητοῖς ἐναντίως ἔχει.

XVIII. Πρὸς τὰς κυριωτέρας τῶν Λατίνων ὑποθέσεις, ἐξ ὧν οἴονται δεικνύναι, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἔχει τὴν ὕπαρξιν. *Ad praecipua Latinorum argumenta, quibus se demonstrare existimant, Spiritum sanctum etiam ex Filio existentiam habere.* P. ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὸν βίον ἀγώνων.

XIX. Περὶ τῆς τοῦ Πάπα ἀρχῆς. *De principatu papae*, aduersus Franciscum aliquem. Incipit: *οἱ περὶ τὰς ἐπιστήμας δεινοί.* Cum Ioannis Luydi versione prodiit primum Oxon. 1592. 4. et ad calcem Nili [P] archiep. Thessalonicensis de primatu papae romani, cum Salmasii quindecennis castigationibus. Hanou. 1608. 8. p. 180 - 225. [conf. Nicodemi Addizioni cit. p. 39. seq.] et post eiusdem Salmasii iam viri librum de primatu papae, Lugd. Bat. 1645. 4. Etiam latine ex Luydi versione legitur in Goldasti Monarchia imperii tom. I. pag. 242. seq. Francof. 1668. fol. Et graece Londini in 4. s. a. p. 22 - 30. cum Nili libello et expositione Gabrielis Seueri contra eos, qui ecclesias orientales schismatis reas peragunt.

XX. Ad archiepiscopum Nicolaum Cabasilam *de primatu papae.* Incipit: μὴ τοῦτο οἴου [in cod. caes., οἶον in cod. Matrit.] σεβάσμιε πάτερ ὅτι τοῦ Πάπα. MS. Lambec. V. p. 181. 182. Meminit Allatius, qui legisse se profitetur pagina 827. de consensu.

XXI. Ad eumdem, de eodem argumento. Incipit: φῄς, ὅτι ἀδύνατόν ww) ἐστι τὸν Πάπαν μὴ ὀρθόδοξον εἶναι. id.

XXII. Barlaamo etiam tribuitur a multis libellus περὶ τοῦ καθαρτηρίου πυρὸς, *de purgatorio igne*, qui incipit: εἰ μὲν περὶ ὧν ἀλλήλοις ἀμφισβητοῦμεν, αἰδεσιμώτατοι Κύριοι. Hic graece et latine cum Alex. Alesii libello contra Lud. Nogarolam de traditionibus, prodiit Lipsiae 1556. 8. sine nomine auctoris hoc titulo: *Apologia Graecorum de purgatorio igne in concilio Basileensi* (a. 1438.) *exhibita.* Confer Turcograeciam Crusii p. 186. Et priore

 Ortho-

vv) *Lambec.* V. p. 183. [p. 383. Kollar.]

ww) τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ, τὸν — cod. Matrit. et Marc. *Harl.*

Orthodoxographorum editione cum versione *Ioannis Hartungi*, Basil. 1555. fol. Et cum *Bonau. Vulcanii* versione additus Nilo de primatu papae Hanou. 1608. 8. et ad calcem Salmasii de primatu papae, Lugd. Bat. 1645. 4. [lat. Lugd. Bat. 1595. 8. pag. 65. seq. prodiit Vulcanii edit.] Fuere, qui Marco Ephesio tribuerent, quod refellit Allatius lib. de purgatorio pag. 239. seq. vbi etiam Barlaami esse negat, sub cuius nomine cum noua versione edidit oppugnauitque *Petrus Arcudius* Rom. 1632. 4. vt dixi supra p. 417. ed. vet.

XXIII. Sunt etiam, qui Barlaamo tribuant *Dialogum Orthodoxi* (Graeci) *cum Latino de azymo et Spiritus S. processione* MS. in bibl. Vaticana, ex quo testimonium profert *Allatius* de Ioanne papissa p. 48. et *Blondellus* pag. 28. *Fabric.* *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CLII. qui continet quaedam Barlaami opp. praemittitur anonymi opusc. *de azymis:* inc. περὶ τούτου προθεμένοις ζητῆσαι σκοπητέον· v. catal. codd. gr. Marc. p. 84. *Harl.*

Barlaami et Acindymi quemadmodum et Gregorii Palamae κυρίας δόξας et absonas ab ecclesiae vsu opiniones multi oppugnarunt, de quibus infra cap. 44. in Palama. (ed. vet. s. cap. 40. hui. ed.)

Inter alia a Simeone Thessalonicensi c. 31. de fide, ritibus et mysteriis ecclesiasticis p. 51. arguitur Barlaamus τὴν νοερὰν προσευχὴν ἀπαγορεῦσαι siue cum pseudo-mysticis quibusdam docuisse, non esse necessarium, preces, quas fundunt, a precantibus intelligi. [P] Vide *H. Whartoni* auctarium ad Vsserii historiam dogmaticam de scripturis sacrisque vernaculis p. 440.

Alia scripta Barlaami.

1. Ex Barlaami *epistola ad Nilum Triclinium,* monachum inclusum, qua illum controuersiae cum Palama iudicem deligit, nonnulla graece adfert *Allatius* diatriba de Nilis pag. 84. *Fabr.* *Mosquae* in cod. synod. CCCII. nr. 58-60. et nr. 66-70. sunt plures epp. Barlaami 1) ad Gregorium Palamam: inc. σὺ μὲν ὦ θαυμάσιε, τὴν ἀνωτάτω· 2) ad Nilum Triclinium: inc. ἀρετῇ τε καὶ λόγῳ· 3) ad Greg. Palam. init. ἅπερ καὶ ἐπὶ τῶν πρότερον λόγων; 4) vna ad Iosephum; 5) duae ad Ignatium; 6) duae ad Dysypat. v. *Matthaei* Notit. cit. pag. 197. sq. — *Venet.* in bibl. Marc. cod. CCCXXXII. sunt octo epp. scil. duae memoratae ad Palamam, et ep. ad Nilum Tricl. atque eaedem duae ad Ignatium, duaeque ad Dysypatum. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 152. *Harl.*

2. Λύσεις εἰς τὰς ἐπενεχθείσας αὐτῷ ἀπορίας παρὰ τοῦ σοφωτάτου Γεωργίου τοῦ Λαπίθου. *Solutiones ad proposita sibi dubia per sapientissimum Georgium Lapitham.* Incipit: πρὸς μὲν οὖν Πλάτωνα, ὦ γεννάιε. Meminit *Allatius* de Georgiis infra p. 666. ed. vet.

3. Λογιστική· *Logisticae* siue Arithmeticae subtilius demonstratae libri VI. editi gr. et lat. Argentor. 1572. et graece a *Ioanne Chambero*, collegii Etonensis apud Anglos socio, Paris. 1600. 4. et latina versio separatim, ibid. ad reginam Angliae, Elisabetham. Idem

opus

opus puto, quod Gesnerus geometricam demonstrationem de numeris adpellat. *Fabr.* Conf. supra, vol. V. p. 648. §. XIII. vbi quoque et vol. IV. p. 75. §. VII. de Barlaami demonstratione eorum, quae *Euclides* libr. II. elementorum demonstrauit. — add. vol. IV. p. 86. fin. et 212. — In cat. bibl. Pinell. tom. I. nr. 1935. occurrit ed. *Logisticae*, Paris. 1594. 4. et in *Maittaire* A. T. tom. III. p. 832. ed. Chamberi cum eius scholiis, prior pars, gr. Paris 1599. 4. typogr. Steph. Preuosteau, et posterior pars, s. versio lat. ibid. ap. Guil. Auvray, 1600. prodiisse dicitur. — MS. *Venet.* in bibl. Marc. cod. CCCII. *Logisticae* libri VI. et, opus distinctum ab altero, (Fabric. secus senserat,) *geometricae demonstrationis de numeris* capp. X. quod incip. ἐπεὶ εἶδον πολλαχῦ τῦς μαθηματικῦς χρωμένυς; v. cat. codd. gr. Marc. p. 142. iterumque in alio cod. Marc. teste *Montfauc.* in Bibl. bibl. MSSt. p. 471. C. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MMCCCLXXXI. nr. 2. MMCCCLXXXIV. *Logist.* libri quatuor: MMCDLXXXVI. nr. 1. et sequenti opus *de arithmetica.* — *Mosquae* in cod. synod. CCCII. v. *Matthaei* Not. cit. p. 198. 63. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XLVIII. nr. 5. plut. 89. v. *Bandini* cat. codd. gr. III. p. 414. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. codd. H. Sauilii I. f. nr. 6548. et VI. f. nr. 6553. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. in posteriore cod. desunt libr. 1. 2. 3. additae autem sunt notae lat. — *Mediolani* in bibl. Ambros. plura Barlaami opp. scil. *rationalis pragmaticae* libr. IV. it. *de eclipsi ex Ptolemaeo;* it. *de inuentione paschae; de Spiritu Scto; Logisticae* libri VI. *Arithmetica demonstratio; refutatio quorundam capp. harmonicor. Ptolomaei; de Spir. Scto* disputatt. VI. et *de papae principatu.* — in cod. bibl. *de Mesme; Arithmetica.* v. *Montfauc.* l. c. p. 493. E. et 1326. E. *Harl.*

4. *Ethicae secundum Stoicos* libri II. prodierunt latine in tomo sexto lectionum antiquarum H. Canisii, Ingolstad. 1604. 4. [s. tom. IV. p. 405. ed. Basnagii] atque inde in bibliotheca patrum tom. XXVI. edit. Lugd. p. 28.

5. Fuere etiam, qui ad Barlaamum **) velut auctorem referrent *Enchiridion Epicteti* contractum et ad sensus Christianos interpolatum, quod inter varia S. Nili opuscula graece et lat. edidit Iosephus Maria Suaresius, episcopus Vasionensis, Rom. 1673. fol. 327 - 353. Latine exstat in tom. XXVII. bibl. patrum edit. Lugd. pag. 231. nec non post b. D. Theophili Spizelii tractatum de pio litterati hominis secessu. Diuersum hoc a paraphrasi Enchiridii christiani graeci scriptoris, quam vtraque lingua vulgauit *Mericus Casaubonus* Lond. 1659. 8. de qua dixi libri IV. c. 7. [cap. 9. vol. V. p. 79.]

6. *Super inuentione festi pascha, theologica speculatio.* Gesner. in bibl. *Fabr.* *Mosquae* in cod. synod. CCCII. nr. 64. ἐξήγησις εἰς τὸν περὶ τῦ πάσχα τῶν ἀποστόλων κανόνα inc. τὸν παρόντα κανόνα. v. *Matthaei* Not. cit. p. 198. — Eadem *Venet.* in bibl. Marc. codd. CCCXXXII. et CCCXXXIII. v. cat. cit. p. 152. et 153. — De cat. Ambros. vid. ad nr. 3. *Harl.*

**) Vide *Heumanni* acta philosophor. Tom. I. pag. 739.

7. *Geometria.* id. [v. ad nr. 3.]

8. *De Lunari eclipsi deprehendenda* ex magna syntaxi Ptolemaei. Incipit: ἀναγκαίαν ἡγησάμην ἐκθέσθαι σοι. MS. *Fabr.* MS. *Mosquae* in cod. synod. CCCII. nr. 71. et fusius nr. 72. inc. αἱ μὲν αἰτίαι καὶ αἱ πρῶται ἀρχαί· v. *Matthaei* Not. cit. p. 198. — Eadem opusc. *Venet.* in bibl. Marc. CCCXXXII. et semel in cod. CCCX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 152. et 145. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XLVIII. nr. 2. init. est, vti in cod. Mosquensi: v. *Bandin.* l. c. III. p. 413. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MMCDLXXXVI. et seq. In his autem codd. pro *lunari eclipsi* legitur *solaris eclipsis*, (ἡλιακὴ ἔκλειψις.) *Harl.*

[*Paris.* in bibl. publ. cod. MMCCCLXXXI. nr. 5. est *Barlaami* commentar. in tria capp. Ptolemaei harmonicorum; inc. ἐπειδὴ καὶ τὴν ἐπιγραφήν· Conf. supra vol. V. p. 294. §. XII. fin. De cod. Mediol. v. ad nr. 3. supra, vol. VII. p. 655. nr. 7. *Harl.*]

Cum inter eos, qui papam foeminam Latinis obiecere Graeci, celeberrimum sit Barlaami c. 14. libri de primatu papae yy) testimonium, [P] cui alterum Laonici Chalcondylae lib. VI. de rebus turcicis a *Blondello* p. 75. adiungitur, placet, hoc loco ex eodem Blondello in examine quaestionis de papa foemina p. 26. subiungere notitiam graecorum scriptorum, qui aduersus Ioannam stare videntur, collata, quam ille hac in parte fuit sequutus, Allatii confutatione fabulae de Ioanna papissa. Quid ad haec respondeatur ab iis, qui illud dehonestamentum Romanae sedis inter Leonem IV. et Benedictum IV. exstitisse non dubitant, vide si placet apud *Frid. Spanhemium* de papa foemina cap. VII. *Fabr. Spanhem.* edidit disquisit. historic. de papa femina inter Leonem IV. et Benedictum III. Lugd. Bat. 1691. 8. (v. Acta erudit. a. 1691. p. 390.) et in tom. II. opp. Spanh. tum prodiit in lucem versio *Iac. Lenfant* franco-gallica: Histoire de la papesse Ioanne, fidelement tirée de la dissertation latine de Msr. de Spanheim, Colon. (siue potius Amstelod.) 1694. et cum accessionibus notisque *Alphonsi des Vignoles*, Hagae Com. II. tom. 1720. min. 8. In hac edit. quam in manibus habeo, est in tom. I. part. 2. cap. 5. p. 155. - 236. tabula plurium (150) testimoniorum a saeculo XIII. vsque ad initium saec. XVII. — rec. ib. 1736. 8. — Eadem germanice reddita: *Merkwürdige historie der päbstin Ioanna, aus des Herrn von Spanheim lateinischen Dissertation von dem Herrn l'Enfant gezogen, und von demselben nebst verschiedenen Anmerkungen — des Vignoles in französischer Sprache herausgegeben, ins teutsche übersetzt.* Francof. et Lipsiae 1737. 8. — *Sagittarius* in Introduct. in hist. eccles. tom. I. p. 682. sqq. et *Io. Georg. Walch.* in bibliotheca theologica selecta, tom. III. Ienae 1762. 8. p. 548 - 554. catalogum dederunt multorum recentiorum librorum, vel pro veritate historiae de hac femina, vel pro eiusdem falsitate compositorum. Copiose quoque illius et controuersiarum inde enatarum historiam persequuti sunt *Oudin.* in comment. de SS. eccl. tom. II. col. 281 - 307.

yy) Verba Barlaami sunt: ἄ τις ὑπὲρ τοῦ ἀκολάστου Allatium, qui p. 49. pro γενομένου legit λεγομένου, ἐκείνου γυναικὸς τοῦ γενομένου Πάπα ἀπολογεῖσθαι ἐθέλει. refellit *Spanhemius* tom. II. opp. pag. 645.

307. et *Schroeckh* in Hist. eccles. christian. tom. XXII. p. 75 - 110. qui multorum narrationes atque iudicia collegit et sub examen vocauit. Add. *Masch* Beyträge zur Geschichte merkwürd. Bücher, p. 736 - 739. *Lambec.* comment. II. p. 739. not. 742. sqq. et *Montfaucon* diar. ital. p. 348. *Harl.* Nuper Anonymus in Diario, quod inscribitur Morgenblatt für gebildete Stände 1807. N. 292. breuiter argumenta aduersus illam fabulam exposuit.

Qui aduersus Ioannam stare videantur inter Graecos.

XXXII. *In epist. Pauli ad Thessalonicenses* citatur a Nic. Comneno p. 23. 24. 26. 32. 42. et pluribus locis. Idem Comnenus Allatii exemplo vehementer in Palamam et contumeliosissime inuehitur, vtpote Latinorum improbatorem morum acerrimum p. 193. itaque non contentus consuetis maledictis, etiam haereticum, polytheum, Turcarumque catamitum antistitem adpellat p. 387. scelestissimumque Atheum p. 210. vbi omnibus onerat probris, Photianorum scilicet Thaumaturgum p. 14. sed cuius miracula Bessarion oppugnauerit p. 244. b. Etiam Altimurae p. 381. est fanaticus homo, vbi Nectarium Hierosol. a quo pro sancto habetur et miraculis conspicuus celebratur, oppugnat. Nectarii tt) verba ad papae adseclas haec sunt: *ἐῶ νῦν λέγειν Γρηγόριον, τὸν σοφώτατον καὶ ἁγιώτατον, τὸν Θεσσαλονίκης, τὸν Παλαμᾶν, ὅτι τοῦτο ὑμεῖς ὡς ἀντιδίκῳ φέρεσθε, ἀλλ᾽ εἰ Θεῷ κατ᾽ ἄκρον εὐηρέστησε, μαρτυρεῖ καὶ τὸ λείψανον καὶ τὰ θαύματα - - Οἶδα, ὅτι οὐ μέγαν ἡγεῖσθε τὸν ἄνδρα πολέμιον, ἰσχυρῶς ταῖς ὑμῶν καινοτομίαις ἀντιταξάμενον, καὶ τοῖς ἁγίοις ἐντεταγμένον ἀκούοντες ἀποστρέφεσθε. Ἀλλ᾽ οὐδὲν παραβλάπτεται παρ᾽ ὑμῶν ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετή τε καὶ ἁγιότης. Omitto dicere de Gregorio sapientissimo sanctissimoque Palama, Thessalonicensium praesule, quippe quem vos tamquam aduersarium insectamini. Quam vero acceptus Deo sit, hoc eius reliquiae et miracula contestantur. - - Non nos fugit, vos non magni facere virum, qui vobis bellum indixit, nouitatibus vestris fortiter obsistens: et cum illum in sanctos relatum auditis, indigne fertis. Ceterum nihil ex vobis detrimenti accipit virtus illius et sanctitas. Fabr.*

[*Paris.* in bibl. publ. cod. MMMCV. Greg. Pal. opuscul. *aduersus primatum papae et concilium Florentin.* Ibid. in codd. CCCLXIV. nr. 21. CMLXX. et MCCXXXVIII. in quo et seq. cod. multa Palamae scripta reperiuntur, sunt eiusd. *Eclogae* ex variis capp. etc. *Harl.*]

Palamae aduersarii.

Anonymi *διάλεξις τινὸς λογίου καὶ φιλοσόφου ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν*, apud Allatium de libris ecclesiasticis Graecorum p. 199. et tom. I. Graeciae orthodox. p. 773 - 780. Incipit: *εἶδες τὴν ἀνταπόδοσιν τοῦ πολέμου. Fabr.* *Romae* in cod. bibl. Vatican. quaedam opera contra Palamam et Palamitas, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 12. *D.* — Acc. *Christodulus* s. *Io. Cantacuzen.* contra Palamam, et alia eius pia opuscula, ibid. p. 234. *A.* in

tt) p. 202. *ἀντιρρήσεως περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ Πάπα.*

A. in cod. *Neapolit.* bibl. monasterii S. Seuerini. (add. *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. I. p. 342. sqq. et supra, not. ad sect. I. huius cap.) — ib. p. 519. *C.* lib. de process. Spir. S. ad Alexium Philanthropum: item *aduersus Gregorium Palamam de process. Spir. S. Harl.*

Constantini Harmenopuli scriptum, quod sine auctoris nomine exhibet idem *Allatius* de libris eccles. p. 209. et tom. I. Graeciae orthod. pag. [?] 780 - 785. Incipit: Ἡ μὲν παρὰ τȣ̃ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριστȣ̃ καὶ τῶν ἁγίων μαθητῶν. Vide supra, p. 266. nr. 6.

GREGORIVS ACINDYNVS monachus, Barlaami sectator, et in Palama insectando socius, postea diuersa etiam ab illo sentire coepit, vnde non minus Barlaamum, quam Palamam scriptis oppugnauit. Itaque apud *Allatium* II. 16. 3. p. 802. de consensu et tom. I. Graeciae orthod. p. 786. ἐμοὶ, inquit, λόγοι πεποίηνται καὶ ἐπιστολαὶ διὰ πέντε τμημάτων πρὸς Βαρλαὰμ ἐκεῖνον. Eius *Iambi* DIX. aduersus haereses Gregorii Palamae, graece editi ab *Allatio* tom. I. Graeciae orthodoxae p. 756 - 769. Incipit: σπȣδῇ Παλαμᾶν εὐσεβὴς πᾶς φευγέτω. *Librum III. aduersus errores Palamae* citat Nic. Comnenus p. 188. praenot. mystagog. *Librorum duorum de essentia et operatione DEI*, aduersus Palamam, Gregoram et Philotheum, quos MStos in bibl. Bauarica reperit *Iac. Gretserus*, argumenta quaedam capitum exposuit in notis ad Cantacuzeni II. 40. pag. 931. seq. et ex eo *Bzouius* ad a. 1337. §. 8. p. 781. Integri editi sunt a *Gretsero* Ingolstad. 1616. 4. cum decem epistolis variorum pontificum ad Petrum Cnapheum.. uu) Acindynum et Barlaamum oppugnauit praeter Palamam, (de quo supra pag. 456. ed. vet.) etiam *Marcus* monachus MS. in bibl. Coisliniana pag. 404.

Barlaamus aduersus Palamam multa egit scripsitque, licet ex huius argumenti lucubrationibus Barlaami nihil meminerim exstare. De aliis eius scriptis dictum supra p. 427. seq. ed. vet. p. 427. sq. nou. ed.

IOANNES CYPARISSIOTA, cognomine Sapiens, Palamae ipsi suppar post a. 1360. scripsit Παλαμικῶν παραβάσεων *Palamiticarum transgressionum* libros IV. ex quibus primum et quartum vulgauit *Cambefisius* graece et latine in auctario nouissimo parte secunda p. 68. et 85 - 105. [inde lat. in bibl. max. patr. Lugd. tom. 21. p. 476 - 489.] Liber secundus et tertius adhuc inediti latent, sicut et alia spissa eius opera quatuor aduersus eumdem Palamam, vt 1) λόγοι VIII. aduersus Palamae tomum eiusque nouam fidem: 2) alii λόγοι VIII. criminationibus Palamae in aduersarios de Lumine increato respondentes, ac aliquot quaestionibus,

uu) Ex cod. *Bauar.* CCXIV. teste *Hardtio* in Aretini Beyträgen etc. a. 1805. part. 4. p. 558. edidit Gretserus. In cod. tamen libr. II. lacuna duorum foliorum occurrit: Ed. *Gretseri* rec. est in eius opp. tom. XV. p. 474. sqq. Ratisbon. 1741. fol. — Conf. de Gregorio Acindyno *Oudin.* in comm. de SS. eccl. tom. III. col. 915. sqq. qui laudat quoque *Iac. Pontan.* in notis ad Cantacuzeni Historiam libri II. cap. 40. et *Henr. Spondan.* in annal. ecclesiastic. ad an. 1337. nr. 11. et ad an. 1350. nr. 20. Quaedam de eo prodidit *H. Wharton.* in adpend. ad Cauei histor. litt. SS. eccl. tom. II. p. 59. ad an. 1340. add. *Schroeckh.* hist. eccl. christ. tom. XXXIV. p. 440. *Saxii* onom. lit. part. 2. p. 360. ad an. 1337. et supra, vol. VII. p. 655. *Harl.*

nibus, omnem de illo considerationem complectentes. 3) Λόγοι tres, (quorum primus in capita LXXV. dispescitur,) contra Palamitarum anniuersarias in aduersarios diras et exauctorationes, siue contra illorum ἀποστασίαν. 4) opus Anti-Palamiticum, vnum cetera fere omnia aequans magnitudine, et ante illa etiam ab Cyparissiota publicatum.

Exstat et aliud istius Cyparissiotae huc spectans, et simul mysticam tradens theologiam, opus subtile et eruditum, quod inscribitur [P] ἔκθεσις στοιχειώδης ῥήσεων θεολογικῶν, *Expositio elementaria eorum, quae de DEO a theologis dicuntur*, in decem decades tributa, 1) de theologia symbolica. 2) de theologia demonstratiua. 3) de diuinis enarrationibus. 4) de diuinis nominibus eorumque origine et informatione. 5) de proprietatibus diuinorum nominum. 6) de adparitionibus diuini luminis. 7) de diuina participatione. 8) de infinitate DEI in creaturis. 9) de infinitate in DEO. 10) de diuina simplicitate. Hoc opus graece repertum Messanae in Sicilia in bibliotheca D. Ioannis Lascaris, *Franciscus Turrianus* latine cum scholiis editum dedicauit Antonio Augustino, archiep. Tarraconensi Rom. 1581. 4. vnde recusum latine in bibliothecis patrum Coloniensi tom. XI. et Lugdunensi, tom. XXI. p. 377. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXLVI. sunt *Ioan. Cyparissiotae* 1) Palamicarum transgressionum libri IV. secundus ineditus: inc. πρόδηλον μὲν ἦν. tertius etiam inedit. ὅσα μὲν ἦν. 2) libri octo aduersus Palamam, eiusque nouam fidem: inc. ὡς ἂν δὲ καὶ δι' ὧν· 3) libri octo, criminationibus Palamae respondentes: init. τὸ τρίτον βιβλίον πρὸς τὰς καθ' ἡμῶν· 4) libri tres contra Palamitarum ἀποστασίαν· init. τὸ τέταρτον βιβλίον πρὸς τάς· 5) aduersus Nilum Thessalonicens. antirrheticorum libri quinque: inc. τῶν μὲν ἡγησαμένων βιβλίων τό τε πρότερον. Add. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 732. *E.* et 776. *C.* de codd. *Paris.* *Harl.*

Scripsit Cyparissiota post Nicephori Gregorae obitum, cuius cadauer Palamitis ludibrio habitum indignatur libro IV. Palamiticarum transgressionum, vbi statum miserum ecclesiae CPolitanae sub patriarchis Palamiticis per decem quaestiones depingit. Natus Gregoras a. 1295. non ante a. 1360. obiit, quum historiae telam vsque ad a. 1359. pertextam ab eo habeamus. *Fabr.* V. *Saxii* onom. lit. II. p. 380. ad an. Chr. 1370. — *Oudin.* comm. de S. S. eccl. tom. II. col. 1062. seq. ad an. 1360. qui adnotat, *Expositionem elementariam*, s. *materiarum* haberi graece in bibl. regis Hispan. et Romae inter libros, quos Turrianus dedit societati; et *Henr. Wharton.* in adpend. ad Cauei hist. litt. SS. eccl. II. p. 65. ad an. 1360. *Harl.*

De *Nicephori Gregorae* anthirreticis aduersus Palamam dixi vol. VI. p. 301. seq. vv) De *Manuelis Calecae* libro, in hoc ipso volumine p. 421. sq. ed. vet. p. 455. nou. ed. De *Demetrii Cydonis*

vv) S. vol. VII. p. 632. sqq. edit. nou. Adde, *Niceph. Gregorae* disp. contra Palamam, praesente imperatore, Io. Palaeologo, exstare in cod. bibl. *August. Vindel.* v. *Reiseri* indic. MSS. illius bibl. p. 41. nr. 58. — in cod. *Coislin.* CI. v. *Montfauc.* bibl. *Coislin.* p. 174. seq. — *Mosquae* in codd. synod. CCCII. nr. 73. sqq. — CCCXXIV. nr. 8. et CCCXCIII. nr. 6. v. *Matthaei* notit. cit. p. 198. 213. et 249. — *Monac.* in cod. Bauar. X. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 1. pag. 84. et part. 2. pag. 3. sq. et 7. seq. *Harl.*

dones p. 388. (p. 402. nou. ed.) et de *Dauidis* monachi narratione, p. 501. et *Dionysii Acindyni* historia victoriarum Gregorii Acindyni patrui sui, p. 502. *Marci Ephesii* capita LXVIII. contra haeresin Acindynistarum MS. in bibl. caesareâ; *Lambec.* V. p. 226. [ww]) *Georgii Scholarii* ad Ioannem Basilicum, qui interrogauerat de Theodori Grapti dicto, cuius caussa Acindynistae turbas moueant: itemque de iis, quae iidem ipsi de Spiritu S. sophistice disputant. MS. in bibl. Coisliniana p. 177. incip. χάρις πολλή σοι τῆς εἰς ἡμᾶς εὐνοίας, ἄριστε φίλων.

Index Scriptorum, in Decadibus Cyparissiotae citatorum.

Maior numerus Decadem, minor caput denotat.

[ww]) Siue pag. 466. ed. Kollar. in cod. CCLXXVIIII. nr. 1. add. p. 467. de cod. CCLXXX. v. infra in hoc vol. p. 529. ed. vet. — *Georgii Pelagonii contra Palamam de Spir. Scto Mediolani* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl, bibl. MSS. p. 497. *B. Harl.*

Euthy-

Euthymii dogmatica panoplia, III. 2.

Sanctus ac diuinus Germanus in expositione fidei, VIII. 10.

Gregorius, theologus, I. 3. II. 3. IV. 8. VI. 7. 9. IX. 2. 7. 9. libro primo de Filio, VIII. 1. IX. 5. X. 2. 3. libro secundo, VI. 6. Orat. de Spiritu S. III. 4. VII. 5. secundo de theologia libro, I. 6. II. 4. 5. 7. 8. 9. III. 4. VI. 6. 9. VIII. 8. IX. 3. libro tertio theologiae suae, X. 10. disputans contra Eunomium, III. 1. de diuinitate ad Euagrium monachum, IV. 8. VII. 4. Oratione, quum factus est presbyter, V. 9. de baptismo, VI. 3. 10. IX. 3. ad Heronem, VI. 5. in sermone Epiphaniae, IV. 1. libro de statu episcoporum, III. 6. de constituendis episcopis, IX. 2. 5. in Natalem domini, VI. 7. [P] VIII. Oratione de bono ordine disserendi, VI. 5. 6. secunda de pace, VII. 9. tertia IX. 3. in pentecosten, VII. 9. in laudem Gregorii Nysseni, IX. 7.

Gregorius Nyssenus, II. 5. IV. 8. 9. VII. 8. 10. IX. 1. 2. 4. 5. Orat. ad Pulcheriam, IX. 6. contra Eunomium, IV. 5. V. 9. VIII. 6. libro qui incipit *prima quidem*, I. 6. libro primo, V. 9. VII. 8. IX. 3. 6. X. 4. 5. capite XLI. X. 9. libro secundo, III. 5. V. 9. contra Eunomium nono, IX. 4. decimo tertio, IV. 6. X. 4. libro de Abrahamo, IX. 3. de vita Mosis, II. 8. VIII. 8. explanatione Cantici Canticor. IV. 3. VII. 4. IX. 7. X. 7. in illud, *adueniat regnum tuum.* IX. 7. 9. epist. ad Theophilum Alex. contra Apollinarium, VI. 6. libro primo in Ecclesiasten, VI. 7. explanatione beatitudinum, VIII. 8. libro inscripto, quae sit Christiani professio, IX. 2. in Catechetico, IX. 5. X. 8.

S. Hierothei diuina principia, VII. 2. (ex Dionysio Areopag.) hymni amatorii, VIII. 1.

Ioannes Damascenus III. 3. V. 9. VI. 6. VII. 1. VIII. 10. IX. 1. X. 1. 2. 3. Theologus, III. 7. IV. 8. VIII. 2. diuinissimus, VI. 4. in transfigurationem, VI. 4. capite de Trinitate, IX. 9. Libri III. de orthodoxa fide, XII. caput, V. 9. caput LXII. III. 4. cap. LIII. IX. 4. Canone in transfigurationem, VI. 7. sermone inscripto de proprietatibus Christi, X. 4.

S. Iustinus, philosophus et martyr. VIII. 10. Oratione de recta confessione. VIII. 1. 8. in iis, quae Photius patriarcha ex eo recitat, IX. 4.

Sanctus Iustus, V. 8. ex Dionysio c. XI. de diuinis nominibus.

(Leontius Byz. contra Aphthartodocetas, citatur in scholiis Turriani ad VIII. 9. auctor eruditiss. lib. contra Nestorium et Eutychen, ad IX. 9.)

(Manuel Calecas libro de Trinitate citatur in Turriani scholiis ad X. 10.)

S. Maximus ad Dionys. Areopagitam. I. 1. III. 8. 9. etc. explanatione subtili precationis, *Pater noster*, IX. 3. in theologicis II. 3. 4. 6. 7. 9. VI. 9. Centuriae I. capite septimo. X. 9

Cum

Cum Palama fecit, praeter imperatorem, *Io. Cantacuzenum*, *Isidorus*, Monembasiensis a Cantacuzeno imp. in Io. Calecae locum ad patriarchae CPol. dignitatem a. 1347. euectus, et *Cabasilas* iam senex, qui prius [?] cum Palamae aduersariis senserat: *Iosephus Bryennius* oratione de transfiguratione, et praecipue PHILOTHEVS, monachus primo Sinaita, deinde praepositus monachorum in monte Atho, denique ex Heracleae episcopo patriarcha CPol. a. 1354. et 1362 - 1376. obiit a. 1376. qui pluribus etiam scriptis et Palamae memoriam coluit, et aduersus eius aduersarios depugnauit, ex quibus paucissima lucem viderunt. **) Iuuabit tamen praesenti loco breuem scriptorum Philothei notitiam, editorum ineditorumque, subiungere.

1. Praecipuum opus est *librorum XV. antirrheticorum* pro defensione tomi Palamitici, quibus mortui iam *Nicephori Gregorae* scripta, hortante Cantacuzeno, oppugnauit. Exstat adhuc ineditum in variis bibliothecis, vt Vaticana, regia Paris. cod. MDCCCCXCVI. [secundum catal. MSSt. bibl. *Paris.* reg. tom. II. in codd. CDXXI. nr. 2. et MCCXLIV. nr. 1. *Harl.*] et regis catholici. Seruantur etiam in codice insigni, quem manu Syluestri Syropuli, diaconi et magni ecclesiarchae, scriptum seruat bibliotheca Coisliniana, et adcurate recenset *Montfauconus* p. 173-176. Loca ex regio codice Parisiensi producit Boiuinus notis ad Gregoram p. 792. 798. etc. Idem ex libro duodecimo somnium propheticum Nicephoro Gregorae tributum graece et latine edidit in Gregorae vita. Ex libro quinto excerpta MS. *Lambec.* V. p. 206. *Fabr.* Siue p. 426. Kollar. in cod. caesar. CCXLIII. nr. 17. — *Augustae Vindel.* in cod. bibl. publ. est *Gregorii Palamae expositio fidei orthodoxae et Philothei confessio fidei*, etc. sec. *Reiseri* indic. MSS. illius bibl. p. 27. — *Monaci* in cod. Bauar. LVII. sunt XV. Philothei sermones antirrhetici. vid. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. I. p. 32. sq. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. in cod. Guil. Laud. LIX. s. nr. 711. cat. MSSt. Angliae etc. I. — Conf. supra, vol. VII. p. 634. et 655. bis. — *Mosquae* in cod. synod. CLXV. nr. 9. tum excerpta ex Theodoriti historia philothea, nr. 7. nr. autem 12. *confessio orthodoxae fidei*, v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 97. seq. — Citatur in cod. *Laurent.* XVI. plut. 8. qui continet Sermones theologicos incerti auctoris, Palamam insectantis, qui videtur *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 357. seq. fuisse Nicephorus Gregoras. *Harl.*

Ad magnum domesticum Palaeologum de dicto S. Basilii in antirrheticis aduersus Eunomium, ὁ γὰρ τετοκὼς βώλους δρόσου κατὰ τὸν Ἰὼβ λόγον, οὐχ ὁμοίως τάς τε βώλους.

xx) Confer de *Philotheo Henr. Wharton* et *Rob. Gerium*, (qui plura atque codd. notitiam adiecit) in adpend. ad Cauei Hist. litt. SS. eccl. vol. II. p. 68. sqq. ad a. 1362. Multo plura dedit et codd. mentionem fecit vberiorem *Oudin.* in comm. de SS. eccl. tom. III. col. 1049. sqq. ad a. 1350. add. *Saxii* Onom. lit. part. II. p. 372. ad a. 1354. — Secundum *Io. Baptist. Riccioli*, S. I. chronologiam reformatam ab an. Chr. 1362. vsque ad a. 1375. annos 13. et menses sex sedem illam patriarchalem tenuit: add. *Lambec.* VIII. p. 1097. Koll. ex *Phil. Labbei* Protreptico corporis hist. Byzantinae p. 36. seq. *Harl.*

λεν καὶ τὸν Υἱὸν ὑπεςήσατο. Et de diuinitate. Incipit: ἄγε δὴ καὶ πάλιν, φίλων ἀνδρῶν εὐγενέςατε. MS. *Lambec.* ibid. [s. p. 410. nr. 5. 6. Koll.] Hic est liber antirrheticorum contra Gregoram decimus tertius. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. CCCCXXI. nr. 3. *Harl.*

Ad eumdem de diuina Christi transfiguratione in monte Thabor, et de lumine, quod ibi discipulis adparuit, nec essentiam DEI nec rem creatam fuisse etc. Incipit: Ἐπεὶ δὲ τὰς λέξεις καθ' ἡμῶν συκοφαντίας τε καὶ καινοτομίας. MS. ibid. Hic est liber antirrheticorum decimus quartus. *Fabr.* *Mosquae* in cod. synod. CLXV. nr. 10. et 13. v. *Matthaei* not. cit. p. 98. et p. 178. de cod. CCLXXVII. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. LIX. s. nr. 711. cat. MSSt. Angliae etc. I. — *Paris.* in cod. cit. nr. 4. it. in cod. MCCXLIV. nr. 2. (vbi v. confectorem cat. MSS. vol. II. p. 263.) et cod. MCCLXXVI. nr. 1. — in cod. *Coislin.* CI. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 176. — *Florent.* in cod. Laurent. VIII. nr. 15. sqq. de quo cod. praestanti *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. I. p. 342 - 349. copiose disserit. — *Venet.* in bibl. Marc. cod. DLXXXII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 306. Add. ad nr. 12. *Harl.*

2. *Confutatio capitum XIV. Acindyni et Barlaami.* Incipit: λέγουσιν ἐναντιέμενοι τῇ θείᾳ γραφῇ. MS. in codice bibl. Coislinianae. *Fabr.* v. *Montfauc.* l. cit. p. 176. MS. *Augustae* Vindel. v. *Reiser.* indic. cit. p. 27. *Mosquae* in cod. CLXV. nr. 11. v. *Matthaei* l. c. *Harl.*

3. *Ad Petriotam*, Barlaami sectatorem, ὅτι ὥσπερ εἷς Θεὸς ἡ ἁγία Τριὰς, ὅτω καὶ μία Θεότης, καὶ περὶ θείας ἐνεργείας. Incipit: χθὲς καὶ πρώτριτά μοι τις. MS. ad calcem antirrheticorum in bibl. [?] Coisliniana. Exstat etiam in bibliotheca caesarea *Lambec.* V. pag. 197. *Fabr.* s. pag. 410. Koll. nr. 4. cod. CCLXV. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLXXVI. nr. 2. *Harl.*

4. De *oratione panegyrica in Gregorium Palamam* a Philotheo scripta, et *Canticis duobus* atque ἀκολουθίᾳ siue *officio* eiusdem consecrata laudibus, quod Graeci Triodio inseruere, dixi supra, p. 456. ed. vet. Vide etiam *Lambecium* V. p. 284. yy) et Philotheo indignantem *Allatium* p. 193. seq. de libris eccles. Graecor. et contra Hottinger. p. 215.

5. *De oratione encomiastica in tres hierarchas*, Basilium M. Gregorium Naz. et Io. Chrysostomum, graece et latine recusa tom. XII. bibl. patrum Paris. a. 1644. 1654. dixi volum. VII. pag. 558. zz) et ad Allat. de Nilis p. 76. [vid. vol. X. p. 27. seq. nou. ed.]

6. *Homi-*

yy) Siue p. 407. Kollar. nr. 3. cod. CCLXV. de canticis vna cum Acoluthia: — p. 440. nr. 29. cod. CCLXVIII. *canon* in Gregor. Palamam acrostichis: — *Philothei* officium in eumdem, vna cum inserto *Synaxario* vitae ipsius ibid. p. 600. in cod. caes. CCCXXIV. conf. supra in hoc cap. §. I. sub fin. *Harl.*

zz) Siue vol. VIII. p. 459. ed. nou. Add. supra ad vol. X. p. 206. *Romae* in bibl. Vatic.

6. *Homiliae, MSS. in Euangelia et Dominicas totius anni*, et aliae, ex S. Ioanne Chrysostomo potissimum desumtae, MSS. in bibl. Sereniss. Bauariae electoris [a]) et in bibl. regis catholici, teste *Bandurio* p. 988. ad antiquitates CPol. pars etiam in caesarea. Vide *Lambecium* V. p. 65. seq. [s. p. 142. nr. 7. cod. CCXXXII. ed. Kollar.] Διδασκαλία ἀπὸ διαφόρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν ἀπό τε τοῦ Χρυσοστόμου καὶ ἑτέρων εἰς τὰ τοῦ Κυρίου ἀναγινωσκόμενα ἅγια Εὐαγγέλια. Ibid. *in Publicanum et Pharisaeum.*

7. *In Demetrium martyrem.* Incipit, Δημήτριος ἡμῖν τοῦ τε συλλόγου καὶ τῶν λόγων ἀφορμὴ πρόκειται σήμερον. MS. in bibl. caesarea *Lambec.* V. p. 193. [b]) Citatur ab Allatio de purgatorio p. 771. et contra Hottingerum pag. 217.

8. *De beatitudinibus euangelicis*, orationes III. ad Helenam, Io. Cantacuzeni filiam, Ioannis Palaeologi vxorem MSS. ibid. *Lamb.* V. pag. 195. *Fabr.* S. p. 406. seq. ed. Koll. nr. 2. cod. CCLXV. — *Mediolani* in bibl. Ambros. de octo beatitudinibus et alia quaedam super dicta S. Basilii cum commentario, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 503. *E. Harl.*

9. *Oratio in exaltationem crucis* graece et lat. apud Gretserum de Cruce tom. II. pag. 174. Incipit: ἐπειδὴ τῆς πρώτης καὶ θείας. Et altera *in tertiam ieiuniorum dominicam*, *de crucis adoratione* id. p. 360. Incipit: πρωτοτύπων καὶ διαγράφων. *Fabr.* Altera, quae gr. et lat. exstat in tomo II. syntagmatis *Iac. Gretseri* de S. cruce col. 1477. Ingolstad. 1616. fol. adtribuitur *Philotheo*, in cod. autem caesar. CCLXIII. et CCLXIV. adscribitur *Io. Calecae.* v. *Lambec.* tom. V. p. 393. not. 2. et p. 401. not. 2. Add. supra vol. X. p. 246. et 247. *Harl.*

teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 12. *D.* et ib. p. 703. *B.* de cod. bibl. *Sfortianae. Harl.*

a) In cod. LXI. qui incipit ab homilia in *publican.* et *pharis.* et singularium, quae multae sunt, homiliarum indicem dedit cl. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 1. p. 44. sqq. et part. 2. pag. 3. sqq. et p. 7. seq. cum iis, quae indicantur in cat. codd. Nanian. ac Taurin. confert, idemque alias XXXII. homilias Philothei ex eodem cod. enumerat atque colligit p. 15. — in cod. CXCIX. ingens eiusm. homiliarum numerus reperitur, eaeque diligenter recensentur ab *Hardt.* l. c. a. 1805. part. 2. p. 117. sqq. — Pariter *Venetiis* in codd. Nanianis CIX. CXVIII. CXVIIII. quas singulas recenset (Mingarell.) in cat. codd. gr. Nan. p. 209. sqq. 239. sqq. 245. sqq. ad quem ablegamus lectorem, et cod. CXX. aliquot continet homilias, n. in dominicas in Matthaeum, Lucam, et in dies festos SSor. v. ibid. p. 248. sqq. (Homiliae II. *in euangel. Lucae* sunt quoque *Venet.* in cod. Marc. DLXXXII.) — *Taurini* in codd. bibl. reg. LI. et CLIV. v. cat. codd. gr. Taur. p. 155. inprimis p. 247. sqq. vbi singulae 59. homiliae s. *institutiones*, (διδασκαλίαι,) enumerantur, subiecto cuiusque initio. In *Petri Possini* thesauro ascetico, nr. XV. est *Philothei* sermo de mandatis domini nostri Iesu Christi. v. infra vol. XIII. p. 755. De graecis dominicorum dierum nominibus v. *Kollar.* ad Lambec. comment. vol. III. p. 168. seq. not. *B.* et *A.* isque prouocat ad *Allatium* de Dominicis et hebdomadibus Graecor. p. 1463. — *Harl.*

b) Siue p. 403. seq. nr. 1. cod. CCLXV. ed. Koll. et Vol. VI. part. 1. pag. 82. nr. 14. cod. X. *Harl.*

10. Ἀνατροπὴ siue *detestatio anathematismorum*, a nomophylace, Harmenopulo, in epitome iuris adscriptorum, et quod ex Chrysostomi sententia non temere anathemati subiiciendi sint Christiani. Exstat graece et latine in Freheri iure Graeco-Romano lib. IV. pag. 288-290. Francof. 1596. fol. *Fabr.* Conf. supra in h. vol. p. 264. MS. *Vindobon.* in cod. caes. LIII, nr. 14. v. *Lambec.* VIII. p. 1008. seq. — *Paris.* in bibl. publ. MCCCLXI. nr. 3. et MCCCLXIII. nr. 3. et 4. *Taurin.* in cod. reg. CCLXXVIII. v. cat. codd. gr. Taur. p. 381. in cod. *Meermann.* quem hic in supplemento noui thesauri iuris ciu. et canon. Hagae Com. 1780. fol. p. 374. laudat, comparat cum ed. Leunclau. tom. I. p. 288. et praecipuas varr. lect. enotat. *Harl.*

11. *Ordo instituendi diaconum*, latine in bibl. Patrum tom. IV. Paris. 1575. et tom. VI. Paris. 1589. et tom. XIV. edit. Colon. a. 1618. et tom. XXVI. edit. Lugd. 1677. p. 214-216. Graece vero et latine cum notis [P] *Iac. Goari* exstat in limine Euchologii vulgati Paris. 1647. fol. [s. p. 1-28. ed. Venet. 1730. fol.] sub titulo διάταξις ἱεροδιακονίας, *ordo sacri ministerii, quomodo sacerdotii diaconus ministrat in celebribus vesperis, matutino et missa. Fabr.* Conf. catal. bibl. Leidens. p. 64. seq. *Harl.*

12. *In Anysiam* Thessalonicensem sermo. Incipit: οὐδὲν ἀρετῆς τιμιώτερον. MS. meminit Allatius de Simeon. p. 103. et locum ex eo profert p. 416. contra Hottingerum. *Fabr.* MSS. *Romae* in bibl. Vaticana, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 13. C. — *Mosquae* in bibl. synod. cod. CLXV. in quo etiam exstant:

In S. S. omnium dominicam (vid. n. 13.)

Vita et martyrium s. Φευρωνίας, (alibi legitur Φεβρωνίας·) inc. τυραννικόν τι καὶ βίαιον ἔρως. Est quoque in cod. mox memorando bibl. *Marc. vita Febroniae martyris* et *vita Anysiae Thessalonic.*

Vita Sabae iun. inc. Σάβας ὁ θαυμαστὸς, ὑπόθεσις ἀγώνων. eadem in cod. *Marc.* mox laudando. — v. supra, vol. X. p. 319.

Orat. *in S. Onuphrium.* init. τοῖς τῶν ἀνδρῶν ἀρίστοις· ead. in cod. *Marc.* cit.

Oratt. dogmaticae *contra Acindynum et eius sectatores:* inc. Καὶ πάλαι μὲν ὁ τῆς ἀληθείας, et

in dormitionem b. Mariae: init. ἥκω τήμερον, ὦ φίλοι, κατὰ δύναμιν ἀποδώσων. v. *Matthaei* notit. cit. p. 97. seq. et p. 177. de oratt. dogmaticis in cod. CCLXXVII.

In Anysiam, *Venet.* in bibl. Marc. cod. DLXXXII. in quo exstant *Vitae et elogia Sanctorum*, praemissa protheoria, cuius initium: Τῷ παρόντι λόγῳ σκοπός ἐστιν. Sequuntur *Sanctorum omnium vitae:* init. καὶ τὸ λόγοις μὲν ἄλλως· tum, praeter memoratas, vitae

Germani Hagioritae: inc. ἀλλὰ πῶς ἄν τις τὸ καθ' ἡμᾶς.

Isidori

Isidori patr. CPolit. init. Ἰσίδωρον δὲ ἄρα τὸν μέγαν.

Phocae martyris: inc. εἰ δὲ καὶ τὰς λαμπρὰς· *Philothei* homiliam in illius laudem continet quoque cod. MCLXXXV. nr. 15. bibl. *Parif.* publ. v. adpend. ad cat. MSSt. bibl. Par. tom. II, p. 618.

In SS. omnes ἀκολουθία· init. Ποίοις εὐφημιῶν μέλεσιν.

In SS. apostolos: inc. Ἴδοι μὲν ὡς ἀληθῶς.

Postea sequuntur Sermones varii, scil.

De lumine dominico in monte Thabor, et de diuina operatione aduersus contradicentes, apologeticus I. inc. καὶ πάλαι μὲν ὁ τῆς ἀληθείας λόγος· et II. aduersus eosdem *de diuinitate, et diuino lumine, de spiritualibus visionibus et de sacra perfectorum oratione:* inc. περὶ μὲν δὴ τούτων ἱκανῶς ἔχειν οἶμαι. (Legitur in cod. *Mosquensi* synod. CCCXXXVI. nr. 5. v. *Matthaei* notit. cit. p. 218. add. supra, ad nr. 1. fin.)

Ad *Ignatium* episcopum in dictum Prouerbiorum: *Sapientia aedificauit sibi domum:* init. Σὺ μὲν, ἱερὲ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπε. Opus diuiditur in tres sermones. (Exstat quoque in cod. *Mosquensi* cit. CCCXXXVI. nr. 8.)

Sermo historicus *in obsidionem et captiuitatem Heracleae, a Latinis factam,* sub imperio Cantacuzeni et Palaeologi: init. ἔτος μὲν ἦν ἑξηκοστὸν ἀπὸ κτίσεως κόσμου.

Epistola, s. homilia missa CPoli *ad Heracleotas, per vrbes et oppida Thraciae et Macedoniae dispersos.* inc. Φιλόθεος ταπεινὸς μητροπολίτης. v. cat. codd. gr. Marc. p. 305. seq. *Harl.*

13. *In SS. omnium Dominicam.* Incip. καὶ τὸ λόγοις μὲν ἄλλως τὰ τῶν ἁγίων ἑκάστου διεξιέναι. MS. *Lambec.* IV. p. 60. *Fabr.* Siue p. 131. nr. 4. ed. Kollar. cod. CXI. V. supra ad vol. X. p. 320. quibus add. cod. bibl. *Marc.* citat. et cod. *Mosquens.* CCCXXXVI. nr. 2. v. *Matthaei* not. cit. p. 218. *Harl.*

14. *Canon in S. Gregorium martyrem* MS. *Lambec.* V. p. 282. Incipit: ἀναστάσεως ἡμέραν κατιδόντες λαμπράν. *Fabr.* Siue p. 599. ed. Koll. in cod. caes. CCCXXIV. — *Venet.* in cod. Marc. XIV. qui continet Horologium magnum, exstant *canones Philothei* et aliorum *paracletici* in deiparam virginem, Christum et angelos custodes. v. cel. *Morelli* bibl. MStam gr. et lat. tom. I. p. 29. — *Parif.* in bibl. publ. cod. XII. nr. 3. et (teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 1325. *C.* in cod. Mazar. CXCVIII.) *Philothei troparia* in form. dialogi inter Christum et S. Deiparam. *Harl.*

15. *Canon in Ioannem Damascenum* citatur ab *Allatio* contra Hottingerum p. 216.

16. *Synodicam de baptismo* laudat *Nic. Comnenus* p. 310. praenot. mystagog. Aliud Synodicon, *ne excommunicatio fiat sine iudicio* p. 285. et *de non mutilanda vel interpolanda S. Chrysostomi liturgia* p. 332.

17. *Orationem II. de pace Christi,* id. p. 144.

18. *De veteri circumcisione*, ad magnos domesticos Palaeologos, responsum, MS. in bibl. Coisliniana p. 176. Incipit: ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ὤμην ἐκ μακρᾶς ἀποδημίας. *Fabr. Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLXXVI. nr. 3. *Harl.*

19. *Theoremata Ethica, Physica, Theologica atque excerpta e variis auctoribus.* *Labbe* p. 29. bibl. nouae MSS.

20. Περὶ ἐπισημασιῶν ἐγκυκλίων. *Interpretatio significationum circumuolutionis siderum.* MS. in codice mutilo *Lambec.* V. pag. 97. *Fabric.* S. p. 207. Kollar. nr. 11. cod. CCXXXVIII. *Harl.*

21. *Capita Ascetica XL.* Philothei, monachi Sinaitae MS. in bibl. caesarea et regis Gallor. *Lambec.* IV. pag. 145. V. pag. 69. c) Labbeus pag. 95. bibl. nouae MSS. *Fragmenta sermonum asceticorum. Lambec.* V. pag. 99. *Fabr.* Siue p. 210. Koll. nr. 20. cod. CCXXXVIII. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MXCI. nr. 8. (ac nr. 9. exstat sequens sermo,) atque MCXLIV. nr. 3. capita nonnulla: sequens sermo, et alius *de bello spirituali* s. intellectuali leguntur quoque in bibl. *Bodlei.* cod. Oliuer. Cromwelli CXI. nr. 25. et 26. siue 290. cat. MS. Angliae etc. sub nomine *Philothei monachi. Harl.*

22. *De praeceptis Domini* capitula XXI. siue sermo περὶ τῶν ἐντολῶν *quod custodia cordis obseruantur praecepta D. N. Iesu Christi*, MS. id. V. pag. 69. [s. p. 150. nr. 14. Koll.] Hunc graece et latine edidit et praeter rem antiquiori nescio, cui, Philotheo velut ex codice 500. annorum tribuit *Petrus Possinus* in Thesauro ascetico pag. 316. Paris. 1684. 4. *Fabr.* in diss. I. tamen subiecta *Cauei* Hist. litt. S. S. eccl. p. 17. tribuitur ille sermo cum Possino alii antiquiori Philotheo, *Sancti* nomine insignito, quoniam ipse codex MS. vnde desumtus est sermo, annorum saltem 500. aetatem prae se ferat. *Harl.*

[Philothei CPol. *parerga*, scripta per *Ioannem Ionam*, Graecum, in bibl. regis Galliae a D. 1729. in cod. *Harlei.* v. cat. libror. MSS. bibl. Harlei. nr. 5616. *Harl.*]

[*Aduersus Latinos; Taurin.* in cod. regio CLI. fin. inc. ἡγούμεθα δεῖν πρὸς Λατίνους ποιουμένους τὸν λόγον· v. cat. codd. gr. Taur. p. 242. *Harl.*]

[*Epistola* ad illos, qui in aliqua potestate constituti, nulla legum ratione habita, in alienas possessiones inuolabant: inc. τοὺς μὲν πονηροὺς τῶν ἀρχόντων· *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLXXVI. nr. 4. *Harl.*]

Philo-

c) Siue IV. p. 329. Koll. nr. 13. cod. CLVI. — — *Romae* in bibl. Vatican. v. *Montfauc.* Bibl. et vol. V. p. 150. ed. Kollar. nr. 13. cod. CCXXXIV. bibl. MSS. p. 12. *B. Harl.*

Philotheus alius *Achillinus*, consiliarius regius, cuius somnium viridarii de iurisdictione regia et sacerdotali scriptum anno 1374. latine vulgauit *Goldastus* in monarchia S. Romani imperii, tomo I. Hanou. 1612. fol. d) *Fabr.* [In *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 1400. *E.* memoratur cod. bibl. *Taurin.* qui continet scriptum *Philothei Alexandrini.* Num is fuerit *patriarcha* Alexandrinus, cuius fit mentio infra in vol. XI. p. 680. vet. ed. definire non audeo. De hoc autem homine, luxuriei dedito, conf. *Caui* Hist. litt. SS. eccl. II. p. 115. ad a. 995. Eius quatuor voll. quorum inscriptiones, ex arabico translatas, posuit Caueus, dudum periisse videntur. Idem pro certo adfirmare non audet, num sermo *Philothei, de mandatis domini nostri I. Chr.* illum *Alexandrinum* habuerit parentem. Edidit eum *P. Possinus* gr. et lat. in Asceticis. *Harl.*]

[Philotheus, *medicus*: v. infra vol. XII. p. 647. et 649. et XIII. p. 369. — add. *Lambec.* VI. part. 2. p. 357. seq. — Philotheus *de vrinis* in cod. *Mediol.* bibl. Ambros. teste *Montfauc.* in Bibl. bibl. MSS. p. 503. *E. Harl.*]

[Philotheus, *monachus. Mosquae* in bibl. typographei synod. cod. XXX. exstat, docente *Matthaei* in Not. codd. gr. Mosq. p. 317. nr. 28. Φιλοθέȣ, μοναχȣ̃ μονῆς τῆς ὑπεραγίας θεοτόκȣ τῆς βάτȣ ἐν Σινᾶ, περὶ τȣ̃ τριμερȣ̃ς τῆς ψυχῆς καὶ περὶ νήψεως καὶ εὐχῆς· inc. ὁ μακάριος ὁ ἀπόστολος Παῦλος· et nr. 29. eiusdem περὶ τηρήσεως νοῦ καὶ ταπεινοφροσύνης· init. Βλέπετε καὶ ὁρᾶτέ, φησιν ὁ κύριος, μήπως βαρυνθῶσιν. — In cod. *Naniano* XCV. sunt quoque *Ascetica Philothei, monachi monasterii Sctissimae deiparae Bati* s. rubi: inc. ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθημεν κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον· tum sequuntur tres alii eiusdem sermones. v. cat. codd. gr. Nan. p. 185. seq. Atque Mingarellius ibid. ex primo sermone longiorem locum exscripsit, et prouocauit ad Lambec. paullo ante ad nr. 21. iam citatum. Auctorem igitur illi sermones habere videntur Philotheum, patriarcham CPolit. qui in aliquot codd. *monachus Sinaita* etiam vocatur. *Harl.*]

[Philotheus, *archiepiscopus Selymbriensis*, cuius oratio in *S. Agothonicum* legitur *Venet.* in cod. Naniano CCCIX. nr. 99. ex eaque *Mingarellius* in cat. codd. gr. Nan. p. 531. sqq. perlongum locum publicauit. Conf. supra, vol. X. p. 190. vbi illa oratio reliquis addi debet. *Harl.*]

[P] Palamae vitam praeter Philotheum, patriarcham, scripsit HIEROTEVS, sacellarius, quem laudari video a Nicol. Comneno pag. 74. praenot. mystagog.

De NILO, metropolita Rhodio, Allatius in libro de Nilis p. 79. seq. edit. a me curatae volum. V. huius bibl. *Fabr.* In noua hac ed. supra, vol. X. p. 30. vbi v. not. *t. Harl.*

Capiti

d) Plura de eo dabunt *Fabr.* noster in bibl. *Wharton.* in adpend. ad Cauei Hist. litt. SS. eccl. med. et inf. latin. tom. V. p. 2. ed. Mansi, et *H.* p. 74. ad a. 1370. *Harl.*

Capiti huic finem imponat IOANNES GLYCIS, Byzantinus, e Logotheta dromi siue cursus publici, patriarcha CPol. ab a. 1316. ad 1320. quo abdicauit patriarchatum, et in Cyriotissae monasterium se abdidit. Hoc Ioanne magistro Atticae eloquentiae vsum se esse fatetur Nicephorus Gregoras, qui lib. VIII. Hist. c. 11. eius *testamentum* siue *testamenti* potius *prooemium* adfert, cuius se auctorem non obscure prodit. *Synodicon, ne recipiatur ad iudicium excommunicatus*, citatur a Nic. Comneno pag. 285. praenot. mystagog. In codice regio Paris. MMMCCXXIX. teste Boiuino pag. 767. notis ad Gregoram exstant opuscula duo eiusdem fere et argumenti et stili, quorum prius inscribitur: τȣ̃ Πατριάρχȣ κυρȣ̃ Ἰωάννȣ τȣ̃ Γλύκεος ἡ παραίτησις τȣ̃ Πατριαρχείȣ, patriarchatus abdicatio. Alterum: τȣ̃ αὐτȣ̃ πατριάρχȣ ὑπομνηστικὸν εἰς τὸν βασιλέα τὸν ἅγιον; *Commonitorium ad sanctum imperatorem*, Michaëlem Palaeologum. *) De *Grammatica* eius, quae MSta seruatur in variis bibliothecis, iam feci mentionem volum. VII. pag. 45. [s. vol. VI. p. 344. nou. ed. Add. cod. *Monac.* CI. sub cuius finem comparet *Io. Glycae* (Γλύκεος) *de recta constructione*. v. *Hardt*. in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 6, p. 42. *Harl.*] *Narrationem legationis in Armeniam susceptae*, quam laudat idem Gregoras lib. VI. p. 120. intercidisse dolendum est. Ioannem Glycam *de vanitate vitae*, quam inter editos scriptores graecos Cangius in glossario graeco commemorat, haud vidi.

[Antequam ad caput sequens progrediar, ex vol. XI. bibl. nostrae p. 760. sqq. vet. edit. reducam h. l. *Demetrii Procopii* recensionem eruditorum Graecorum, quoniam illam et ego iam aliquoties laudaui et ad illam, in sequenti capite, vti alii quoque fecerunt, aliquando ablegare lectores satius erit. De nonnullis in cap. seq. plura dicentur. Procopius pependit ab ore Iacobi Manae, quem laudat infra in §. LXXX. *Harl.*]

Deme-

*) Duo haec opuscula sunt *Paris.* in bibl. publ. (sec. catal. MSS. bibl. reg. vol. II. p. 522.) in cod. MMDLXII. nr. 3. et 4. In eod. cod. sunt praeterea nr. 1. et 2. eiusd. *Io. Glycis de orationis constructione opus* ineditum: inc. ἡ τȣ̃ λόγȣ χρῆσις, et *pro Andronico imperatore precatio.* In eiusdem bibliothecae cod. MCCX. adseruantur *Io. Glycei* s. Glycis *homiliae e variis patrum aliorumque auctorum scriptis collectae.* Huiusce codicis initio reperiuntur epistolae, in quibus nihil memoratu dignum occurrit, obseruante auctore catalogi dicti p. 254. et, „auctoris, inquit, nomen nusquam comparet, vt nec illorum, ad quos scribit. Recentiorem esse, illud argumento est, quod *Georgii Coressii* meminerit, theologi magni inter schismaticos Graecos nominis, quique non multis abhinc annis floruit." — Ibid. in cod. MMXXII. nr. 14. reperiuntur anonymi, fortasse *Ioannis Glycis*, (suspicante auctore catal. citati II. p. 435.) *epistolae* ad Gabram, ad praefectum canicleo, ad imperatorem, ad Chatziam, ad Cleidam, ad Logothetam, ad anonymos complures. Atqui *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXIV. plut. 57. disertis verbis ei adscribuntur duae epistolae, τȣ̃ πατριάρχȣ κυρȣ̃ Ἰωάννȣ τȣ̃ Γλυκέος, nr. 18. epistola ad imperatorem, (scil. Michaëlem Palaeologum, inc. Ἐμοὶ τὸν βίον ἀνύσαι γίγονε etc. ac nr. 19. epistola ad Logothetam aerarii: init. Οὐκ, ὦ σοφώτατε, σὺ μετὰ τῆς ἀληθείας. Vid. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 369. — Conf. *Rob. Gerium* in adpend. ad Cauei hist. litt. S. S. eccl. p. 21. ad a. 1316. *Harl.*

DEMETRII PROCOPII, *Macedonis Moschopolitae*, Ἐπιτετμημένη ἐπαρίθμησις, τῶν κατὰ τὸν παρελθόντα αἰῶνα ΛΟΓΙΩΝ ΓΡΑΙΚΩΝ, καὶ περί τινων ἐν τῷ νῦν αἰῶνι ἀνθέντων. *Succincta Eruditorum Graecorum superioris et praesentis saeculi recensio, conscripta mense Iunio a. C. MDCCXX. transmissaque Bucuresto, et nunc primum edita, cum latina versione.*

I.

Ὁ Ἱερεμίας Πατριάρχης Κωνςαντινεπόλεως, πρὸς ὃν ἔγραψαν οἱ ἐν Τιβίγγῃ διδάσκαλοι, καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς μετὰ διακρίσεως, καὶ ζήλε, καὶ εὐσεβείας πολλῆς. f)

I.

IEREMIAS patriarcha CPol. ad quem scripsere doctores *Tubingenses*, hic vero illis cum iudicio, zelo ac pietate multa respondit.

II. Θεοδόσιος ὁ Ζυγομαλᾶς. ἔτος ἤκμαζεν ἐπὶ τῦ διαληφθέντος Ἱερεμίε Πατριάρχε. ἐτετίμητο καὶ ὀφφικίῳ ἐκκλησιαςικῷ, ἐχρῆτο δὲ αὐτῷ ὁ πατριάρχης ἐν πάσαις ταῖς ἀναγκαίαις αὐτῦ καὶ ἀξιολόγοις ὑποθέσεσι. καὶ ἵν' ὅτως εἴπω, ἦν αὐτῷ ὅσα καὶ δεξιὰ χείρ. δόκιμος ἀνὴρ καὶ σοφός.

II. THEODOSIVS ZYGOMALA, floruit sub iam dicto patriarcha Ieremia, et ipse munere ecclesiastico ornatus, quo vsus est patriarcha in necessariis et alicuius momenti rebus quibuscunque; adeo erat eius, vt ita dicam, dextella, vir egregius doctusque.

III. Γαβριὴλ ὁ Σεβῆρος, Μητροπολίτης Φιλαδελφείας, ὁ τὸ περὶ μυςηρίων συνταγμάτιον συγγραψάμενος, καὶ περὶ τῶν πέντε διαφορῶν τῆς ἀνατολικῆς καὶ δυτικῆς ἐκκλησίας, καὶ ἄλλα τινά· ἀλλ' εἰ τὰ παρὰ Μαργενίε κατ' αὐτῦ ἐκφωνηθέντα καὶ γραφέντα ἀληθείας ἔχεται, μηδὲ πάθες τινὸς ἐνδομυχῦντός εἰσι κυήματα, ὀλίγων ἐπαίνων ἄξιος ἦν ὁ Σεβῆρος.

III. GABRIEL SEVERVS, Philadelphiae metropolita, qui opusculum scripsit *de Sacramentis et de quinque capitibus*, quibus dissentit inter se orientalis et occidentalis ecclesia, et alia quaedam. Quod si veritati congruentia sint, quae *Marguinius* aduersus eum voce scriptoque prodidit, neque potius sint suboles repositi alta mente affectus, exigua laude dignus Seuerus fuerit.

IV. Μελέτιος ὁ Πηγᾶς, πάππας Ἀλεξανδρείας. ὁ συγγράψας [P] διαλογικῶς ἑρμηνείαν τῦ Συμβόλε, καὶ τῦ, πάτερ ἡμῶν, καὶ κατὰ τῦ καθαρτηρίε πυρὸς, καὶ ἕτερα διάφορα πολεμικὰ καὶ ἐξηγητικὰ, καί τινα φιλοσοφικὰ ὑπομνήματα.

IV. MELETIVS PIGA, Alexandrinus presbyter, qui dialogi more composuit *interpretationem symboli atque orationis dominicae*, et scripsit *aduersus ignem purgatorium* et alia varia ad controuersias et interpretationem scripturae sacrae pertinentia, nec non *philosophicos commentarios*. [v. ad cap. anteced. §. XXXII.]

V. MA-

f) V. infra in h. vol. vet. ed. p. 517. sqq. *Harl.*

V. Μάξιμος ὁ Πελοποννήσιος ὁ συγγράψας τὸ ἐγχειρίδιον κατὰ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάππα, ἁπλῇ μὲν τῇ φράσει, ἀλλ' ἰσχυρώτερον καὶ πιθανώτερον πολλῶν ἄλλων πονημάτων, περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως διαλαμβανόντων. πρὸς τούτοις φιλοπόνως συνελέξατο ἀπὸ τῆς παλαιᾶς γραφῆς χρήσεις πολλὰς, μαρτυρούσας τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ.

V. MAXIMVS Peloponnesius, a quo compositum est *Enchiridion aduersus principatum papae*, simplici quidem dicendi genere, sed quod tamen multis aliis lucubrationibus de eodem argumento tractantibus solidius est, et ad persuadendum magis aptum. Praeterea singulari studio ex veteri testamento collegit multa dicta, quae *de oeconomia et incarnatione* saluatoris nostri Christi testimonium perhibent.

VI. Μάξιμος ὁ Μαργούνιος, ἀνὴρ σοφὸς καὶ κατὰ τὴν θύραθεν παιδείαν, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας ἔμπειρος, δόκιμος καὶ λογογράφος καὶ ποιητὴς, ὡς μαρτυρεῖται ἔκ τε τῶν καταλογάδην αὐτοῦ συγγραμμάτων, καὶ ἐκ τῶν Ἀνακρεοντείων ὕμνων. τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ τὰ μὲν τύποις ἐκδέδοται, τὰ δὲ σώζεται ἐν χειρογράφοις σχεδίοις. τούτου αἱ πρὸς τὸν Λούκαριν ἐπιστολαὶ, καὶ αἱ ἀποκρίσεις αὐτῶν σώζονται χειρόγραφοι ἐν τῇ πληρεστάτῃ βιβλιοθήκῃ τοῦ ὑψηλοτάτου καὶ σοφωτάτου ἡγεμόνος πάσης Οὐγγροβλαχίας Κυρίου Κυρίου Ἰωάννου Νικολάου Ἀλεξάνδρου Μαυροκορδάτου, ἐν Κωνσταντινουπόλει. ἐχρημάτισε [?] δὲ καὶ διδάσκαλος τοῦ κυρίου Κυρίλλου Λουκάρεως.

VI. MAXIMVS MARGVNIVS, vir doctus etiam exteriores litteras, nec minus scripturae sacrae et historiae ecclesiasticae peritus, et prosa valens et versu, vt fidem faciunt eius scripta prosario concepta sermone, et *hymni Anacreontici*. Ex scriptis ipsius, typis alia expressa sunt, alia in manu exaratis chartis adseruata habentur. Huius exstant *ad Lucarim epistolae* et ad has responsiones, quae adseruantur manuscriptae Constantinopoli in *locupletissima bibliotheca* celsissimi atque sapientissimi ducis Hungaro-Walachiae, domini domini *IOANNIS NICOLAI ALEXANDRI F. MAVROCORDATI.* Fuit etiam Maximus ille *Cyrilli Lucaris* praeceptor.

VII. Γεώργιος Χῖος ὁ Κορέσσιος, ἀνὴρ σοφὸς καὶ πολυμαθὴς, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἔμπειρος. συνέγραψε σχολαστικῶς πολλὰ καὶ διάφορα ὑπομνήματα θεολογικὰ, καὶ ἕτερ' ἄττα συγγράμματα, ἀλλὰ τὰ πλεῖω ἄνευ τάξεως καὶ ὀρθῆς διακρίσεως.

VII. GEORGIVS CORESSIVS, Chius, vir doctus, et variae eruditionis, sacrarumque peritus litterarum. Scholastico more plura ac diuersi argumenti composuit scripta theologica, et alias varias lucubrationes, sed pleraque sine ordine et sine recto indicio.

VIII. Κύριλλος Λούκαρις ἐκ νήσου Κρήτης πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως. περὶ οὗ ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν μεταγενεστέρων μνείαν ἐποιήσαντο ἐν τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασιν, οἱ μὲν κατ' αὐτοῦ, οἱ δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ λαλοῦντες, σιγῇ παραδραμεῖν δεῖν ᾠήθημεν τὰ κατ' αὐτόν.

VIII. CYRILLVS LVCARIS, ex Creta insula, patriarcha CPolitanus, de quo cum multi ex recentioribus fecerint in scriptis suis mentionem, alii in eum inuecti, alii eius caussam tuentes, res eius silentio a nobis praetereundas satius esse duximus.

IX. GERA-

IX. Γεράσιμος Κρὴς πατριάρχης Ἀλεξανδρείας, ἀνὴρ τῷ ὄντι σοφώτατος καὶ ἁγιώτατος, θεολόγος, φιλόσοφος, ἀνιχνευτὴς τοῦ βάθους τῶν θείων γραφῶν, δαημονέστατος τῆς Ἑλληνικῆς, Ἑβραϊκῆς, καὶ Λατινικῆς γλώττης, ἐχρημάτισεν (ἀπέστω δὲ τοῦ λόγου κολακεία, καὶ τὸ πρὸς χάριν λαλεῖν) ἐν τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς χρόνοις λαμπρότατος ἀστὴρ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας. προέστη δὲ θεαρέστως τῆς ἁγίας ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὲρ τὰ εἴκοσι ἔτη, ποιμαίνων θεοφιλῶς καὶ καταρτίζων πρὸς εὐσέβειαν, καὶ τρόπων χρηστότητα τῷ Ἀποστολικῷ αὐτοῦ κηρύγματι, οὐ μόνον τὸ ἴδιον ποίμνιον, ἀλλὰ καὶ πάντα τὸν ἁπανταχοῦ τῆς Ἀνατολικῆς ἐκκλησίας χριστεπώνυμον λαόν. ἀρυόμενος δὲ πολλὰ καὶ [P] θαυμάσια ἀπὸ τῆς πλουσίας βιβλιοθήκης τοῦ θρόνου τῆς Ἀλεξανδρείας, προσεπιφέρων πολλὰ καὶ οἴκοθεν ἐκ τῶν ἀκηράτων πηγῶν τῆς ἐν αὐτῷ σοφίας, συνέγραψε διάφορα συγγράμματα, καὶ μάλιστα κρίσεις, καὶ ἀναπτύξεις εἰς τὴν ἱερὰν γραφήν, πρὸς Ἰουδαίους, καὶ ἄλλα πάμπολλα. ἅτινα φυλάττονται ὡς πολύτιμα κειμήλια, θεοῦ θέλοντος, καὶ τύπῳ παραδοθήσονται. παρῃτήθη δὲ ὁ ἅγιος ἀνὴρ τοῦ θρόνου οἰκείᾳ θελήσει, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸ ἅγιον ὄρος τοῦ Ἄθωνος, ἔνθα ζήσας χρόνον οὐ μακρόν, ἐν ἡσυχίᾳ καὶ γαλήνῃ ψυχῆς τὸν βίον κατέλυσε.

IX. GERASIMVS Cretensis, patriarcha Alexandrinus, doctissimus vtique vir et sanctissimus theologus, philosophus, profundorum in diuinis litteris scrutator, graecae, hebraicae et latinae linguae callentissimus. Fuit ille nostra memoria, (ne quis me adulari vel ad gratiam loqui existimet,) sidus ecclesiae orientalis splendidissimum et sanctae Alexandrinae ecclesiae vltra annos viginti ex praescripto diuino praefuit, non modo proprium gregem diuinum pascens instruensque ad pietatem et morum probitatem apostolica sua praedicatione, sed et vniuersum vsque quaque orientalis ecclesiae populum, qui a Christo nomen habet, edocens. Hic multa et miranda hausit ex diuite *throni Alexandrini bibliotheca*, nec pauca etiam ex domesticis etiam et purissimis doctrinae suae fontibus depromens scripsit varia opuscula, *decreta* maxime, atque *in sacram scripturam dilucidationes et aduersus Iudaeos*, aliaque complura, quae pretiosissimorum cimeliorum instar, asseruata typis Deo propitio mandabuntur. Abdicauit se vir sanctus throno sponte sua atque in sacrum montem Atho secessit, vbi per non multum temporis quum vixisset, tranquillo animo ac quieto diem obiit supremum. [v. ad §. XIV. et infra, vol. XIII. p. 481. not. ** *Harl.*]

X. Διονύσιος Βυζάντιος πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, ἀνὴρ εἰδήμων ἱκανῶς τῆς Ἑλληνικῆς γλώσσης, τῶν ἱερῶν γραφῶν, καὶ τῶν πατέρων τῆς ἐκκλησίας ἔμπειρος, ὧν ἐν τῇ συνεχεῖ καὶ ἀδιακόπῳ μελέτῃ ἦν διάγων τὸν βίον, καὶ οἷς ἐκεῖθεν ἠρανίζετο ὀρθοῖς δόγμασι, καὶ πνευματικαῖς παραινέσεσι κατήρτιζε τὸ λογικὸν αὐτοῦ ποίμνιον πρὸς τὴν τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἀκρίβειαν, καὶ Χριστιανικὴν πολιτείαν.

X. DIONYSIVS Byzantius, patriarcha Constantinopolitanus, vir graecae linguae praeclare peritus, et in sacris litteris patribusque ecclesiae versatissimus, quorum adsidua nec interrupta meditatione vitam exigens, rectis dogmatibus, quae exinde colligebat, spiritualibusque adhortationibus sacrum gregem suum ad adeuratam doctrinae rectitudinem moresque Christianos direxit.

XI. Καλλίνικος ἐξ Ἀκαρνανίας πατριάρχης Κωνςαντινεπόλεως, ἀνὴρ εἰδήμων τῆς Ἑλληνικῆς Φωνῆς, ἱκανὸς νοεῖν τάς τε τῶν λογογράφων, καὶ τὰς τῶν φιλοσόφων βίβλυς. ἐνησχολεῖτο τῇ μελέτῃ καὶ ἀναγνώσει τῆς ἱερᾶς γραφῆς, καὶ τῶν πατέρων τῆς ἐκκλησίας. ἐκήρυττε τὸν λόγον τῦ [P] Θεῦ μετὰ πολλῦ ζήλυ καὶ ἀγάπης πρὸς τὸ ἑαυτῦ λογικὸν ποίμνιον.

XI. CALLINICVS, ex Acarnania, patriarcha Conſtantinopolitanus, vir, graecae gnarus linguae et hiſtoricorum ac philoſophorum libris intelligendis haud impar, ſtudium maxime poſuit in meditatione ac lectione ſacrae ſcripturae patrumque eccleſiae, ac verbum Dei multo cum zelo multaque cum caritate ſacro gregi ſuo praedicauit.

XII. Γαβριὴλ Σμυρναῖος, πατριάρχης Κωνςαντινεπόλεως, ἀνὴρ εἰδήμων τῆς Ἑλληνικῆς γλώσσης, καὶ τῆς ἱερᾶς γραφῆς ἔμπειρος, θερμὸς ἐραςὴς τῆς ἐκκλησιαςικῆς ἀκολυθίας καὶ τάξεως. ἐσπύδαζε τὰς θείας γραφὰς, καὶ τὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῆς ἐκκλησίας συγγράμματα, ἐξ ὧν ἀρυόμενος φιλοπόνως ψυχωφελεῖς διδασκαλίας, ἐδίδασκε μετὰ πολλῦ ζήλυ καὶ ἀγάπης τὸν χριςώνυμον λαόν.

XII. GABRIEL Smyrnaeus, patriarcha Conſtantinopolitanus, vir, graecam linguam callens et ſacrae ſcripturae peritus, vehementer amabat eccleſiaſticae liturgiae ſequelam et ordinem, ſanctasque litteras et patrum eccleſiae ſcripta tractabat diligenter, ex quibus ſtudioſe hauſit doctrinas animabus conducibiles, populumque Chriſtianum multo cum zelo et amore docuit.

XIII. Ἀθανάσιος Κρὴς, πατριάρχης Κωνςαντινεπόλεως, ἀνὴρ εἰδήμων τῆς Ἑλληνικῆς καὶ τῆς Ἀραβικῆς γλώσσης, καὶ τῆς ἱερᾶς γραφῆς ἔμπειρος, ἱκανὸς κατανοεῖν τῶν τε λογογράφων, καὶ φιλοσόφων τὰ συγγράμματα. ἐσχόλαζε περὶ τὴν ἀνάγνωσιν καὶ μελέτην τῆς ἱερᾶς γραφῆς, καὶ ἐκήρυττε τὸν λόγον τῦ θεῦ μετὰ πολλῦ ζήλυ, καὶ Χριςιανικῆς ἀγάπης.

XIII. ATHANASIVS Cretenſis, patriarcha Conſtantinopolitanus, vir, graecam et arabicam quoque doctus linguam et ſacrae ſcripturae peritus, et ſcriptis hiſtoricorum philoſophorumque tractandis idoneus. Sed peculiarem dedit operam lectioni et meditationi ſacrarum literarum, et verbum Dei cum feruore multo et chriſtiana caritate praedicauit.

XIV. Ἀλέξανδρος Μαυροκορδάτος Σκαλλάτος, τῶν ἐν Κωνςαντινεπόλει [P] εὐγε-

XIV. ALEXANDER MAVROCORDATVS [g]) *Scallatus*, inter nobiliſſimos Conſtan-

g) De hoc *Maurocordato*, celſiſſimi *Iohannis Nicolai* (de quo infra, lib. II. c. 69.) parente, Turnefortius deſcriptione itineris in Orientem ſuſcepti, et edita gallice Pariſ. et Amſt. 1718. 4. tom. II. pag. 12. *MAVROCORDATO eſt un très-habile homme, qui par ſon merite, quoique Grec de nation et de religion, à été élevé à la charge de Conſeiller d'Etat: il eſt natif de Scio, et Docteur en Medecine de Padouë, où il a fait autrefois ſes études, et compoſé un Traité:* De la reſpiration et du mouvement du coeur. *Comme il a beaucoup de genie, et qu'il ſçait mieux la Medecine que ceux qui s'en mêlent ordinairement dans le Serrail, il n'eut pas beaucoup de peine à y s'y faire connoître; mais outre que l'on y reçoit ſouvent de grands chagrins, et qu'on n'y laiſſe pas mourir impunement les perſonnes d'une certaine authorité, Maurocordato*

νῶν προέχων προγόνων λαμπρότητι, καὶ πολυτελεστάτῳ σοφίας κόσμῳ, τῇ τε παρὰ Βασιλεῖ ἀξίᾳ τοῦ γενικοῦ Ἑρμηνέως, καὶ τοῦ ἐπὶ τῶν ἀποῤῥήτων. ἀνὴρ σοφώτατος, πολιτικώτατος, ἐς τὰ ἐνδόμυχα τῆς τε παλαιᾶς, καὶ νέας φιλοσοφίας χωρήσας, καὶ ἐν παντὶ παιδείας εἴδει μέχρι θαύματος ἔξοχος καὶ περικλεής· καὶ πολλῶν ἀγαθῶν πρόξενος τῷ γένει τῶν Ἑλλήνων γενόμενος, συστησάμενος ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ φροντιστήριον, ἵνα μὴ τῇ προόδῳ τοῦ χρόνου, ἡ Ἑλληνικὴ παιδεία ἐξίτηλος γένηται, καὶ ἁδραῖς δαπάναις τοὺς φιλομαθεῖς τῶν νέων καταρτίσας ἐς τὴν περὶ τὰς ἐπιστήμας καὶ πᾶσαν ἰδέαν λόγου φιλοπονίαν. συνεγράψατο πολλὰ καὶ [*] παντοδαπά. ἐξ ὧν τὰ μὲν τύποις ἐκδεδομένα;

„Πνευματικὸν ὄργανον περὶ τῆς κυκλοφορίας τοῦ αἵματος, λατινιστὶ, πολύτιμον βιβλιδάριον, καὶ πάνυ δυσεύρετον, καίτοι πολλάκις ἐν Ἰταλίᾳ, ἐν Βελγίῳ, καὶ ἐν Γερμανίᾳ τυπωθέν.

„Ἱερὰ Ἱστορία Ἑλληνιστὶ ἐν Βουκουρεστίῳ τύ-

ſtantinopoli praenitens maiorum ſplendore ac pretioſiſſimis ingenii ac doctrinae ornamentis et dignitate interpretis generalis et ſecretioris conſilii, quam apud imperatorem gerebat, eminens. Vir doctiſſimus et ciuili prudentia ſubactiſſimus, qui interiora veteris pariter et recentioris philoſophiae penetrauit, et in omni genere doctrinae ad miraculum excellens clariſſimusque, multa bona Graecorum genti conciliauit, ſcholam etiam conſtituit Conſtantinopoli ne interiecto tempore graeca eruditio prorſus interiret et euaneſceret, ingentique ſumtu adoleſcentes ſciendi cupidos ad ſtudium ſcientiarum et doctrinae omne genus inſtrui fecit. Scripſit multa de omniuario argumento, ex quibus alia typis exſcripta ſunt, vt libellus quantiuis pretii, et rariſſime obuius, licet ſaepius in Italia, Belgio et Germania excuſus, *de inſtrumento reſpirationis et circulatione ſanguinis* ſcriptus latine, et *ſacra hiſtoria*, graece Bucureſti typis exſcripta anno MDCCXVI. cuius in limine etiam ſermo funebris, quem doctiſſimus Dn.

 Iaco-

Corydaleus, graecus philosophus, circa a. 1630. ad quem Georgii Coressii epistolae. Eius varia in Aristotelem scripta laudat Nic. Comnenus, vt Isagogen ad logicam pag. 322. ethicam p. 339. 385. et oeconomiam pag. 237. *Fabr.* Conf. supra, vol. VII. p. 111. nr. 5. Add. supra, Procopium. — *Theophili Corydalei* περὶ ἐπιςολικῶν τύπων· τῦ αὐτῦ ἔκθεσις περὶ ῥητορικῆς. graece. Londin. 1625. 8. et Venet. 1786. 8. cum epistolis variorum in priore libello: — eiusd. commentarii et quaestiones in Logicam Aristotelis, gr. Venet. Glyc. 1729. 4. — introductio in Aristotelis physicam, gr. Venet. Glyc. 1779. 4. vterque tamen liber antea iam typis fuit expressus. *Harl.*

Crispinus Lampsacenus, qui scripsit vitam S. Parthenii Lampsaceni, vt aiunt, episcopi, Constantini M. temporibus. Latine exstat apud Surium et Bollandum 7. Febr. graece MS. in bibl. caesarea. *Lambec.* VIII. pag. 82. [s. p. 174. seq. Koll.] Incipit: πόθῳ καὶ ἀγάπῃ κινέμενος. [add. *Baron.* ann. eccles. tom. III. in actis a. C. 337. nr. 38. et supra vol. X. p. 304. *Harl.*]

Metrophanes Critopulus, Maximi Margunii discipulus, hieromonachus et patriarchalis CPol protosyngelus, deinde patriarcha Alexandrinus, scripsit et doctoribus academiae Helmstadiensis, in qua circa a. 1620. praesens versatus fuerat, dedicauit ὁμολογίαν τῆς ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας, quam cum latina versione edidit Ioannes Horneius, Conradi F. Helmst. 1661. 4. [l]) Locum ex *oratione in eos, qui omnia innouant*, graece producit *Nic. Comnenus* p. 184. vbi Graeco-Lutheranum adpellat, et vehementer in eum inuehitur, quod peccata omnia aequalia esse doceat. Sed magnam ecclesiae nostrae facit iniuriam, quando huiusmodi errores [P] pestilentissimos eum arguit nundinatum longa peregrinatione apud Lutheranos, quibus mox Alexandrinas infulas mercaretur. *Antipanopliam* illius citat pag. 186. *Fabric.* Scripsit quoque *de vocibus quibusdam liturgicis epistolam*, in programmate scholastico editam a *Io. Ierem. Crudelio*, quum Rector esset scholae Iüterbocensis et diaconus etc. Iüterb. 1739. 4. (v. *Adelung* Fortsetzung v. Ergänzung. zu Chr. Gottlieb Ioechers gel. Lexic. tom. II. p. 556. *Dietelmaier* tamen in progr. postea laudando, p. VIII. tradit, illam epistolam editam esse a Crudelio Wittebergae 1740. 4.); Nouum testamentum recentiore sermone gr. translatum; et adscripsit exemplo *Io. Meursii* Glossarii etc. quod seruatur in bibl. Paullina Lipsiensi, emendatt. Atque *Metrophanis Critopuli* Emendationes et animaduer-

l) Conf. *Dietelmairi* progr. de nostro p. IX. seq. qui etiam adnotat, cap. XIII. huius confessionis seorsim editum esse notisque doct. illustratum a *Chr. Sonntagio* in diss. de euchelaeo. Altdorf. 1696. 4. et *Io. Fabricii* Hist. bibl. Fabric. tom. V. p. 198. seq. vbi de illo libro atque Metrophane ipso plura obseruantur. *Harl.*

aduersiones in Io. Meursii Glossarium graeco-barbarum ex autographo primum edidit *Io. Georg. Frider. Franzius.* Stendaliae 1787. 8. isque in praefatione de Metrophane illo huiusque scriptis quaedam tradidit. Censor tamen meorum Supplement. in Introd. in hist. ling. gr. (vbi p. 279. de illo Metroph. Critopulo egi,) in Leipz. Lit. Zeit. a. 1806. p. 2109. adnotavit, in bibl. Cizensi esse exemplar Meursiani Glossarii cum adnotatt. Reinesii, orae adscriptis, ex quibus non solum errores, in Franzii edit. commissi, possint corrigi, sed emendationes quoque, ac vocc. graecor. barbarorum copia queant augeri; praeterea Reinesii emendationes atque supplementa paene ad verbum conspirare cum Critopuli, (cuius tamen non meminisset Reinesius,) emendationibus. At qui deceperit, aut fuerit deceptus, id ignorat censor: Critopulus tamen antea, quum Altdorfii a. 1625. et seq. litterarum caussa versaretur, orationem graecam palam recitauit, quam latine vertit, et prelo subiecit eius hospes, *Ge. Queccius: Oratio gr. panegyrica et dogmatica in natiuitatem Domini dei et Seruatoris nostri I. Chr. habita a Metrophane Critopulo, hieromonacho, latine versa per M. Georgium Queccium, acad. P. P. Altdorphii,* typis Balth. Scherfii Altd. 1626. 4. In fine adiectum est carmen, a Melchiore Rindero ex Petro Lotichio sumtum mutuum, et graecis hexametris redditum. Illam orationem non ita multo post sequutum est schediasma, inscriptum: *Metrophanis Critopuli responsio ad quaestionem clar. et doct. viri N. N. de dicto apostolico: Spiritu ambulate,* etc. (ad Galat. V. 16.) gr. *translata in lat. linguam opera extemporanea a Melchiore Rindero.* Norimb. 1626. Scripsit quoque plures epistolas, quarum altera, *de pronuntiatione litterae Θ* orationi *Dan. Schwenteri de pronuntiatione litterae thau raphatae,* Norimb. 1625. editae, adiecta est; altera ad *Andr. Dinnerum* scripta, in Georgii Richteri epistolis p. 729. legitur. Complures alias autographas indicauit *Io. Christ. Wolfius* in conspectu suppell. epist. p. 26. 66. in primis p. 129. De his et reliquis scriptis, et itineribus m) per Britanniam, Germaniam, Heluetiam, et Italiam factis atque honoribus disputauit D. *Io. Augustin. Dietelmair,* theol. Altdorf. in progr. *de Metrophane Critopulo, huius* (Altdorfinae) *academiae quondam ciue, tandem patriarcha Alexandrino.* Altdorf. 1769. 4. vbi p. III. seq. eum valde laudat et vir, ait, haud spernendus erat, linguae graecae purioris dogmatumque sanctiorum, ab orientali inprimis ecclesia receptorum, callentissimus, a singulari non minus pietate, quam facundia et eruditione omnibus commendatus: cuius amplissima elogia a Matth. Berneggero effusa, offendes in *Chr. Aug. Heumanni* Poecil. tom. II. p. 236. seq. Idem p. V. commemorat, Critopulum Argentorati, vbi in aedibus Berneggeri hospitauit, *Grammaticam graeco-barbaram* conscripsisse, (conf. quoque *Heumann.* Poecil. l. c. p. 398.) Venetiis autem iussu Senatus, annuo trecentorum thalerorum stipendio promisso, per vnum annum graecam linguam puriorem docuisse, et iteratis patriarchae litteris, a. 1629. vere ineunte tandem CPolin reuertis-

m) Horum itinerum auctor suasorque fuit, (vt ait Dietelmair,) Cyrillus Lucaris, vt in eas se regiones aliquamdiu conferret, in quibus ecclesiae Protestantium florent potissimum: eo quidem consilio, vt earum doctrinam non modo accuratius peruosceret, verum etiam sensim imbiberet, sibique haec dogmata, Caluiniana praesertim, in ecclesiam graecam inuecturo, in patriam redux eo fortius opitularetur, quo excellentiores, praeter raram facundiam, ingenii dotes habere, nec immerito, credebatur, quarum beneficio ad detegendam suae ecclesiae superstitionem erroresque, vnitis cum praesule suo viribus, vel notandos vel profligandos, prae aliis videbatur idoneus. *Harl.*

vertisse. Quando autem diem obierit supremum, haud constat. Add. *Ge. Matthiae König* biblioth. vetus et noua p. 537. *Harl.*

[*Chrysolanus*, episcopus Mediolanens. Contra eum, processionem Spir. Scti a patre et filio vindicantem, scripsit Ioannes monachus apologiam, quae adseruatur *Mosquae* in cod. bibl. synod. XLVI. nr. 20. v. *Matthaei* Notit. cit. p. 325. add. ibid. p. 229. de cod. CCCLIII. nr. 4. et 5. *Harl.*]

[*Critopulus Imbrius*. Eius Oratio (εὐχή) *Florent.* in cod. Laur. XIII. nr. 28. plut. 59. et nr. 30. *Critopuli Michaelis Imbrii* versus. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. pag. 522. *Harl.*]

Ioannes Cubidius ICtus graecus scripsit de poenis. *Fabr.* *Vindobon.* in cod. II. nr. 4. ἐκ τῶ Ποινάλιῳ Ἰωάννε Κεβιδίε Ἀντικένσορος in collectione variarum legum ex Iustiniani Institutionibus etc. v. *Lambec.* VI. part. I. p. 26. Conf. *Suaresii* Notit. Basilicor. §. XXVII. p. 104. et §. XLII. et ad vtrumque locum not. Pohlii. *Harl.*

Ioannes Cucuzelus hymnos officii ecclesiastici apud Graecos animauit notis musicis, atque artem tradidit Psalticam, quae MS. in bibl. caesarea. Vide Nesselium I. p. 274. IV. p. 110. [v. supra in h. vol. p. 79.] Hic, vt videtur, Ioasaph Cucuzelus dicitur apud *Allatium* p. 100. de libris eccles. Graecorum.

[*Cunalis Critopulus* reddidit *Matthaei Blastaris* canonem lingua graeca recentiore. MS. *Mosquae* in cod. synod. CLI. nr. 1. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 83. *Harl.*]

Cyprianum monachum in mystagogia sacrorum ordinum citat *Nic. Comnenus* p. 397.

Cyrillus Lucaris ex Alexandrino patriarcha CPolitanus ab anno 1621. saepius detrusus, et, quum quinta vice restitutus esset, anno post 1638. strangulatus, successore *Cyrillo Berrhoënsi*, quem anno interiecto idem fatum mansit. Vide, quae iam notaui volum. VI. pag. 748. seq. *Fabr.* In hac noua edit. vol. VIII. p. 103. omisi catal. patriarcharum CPol. post captam vrbem. v. ibid. not. *e.* p. 101. Fabric. vero in vet. edit. de Cyrillo Lucari haec scripserat: „1600. Cyrill. Lucaris, Alexandrinus patriarcha, vicario nomine. 1621. Cyrill. Lucaris, qui vicario nomine iam functus patriarchatu fuerat, per annum vnum. 1624. Cyrill. Lucaris restitutus, annos octo. 1632. idem tertio restitutus, annum vnum et menses duos. 1633. idem quarto restitutus, annum vnum. 1637. idem quintum restitutus, sed post annum vnum strangulatus est.“ — Conf. supra vol. IX. p. 450. vbi a p. 448. plures Cyrilli referuntur, et *Saxium* in Onom. lit. part. IV. p. 359. seq. qui et alios de eo laudat, et *Cyrillus*, inquit, *Lucaris*, vel *Lucarius*, Cretensis, patriarcha primum Alexandrinus, tum CPolitanus, Lutheranae et Caluinianae doctrinarum christianarum formulae clanculum addictus, eo potissimum tempore (circa a. Chr. 1630.) in vexationum laqueos incidit. Is vero, quum adhuc Alexandriae versaretur, codicem venerandae antiquitatis, veteris et noui testamenti libros continentem, ad Carolum I. [v. supra, vol. III. p. 687. not. *kkk.* et *Kuinoel* supra ad vol. IV. p. 835. *H.*] dono misit. Vnde, qui in bibliotheca regia Westmonasteriensi

riensi etiamnum seruatur, vulgo cod. Alexandrinus vocari solet. vid. Fabric. l. c. item *Thomas Smithus* in *collectaneis de Cyrillo Lucario CPolitano*, p. 65. sq. [n]) Natus Cyrill. Luc. 1572. circiter; denatus 1638. instinctu Iesuitarum, a Turcis strangulatus." Add. *Koenigii* bibl. vetus et nou. p. 483. *Io. Mich. Langii* diss. de versione N. T. barbaro graeca etc. Altdorf. 1707. p. 8. sqq. — *Dietelmair* diss. de Metrophane Critop. supra cit. p. IV. et VI. — The Life of Cyrillus Lucaris — by *Thom. Smith.* Londin. 1680. 8. — *Georg. Chr. Bohnstedt* diss. de Cyrillo Lucari, eiusque pro re Graecorum emendanda certaminibus, Halae Magdeb. 1724. 4. — *Nic. Comnen. Papadopoli* l. c. tom. II. libr. II. c. 45. p. 292. sqq. *Harl.* Add. *Schroeckh.* Christl. Kircheng. seit d. Reform. tom. V. p. 394. seq. qui etiam p. 404. s. de Cyr. Lucaris successore *Cyrillo Berrhöensi* agit. *B.*

Cyrilli Lucaris *Confessio* (ἀνατολικὴ ὁμολογία τῆς χριστιανικῆς πίστεως) latine et anglice, Londini primum anno 1629. 4. deinde etiam graece ab ipso scripta et dictis S. Scripturae additis confirmata graece et latine prodiit Geneuae 1633. 4. 1645. 8. [o]) et graece ac gallice in *Iacobi Aymoni* monumentis authenticis de religione Graecorum, Hagae 1708. 4. p. 237. Patrum etiam dictis additis graece et latine recudi curauit *Io. Henr. Hottingerus* in adpendice ad analecta historica, Tiguri 1652. 8. pag. 398. seq. Exstat etiam versa germanice, sine loci notatione in 12. Contra hanc confessionem scripsere *Io. Matthaeus Caryophilus* et *Meletius Syrigus*, vt supra p. 416. et 437. (ed. nou. p. 477. et p. 474. sq.) iam notaui. [p]) Sed et sub Cyrillo Berrhoënsi anno 1639. CPoli, et sub Parthenio CPolitano patriarcha a. 16.2. coacta synodus Iasii in Moldauia, in quibus vtrisque confessio Cyrilli tamquam Calviniana et abhorrens a graecae ecclesiae dogmatibus fuit condemnata. *Prioris synodi decretum* Laureti a. 1639. in Vindiciis Sylvestri a Petra sancta, S. I. latine editum, graece etiam in Belgio a. 1645. ex MSto Allatii, et in Allatii opere de consensu lib. III. cap. 11. pag. 1061. seq. *Posterioris* vero graece cum praefatione Arsenii, hieromonachi CPol. Iasii Moldauiae a. 1642. in folio expanso, et graece ac latine Parisiis 1643. apud Cramoisium, cui editioni latinam versionem ab Hugone Grotio additam scribit *Nihusius* programmate ad Abr. Ecchel-lensis

n) Londini, typis Guil. Bowyeri 1707. 8. in quibus continentur narratio de vita, studiis, gestis et martyrio D. Cyrilli Lucarii, patriarchae CPol.; tum Lettre du Sieur van Haghe, legati Batau. ad imp. Turcarum; fragmentum vitae D. Cyrilli per D. Antonium Legerum; narratio historica turbarum, quas CPoli mouerunt Iesuitae aduersus Cyrillum patriarcham et alia. v. *Brüggemann* a View of the English edd. pag. 454. *Harl.*

o) Amstelod. videtur *Io. Fabricio* in Histor. bibl. Fabric. tom. VI. p. 441. qui de nostro Cyrillo, eius fatis vltimis et honoribus, illi post interitum praestitis, copiosius disserit, atque praeter Smithum Koenigiumque laudat Narrat. innoc. (germanice scriptas) a. 1709. p. 259. Cyrilli confessioni adiuncta est gemina eiusdem confessionis censura synodalis, altera a Cyrillo Berrhoënsi, altera a Parthenio. Add. eundem in Hist. citata part. III. p. 377. *Harl.*

p) Conf. *Ecclesiae orientalis confessio orthodoxa*, gr. interprete *Laurent. Normanno*, Lips. 1695. Auctor illius est *Petrus Mogilas*, expolitor *Meletius Syrigius*; auctoritatem nacta est a synodo hierosolymitana, a. 1672. sub patriarcha Dositheo celebrata. Plura dabit *Io. Fabric.* in hist. laudata tom. VI. p. 440. qui iam citauit Acta erudit. Lips. 1695. p. 319. Narrat. innocuas a. 1718. p. 810. Hellad. de Statu praes. ecclesiae gr. p. 102. et 108. et *Heinecc.* in delineat. vet. et rec. eccles. gr. part. I. p. 44. et part. II. p. 128. quo teste illam confessionem receperunt Russi atque aliqui Graecorum. Add. *Io. Andr. Schmid.* in Sagittarianae introduction. in histor. eccles. tom. II. exhibente supplementa tomi I. Ienae 1718. 4. p. 313. seq. *Harl.*

lenſis librum pag. 267. Exhibet etiam *Allatius* de conſenſu pag. 1082. ſeq. et *Harduinus* tom. vltimo concilior. pag. 171. Ceterum Amſtelodami a. 1718. 4. venalis in tabernis librariis comparuit liber hoc titulo: *Lettres anecdotes de* [?] *Cyrille Lucar, patriarche de Conſtantinople et ſa confeſſion de foi avec des remarques: le Concile de Jeruſalem tenu contre lui avec un examen de ſa doctrine. Atteſtations et pieces diuerſes, touchant la creance des Grecs modernes examinées ſelon les regles de la Theologie et du Droit.* Sed ſtatim obſeruatum eſt, nouo tantum titulo praefixo veterem venditari mercem, volumen nimirum, quod iam anno 1708. Iacobus Aymon Hagae in lucem emiſerat, inſcripſeratque: *Monumens authentiques de la religion des Grecs et de la fauſſeté de pluſieurs confeſſions de foi des Chrétiens Orientaux etc.* In hoc poſt editoris prolegomena familiam ducunt *Epiſtolae XXVII.* Cyrilli Lucaris, ſcriptae magna Cairo, Aleppone, Alexandria, CPoli, Tenedo, Chio vel Rhodo ad Geneuenſes, ad Diodatum, ad Georgium Abbatem archiep. Cantuar., ad Antonium Legerum, ad Vtenbogardum paſtorem eccleſiae Hagenſis, et ad Dauidem le Leu de Wilhelm, conſiliarium principis Auriaci: ſcriptae italice vel latine, additis ab editore gallica verſione et obſervationibus: q) Deinde p. 201. ſequitur *Chryſoſculi* [ſ. Chryſocoli] *Logothetae* narratio de molitionibus Ieſuitarum aduerſus Lucarem anno 1627. et 1628. ſuſceptis. Porro ſequuntur graece et gallice cum notis *acta ſynodi Hieroſolymitanae* ſub *Doſitheo* patriarcha celebratae anno 1672. quorum titulus: *ἀσπὶς ὀρθοδοξίας ἢ ἀπολογία καὶ ἔλεγχος πρὸς τοὺς διασύροντας τὴν ἀνατολικὴν ἐκκλησίαν αἱρετικῶς φρονεῖν ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων ὡς κακοφρονοῦσιν οὗτοι αὐτοὶ οἱ Καλβῖνοι.* *Clypeus orthodoxae fidei, ſiue apologia et confutatio aduerſus eos, qui orientalem eccleſiam calumniantur, ac ſi de deo rebusque diuinis haeretice, vt ſentiunt ipſi ſcilicet Calviniani, ſentiret.* In his actis decretum ſynodi vtriusque anno 1639. et 1642. aduerſus Cyrillum Lucarem habitae, p. 319. et 335. inſeritur. Atque ad calcem p. 446. in aes inciſae exhibentur ſubſcriptiones epiſcoporum, quales conſpiciuntur in autographo, quod ex bibl. regis Galliae Aymonus acceperat. r) Eadem ſynodi Hieroſolymitanae acta s) cum verſione M. F. e congregatione S. Mauri ord. S. Benedicti lucem viderant Pariſiis 1676. et emendatius 1678. 8. ſubiuncta *Dionyſii* patriarchae CPol. Synodica de Caluinianorum erroribus, promulgata anno 1672. cum qua etiam recuſa leguntur tomo vltimo conciliorum Harduini p. 179. In illis actis p. 284 - 297. editionis [?] Aymonianae varia excerpta leguntur ex Cyrilli

q) In *Monumentis pietatis, et Literariis virorum in re publ. et literaria illuſtrium, ſelectis,* (editis a D. Lud. Chriſti. Mieg,) Francof. ad M. 1702. 4. et quidem in poſteriore parte ſunt Cyrilli epiſt. ad Guſtau. Adolphum, regem Suecorum, (p. 238. ſqq.) et ad Axel. de Oxenſtirn, (p. 242. ſeq.) in qua etiam mentio fit controuerſiae Graecorum cum Catholicis de ingreſſu in templum Bethlehemiticum. v. *Stolle* in: Kurze Nachricht von den Büchern — in der Stolliſchen Biblioth. part. I. p. 116. Ienae 1733. 4. *Harl.*

r) Vide Ephemerides Pariſ. a. 1709. Mai. pag. 81. Mem. de Treu. 1712. p. 743. Hiſt. d. Ouvrag. des Sav. 1708. p. 497. Nouv. Rep. d. lettr. 1708. Aout. Illum codicem MS. quem in Belgium Aymonus adtulerat, rex Chriſtianiſſimus per Marchionem de Torcy repetiit recepitque, a. 1709. Vide *D. Pfaffii* diſſ. de Euchariſtia contra Lud. Rogerium pag. 7.

s) De hac ſynodo Hieroſol. exſtat diſſertatio doctoris mei *Tho. Ittigii* in adpendice ad librum de haereſiarchis pag. 412. ſeq. [add. infra, vol. XI. p. 729. ſeq. ed. vet. *Harl.*]

Cyrilli Lucaris *homiliis*, adhuc, quod ſciam, ineditis. De Cyrillo praeterea conſulenda *Tho. Smithi* vtraque miſcellanea Lond. 1686. et 1690. edita in 8. t) et collectanea de Cyrillo Lucario, ibid. 1707. 8. quae ſcripta, ſi quis cum *Allatio* p. 1070. ſeq. de conſenſu, *Rich. Simonis* lib. de transſubſtantiatione, u) et Euſebii Renaudoti libro aduerſus Aymonum contulerit, miſeri Cyrilli fatum dolebit, vtrinque multa videbit exaggerata, a Cyrillo tamen ſinceram graecae eccleſiae de dogmatibus ſententiam petendam eſſe non credet, perinde vt nec a profeſſis Cyrilli hoſtibus.

Cyrillus Chius, qui Pariſiis a. 1643. edidit et abbati Philareto in remiſſionem peccatorum ſuorum obtulit libellum lingua Graecorum vulgari meditationes in orationem Dominicam complexum hoc titulo: *ψυχωφελὲς Σαραντάρι, ἤγου ἐξήγησις ψυχωφελὴς διὰ σαράντα* (quadraginta) *ςίχων εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν, ποιηθὲν παρὰ* Κυρίλλου τοῦ Χίου *ἱεροδιακόνου τοῦ καὶ τὸν μονήρη βίον ἀσπασαμένου*. Vide *Cangium* in *Σαραντάρι*. *Fabr.* V. ſupra, vol. IX. p. 449. *Harl.*

[*Cyrilli*, *diaconi*, martyrium, *Oxon.* in bibl. Bodl. cod. Barocc. CCXL. Add. ſupra, vol. X. p. 216. — Ibid. de *Cyrillo* Morauorum etc. apoſtolo, circ. a. 859. de quo tamen plura enarrantur in opere, cuius praecipua pars perlongae inſcriptionis haec eſt: *Sacra Morauiae hiſtoria, ſiue vita SS. Cyrilli et Methudii — — meritis Morauiae, Bohemiae, ſuperioris Sileſiae — — apoſtolorum*, etc. *Nunc primum illa omnia luci publicae expoſita a Io. Georgio Stredowsky* etc. Solisbaci, impenſis Ge. Lehmanni, 1710. 4. Libr. II. p. 82. ſqq. 262. ſqq. Ex quo opere plura excerpſit V. quidam doctus in *Baumgartenii* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. IV. p. 309. ſqq. — De vtroque vid. quoque Introd. meam in hiſt. L. G. II. part. 2. pag. 302. ſeq. *Harl.*]

[*Cyrillus, monachus.* Eius *ὑποτύπωσις βραχεῖα διαλέξεως πρὸς Λατίνων de azymis*, *Moſquae* in cod. ſynod. CCCLIII. v. *Matthaei* Notit. cit. p. 230. nr. 24. — *Cyrilli presbyteri*, *eremitae* montis Carmeli, viſio, ſ. vaticinium, cum interpretatione, *Cantabrigiae* in colleg. Gaio-Gonuilenſ. cod. CXLII. ſ. nr. 1206. cat. MSS. Angliae tom. I. part. 3. *Harl.*]

Damaſceni Theſſalonicenſis Hypodiaconi, Studitae, conciones in feſta anni, idiomate Graecorum vulgari Venetiis prodierunt apud Antonium Pinellum 1628. 8. Vide volum. VIII. p. 88. et *Leunclauii* Pandectem Turcicum nr. 186. *Cangii* Gloſſar. in *Τιμάριον*. *Alla-*

t) Conf. Acta erudit Lipſ. 1687. m. Febr. p. 95. ſqq. et a. 1691. m. Febr. p. 83. *Harl.*

u) Idem *Rich. Simon*, ſub nomine *de Moni* in Hiſtoire critique de la creance et des coûtumes des Nations, Francof. ad M. 1684. 12. de Cyrillo Luc. et contra eum, eiusque confeſſionem, de eius aduerſario *Meletio Syrigo* etc. diſputat. v. Acta erud. Lipſ. 1684. m. Nou. p. 490. ſeq. — Alios iam antea excitaui. — *Cyrillus Luc.* ſcripſit quoque praefat. ad ed. N. T. a Maximo Calliopolita in linguam gr. recentior. translati, (Lugd. B. ap. Elzeuir.) 1638. 4. v. *Baumgart.* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. VIII. part. 43. p. 1. ſeq. et infra de Maximo Calliopolita. *Harl.*

Allatium de consensu p. 838. 1258. 1310. 1343. Orationem XIV. de misericordia dei et virtute bonorum operum laudat *Nic. Comnenus* p. 24. Sermonem XXV. qui est de adoratione viuificae crucis, *Allatius* p. 1358. *Fabr.* *Taurini* in cod. regio CCXLVIII. exstat *Damasceni episcopi Studitae* libellus, in quo collecta sunt ex veterum philosophorum, (Aeliani, Aristotelis, Philae aliorumque,) libris, quaecumque de auibus et terrestribus atque marinis animantibus ab his dicta fuerant, et communior interpretatio subditur, capp. XCI. v. catal. codd. gr. Taurin. p. 367. seq. et confector suspicatur, hanc collectionem eamdem esse, quam Leo Allatius in prolegg. ad S. Damascenum, editioni Lequien praemissis, memorat numeratque capp. XC. at, sibi non constare, addit, num Damascenus episcop. Studita alius sit a Damasceno monacho, hypodiacono Studita, Thessalonicensi, an vero prorsus idem, qui postea in episcopatum adsumtus ingenium rebus hisce colligendis exercuerit. Add. supra, vol. VIII. p. 88. — In codd. *Nanian.* Venet. LXXXV. nr. 5. et CLX. nr. 9. et 11. sunt ad monachos duae paraeneses *episcopi Damasceni* λιτῆς καὶ ξενδίνης καὶ προέδρε πολιανῆς, sermone vulgari. v. codd. gr. Nan. p. 173. et 361. *Harl.*

Daniel Cuboclesius oratione de SS. apostolis citatur a *Nic. Comneno* p. 401. Oratione IV. de processione Spiritus S. p. 226.

Daniel Cycizenus, Gregorii Cyprii aduersarius.

Danielis, *Nicaeni* archiepiscopi, commentarium ad Nouellas laudat *Nic. Comnenus* p. 159.

Daniel Raithenus siue Raithuensis vitam Io. Climaci scripsit, vt dixi volum. IX. p. 523. *Fabr.* Add. cod. caes. CLXXVII. nr. 4. apud *Lambec.* IV. p. 413. Kollar. in nota *A.* monet, Fabric. etiam in indice errasse, qui Danielem monachum Raithenum pro gemino haberet, et *Ruthenus* pro *Raithenus* scriberet; atque in cod. caesareo, vitam *Ioannis* confectam esse ὑπὸ Δανιὴλ ταπεινȣ̃ μοναχȣ̃ Ῥαϊθηνȣ̃, diserte legitur. — *Mosquae* in cod. synod. CXLVI. Danielis monachi ῥαϊθȣ̃ vita Ioannis scholastici, praemissa Io. Climaci scalae v. *Matthaei* not. codd. gr. p. 78. nr. 2. —De Daniele monacho v. supra vol. VII. p. 697. et de vita Io. Clim. supra vol. X. p. 263. *Venet.* in cod. Naniano LXV. nr. 2. v. cat. cit. p. 117. *Harl.*

Danielis, *abbatis*, narratio de puero Hebraeo per ludum a pueris Christianis baptizato. MS. *Lambec.* VIII. p. 352. *Fabr.* p. 744. seq. nr. 19. cod. XXXII. ed. Kollar. qui adnotat, Danielem hunc abbatem diuersum non videri ab illo, cuius apophthegmata leguntur apud *Coteler.* eccl. gr. monum. tom. I. p. 419. quique ibidem p. 421. abbas Daniel *Pharanites* adpellatur. — add. cod. XLI. nr. 2. et *Lambec.* VIII. p. 839. *In poetae cuiusdam graeci iambis*, versu 18. (e cod. bibl. Nanianae editis) in Anecdotis litterariis ex MSS. codd. erutis, vol. II. Romae (1773.) 8. p. 25. laudantur *Danielis Scetiotae practica documenta* (τὰ πρακτέα) atque editori Daniel hicce *Scetiota* videtur esse Daniel ille abbas, quem Fabricius h. l. memorauit, quod confirmatur cod. Laur. — *Paris.* in bibl. publ. cod. CMXIV. nr. 10. *Dan. abbatis* narratio de Patricia, quae Eunuchi nomen accepit, et nr. 13. vitae *Dan.* abbatis compendium. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. III. nr. 6. plut. 10. *nouus paradisus Danielis*

nielis Scetiotae: incip. ἦν τις γέρων ἐν τῇ Σκήτει, ὀνόματι Δανιήλ; (est quoque in codd. *Coislin.* CCXXXII. et CCLXXXIII. in octo capp. quae videntur esse ista πρακτικά. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 295. et 399.) — in eod. cod. Laurent. nr. 7. de abbate Daniele: inc. ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Δανιὴλ παιδιόθεν ἀπετάξατο εἰς Σκῆτιν· — nr. 8. de b. Eulogio Latomo: inc. Γέγονε κατὰ τὴν Θηβαΐδα ὁ ἀββᾶς Δανιὴλ ὁ πρεσβύτερος τῆς Σκήτεως· — et nr. 9. eiusd. abbatis Danielis de *Patricia*, transfigurata in eunuchum. init. συνέχές τις ἔμεινεν εἰς τὴν ἔρημον τὴν ἐνδοτέραν τῆς Σκήτεως· V. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 471. — eadem narratio *de Patricia* est quoque *Romae* in bibl. Vatic. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 142. *B.* Add. supra, vol. X. p. 217. *Harl.*

[*Daniel*, metropolita *Ephesi*, cuius διήγησιν et περίοδον τῶν ἁγίων τόπων *Mingarellius* ex cod. *Naniano* CXXVII. nr. 2. graece euulgauit in cat. codd. gr. Nan. p. 282 - 297. *Harl.*]

[Ad *Danielem*, *Aeni metropolitam*, epistola Gregorii Palamae, in cod. *Coislin.* XCIX. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 170. — et in cod. CCCLXXVIII. Chrysostomi epist. ad *Danielem presbyterum*, ibid. p. 566. et inedit. 211. — ib. p. 131. *Daniel sacerdos* dicitur accurasse cod. LXXIII. s. Io. Chrysostomi homilias in acta apostol. — ib. p. 421 et 423. a *Daniele Racendyta*, i. e. monacho, a. 1549. et 1552. scripti sunt codd. CCCVI. et CCCVII. *Harl.*]

[*Daniel Stylita.* v. supra, vol. X. p. 217. fin. De variis codd. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. in indice. *Harl.*]

Datianebis, Δατιανήβυς, ICti liber περὶ ἰδικῶν ἀγωγῶν *de actionibus specialibus* MS. in bibl. caesarea, *Lambec.* VI. pag. 8. *Fabr.* Siue p. 17. ed. Kollar. qui in nota *A.* adsentitur Fabricio nostro, infra in vol. XII. p. 563. haud dubitanti, nomen Δατιανήβυς esse corruptum, et graecis litteris male expressa verba latina tituli *de actionibus.* Sic quoque sub falso et commentitio nomine Διαςιανίβυ *de actionibus specialibus* exstat *Venet.* in bibl. Marc. CLXXIII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 102. *Harl.*

Dauidis monachi δήλωσις περὶ τῆς τοῦ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου αἱρέσεως, *Historia haereseos Barlaami et Acindyni* (circa a. 1348.) MS. in variis bibliothecis, vt caesarea, regis Galliae, Bauarica etc. *) Excerpta ex illa apud *Allatium* p. 838. de consensu, et tom I. Graeciae orthodoxae [P] pag. 820. plura apud Gretserum pag. 928. ad Cantacuzen. Vide et *Lambecium* V. p. 206. *Fabr.* s. p. 426. ed. Kollar. nr. 16. cod. CCLXVI. *Harl.*

Dauid διβύπατος, cuius scripta contra Barlaamum et Acindynum adseruari in bibl. regia cod. DCXCII. testatur Cangius Glossario Latino in *Dissipatus.* Idem fortasse postea inter

*) Sec. *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSt. p. 595. *C.* in cod. August. Vindel. LXXVIII. (s. in *Reiseri* ind. MSSt. bibl. Augustanae p. 27. nr. 23.) et pag. 774. *C. Paris.* in cod. card. Radulphi, in bibl. regia. — *Mosquae* in cod. syn. CCLXXVII. nr. 1. v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosq. p. 177. add. sequent. *Dauidem* διυπατον. *Harl.*

inter monachos nomen professus est suum, atque adeo cum priore vnus idemque est, vt praestantissimo *Caueo* etiam placuisse video. *Fabr.* Sec. cat. MSS. bibl. publ. Paris. vol. II. est in cod. MCCXLVII. nr. 1. *Dauidis* Διουπάτε ad Nic. Cabasilam liber de Barlaami et Acindyni blasphemiis; atque *R. Gerio* ad Cauei hist. litter. tom. II. p. 49. seq. vbi agit de *Dauide monacho*, natione Graeco, quem patria Thessalonicensem fuisse atque claruisse circa a. 1348. suspicatur, eundem cum Dauide Dishypato, et auctorem eiusdem operis contra Barlaamum etc. esse, videtur verisimillimum. — Sub nomine Dauidis Διουπάτε, *Venet.* in cod. bibl. Marc. CLIII. fin. v. cat. codd. gr. Marc. p. 87. et supra ad cap. XXIX. §. 22. de Barlaamo etc. *Harl.*

[*Dauidi Thessalonicensi philosopho* tribuitur comment. in prolegomena philosophiae, in quinque voces Porphyrii et in decem categorias Aristotelis, in cod. reg. *Taurin.* CVIII, v. cat. codd. gr. Taur. p. 214. seq. et conf. supra, vol. III. p. 209. seq. et p. 485. vbi patriae mentio in codd. citt. deest, atque ad vol. V. p. 736. seq. ac 738. et vol. VII. p. 747. seq. de *Niceta, Dauide*, philosopho, ibique not. *b.* — *Augustae Vindel.* in bibl. publ. cod. *Dauidis*, philosophi christiani, interpretatio praedicabilium quinque Porphyrii et decem categoriar. Aristotelis; iterum eiusd. quaestiones cum solutionibus in Aristot. scripta logica; teste *Reisero* in Ind. MSS. August. p. 77. — *Venet.* in bibl. Marc. codd. CCXXXV. *Dauid* τε Θεοφιλεστάτε in categorias Aristotelis commentarii, et DXCIX. *Dauid* cuiusdam (s. potius, eiusdem,) philosophi prolegg. quinque vocum philosophiae; eiusd. prolegg. in Porphyrii isagogen, et expositio in categorias Aristotelis v. catal. codd. gr. Marc. p. 119. et 312. Atque cl. *Morell.* in bibl. MSt. gr. et lat. I. p. 184. promittit, se de comm. illis multa ad cod. Marc. DXCIX. esse prolaturum. *Harl.*]

[*Dauidis*, Mitylenensis, *Georgii* et *Symeonis*, confessorum, officium et vita, *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXI. nr. 1. et 2. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. vol. I. p. 425. *Harl.*]

[*Demetrius*, ὁ Χωματινὸς, *archiepiscopus Bulgariae* ad Constantinum archiepiscop. Δυῤῥαχίε, Cabasilam, responsio, *Mosquae* in cod. synod. XXXII. nr. 72. sic indicatur in *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. ed. in fol. p. 55. sed in ed. in 8. p. 47. nr. 135. ita memoratur: Δημήτριος — Βελγαρίας et Κωνσαντῖνος, ἀρχιεπισκ. διῤῥαχίε, ὁ Καβάσιλας: in cod. CCCXCIII. nr. 7. eiusdem interpretatio Psalmi: ἄνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος, αἱ ἡμέραι αὐτε· in ead. Notitia ed. in 8. p. 249. vbi vero ille dicitur ὁ Χωματιανός. — *Vindobonae* in cod. caes. XLV. nr. 27. *Demetrii* τε Χωματινε, Bulgariae archiep. circa a. 1204. clari, *de cognationum gradibus* responsum epistolare. v. *Kollar.* supplem. ad Lambecii comm. pag. 328. seq. qui aduotat, id gr. et lat. legi editum in *Leunclauii* Iure graeco-rom. p. 311. sed in vltimo codicis folio cognationum diagramma adhuc exhiberi. — *Monac.* in cod. Bauar. LXII. *Demetrii* — τε Χωματιανε, πονήματα διάφορα, opuscula varia, elaborata ab ipso, quum esset eiusdem S. magnae ecclesiae *chartophylax*: primum in capp. CLII. de matrimoniis, cognationum gradibus, hereditatibus, testamentis aliisque rebus iuridicis agitur; tum sequuntur *Constantini Cabasilae*, Dyrrachii metropolitae, quaestiones et *Demetrii*

 Choma-

Chomatiani responsiones, liturgici potissimum argumenti, quarum nonnullae editae sunt a Leunclauio l. c. p. 316. — dein Stephani Ducae, regis Seruiorum, quaestiones et *Demetrii* responsiones liturgicae numero XIII. nondum editae: denique quaestiones canonicae ad Demetrium chartophylacem, et responsiones ad easdem nr. XXI. v. cl. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 2. p. 16 - 46. cui p. 45. videtur Fabricius noster, (v. infra, vol. XII. p. 483.) Demetrium Chartophylacem distinguere a Chomatiano, quum tamen ex codicis inscriptione, vnum eumdemque esse, clare intelligatur. — *Demetrii Chomatiani* varia opera, (an eadem, quae sunt in cod. Bauarico?) in bibl. *Escorial.* v. *Plüer* itinerar. per Hispan. p. 165. Conf. *Pohlii* not. λ. ad Suaresii notit. Basilicorum, p. 142. et *I. A. Bachii* histor. iurispr. rom. ed. quint. libr. IV. cap. 2. §. 12. p. 653. seq. vbi adnotatur, a *I. Gottfr. Sammeto* in disp. de hypobolo §. VIII. p. 28. Opusc. agi de eius aetate. *Harl.*]

[*Demetrii Melidonis* grammaticalis in Homerum explicatio, *Romae* in cod. Ottobon. teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 187. *A.* vid. supra ad vol. VI. p. 337. et 362. vbi aliorum quoque Demetriorum fit mentio. *Harl.*]

[*Demetrius hierodiaconus*, imperantibus Ioanne et Maria Palaeologis a. C. 1432. scriba codicis *Coislin.* XXXVIII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 113. — ibid. p. 185. 195. 211. 422. saepius S. *Demetrii* miracula et vltimum supplicium; conf. supra vol. VII. p. 683. nr. 6. et vol. X. p. 218. seq. — In eadem bibl. *Coisl.* p. 516. 517. et 576. *Demetrius* quidam, ad quem scripsit Libanius, et eius fragm. in Maximi operibus: — ib. p. 570. *Demetrius episcopus*, ad quem epistolam misit Chrysostomus, et in edit. ep. 148. — ibid. p. 324. ad *Demetrium Hypatum* ep. Theodori Studitae. — ib. p. 514. in cod. CCCXLVII. memoratur *Demetrius Suniensis.* — *Demetrii Tridenii* Epinoëma s. consideratio, in cod. *Escorial.* v. *Plüer.* itiner. per Hispan. p. 165. *Harl.*]

[*D. Demetrii Gemistae* al. *Gemisti*, protonotarii magnae ecclesiae et diaconi, *Διάταξις τῶν λειτεργιῶν καὶ χειροτονιῶν·* *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossian. v. catal. bibl. Leid. p. 402. nr. 15. Eiusdem id. opus, siue ordo liturgiae patriarchalis; item de ordinationibus, quo pacto illae peragantur, *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCLXII. nr. 8. — ib. in cod. MMCCCXIV. nr. 3. eiusd. hymnus in S. Chrysostomum. — de officio patriarchae, *Romae* in bibl. Vatic. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 12. *A. Harl.*]

[*Demetrii Lydi* monachi in euangelia, in cod. bibl. *Escorial.* teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 619. *A.* — et p. 496. *B. Demetrii protocensoris* scholia in arithmetica Nicomedis, *Mediolani* in bibl. Ambrosiana. *Harl.*]

[*Demetrius Taloquidus* Plutarchi vitas in linguam transtulit vulgarem. v. *Montfauc.* l. c. p. 962. *B.* nr. 11. — De multis aliis *Demetriis*, quorum memoriam in bibl. nostra gr. passim laudatur, v. indic. atque indic. ad *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. *Harl.* Qui *Demetrio Cyziceno* tributus est a Combefisio Tractatus de rebus Armeniae, eum sub Philippi Solitarii nomine edidit Galland. B. PP. XIV. 266. seq. vbi vid. Prolegg. c. 15. *B.*]

[*Demetrii Tornicii*, nomine Isaaci Angeli Comneni ad quemdam episcopum inedita epistola de processione Spiritus S. *Paris.* in bibl. publ. cod. MMDCCCXXX. nr. 15. inc.

Τὸν

Τὸν μὲν πρῶτον λόγον· et ibid. in cod. MMCMLXVI. nr. 4. *Demetrii* ad Mousouram epistola. *Harl.*]

Didymus Claudius de analogia Romanorum citatur a Meursio in glossario Graeco, voce Δηνάριον et Σηστέρτιον.

[*Didymi oculatissimi* vita in historia monachorum aegyptiorum, in codd. *Coislin.* LXXXIII. et CCLXXXII. ex historia Lausiaca: — ad eum scribit Seuerus Antioch. in cod. VIII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 44. 55. 139. et 399. — ibid. p. 137. in cod. LXXX. *Didymi monachi* fragmm. in scholiis ad Theodoreti interpretationem Psalmorum. — *Didymus* haereticus condemnatur, in synodo CPolit. et definitionibus fidei orthodoxae, a *Montfauc*, ibid. p. 265. seq. ex cod. CCV. editis. *Harl.*]

Dionysius Acindynus in historia victoriarum Gregorii Acindyni, patrui sui, de Palama, citatur *Nic. Comneno* p. 144.

Dionysius, patriarcha CPol. synodico, vt nullus clericus sponte indicetur apud infideles, citatur a *Nic. Comneno* p. 285.

Dionysius Musalimes, patriarcha CPol. a. 1672. auctor decreti contra errores Caluinianos, quod graece et latine editum ad calcem synodi Hierosolymitanae, illo anno sub Dositheo habitae, supra p. 500. (ed. nou. p. 602.) Idem approbauit confessionem de qua p. 437. ed. vet. Vide *Arnaldum* Apologie pour les Catholiques tom. II. p. 2. p. 151.

Thomas Diplovatatius patricius CPolitanus et ICtus sub extremum saeculi XV. celebris, saepeque laudatus a *Nic. Comneno*, qui in Italia scripsisse notat pag. 139. vocatque iurisconsultissimum et sapientissimum p. 403. citans eius *Synopsin iuris graeci* pag. 20. 35. 59. etc. *librum III. de iure Graecorum* pag. 139. *ad Nouellas* pag. 156. *in IV. controuers. Graecorum* pag. 45. 55. *notas ad sententias synodales* pag. 252. *ecthesin canonum apostolorum* pag. 242. *explicationem regularum Nicephori CPol.* et *notas ad epistolam orthodoxam Bessarionis*, pag. 325. 332. Scripsisse etiam traditur libros duodecim *de praestantia Doctorum* et *clarissimis Iurisconsultis*, in quibus diligentissime vir ille et iuris ciuilis dignitatem explicauit, et auctores eius omnes interpretesque a Phoroneo ducta serie ad sua vsque tempora deduxit. Sed hoc opus Baptistae Egnatio et Michaeli Neandro [w]) celebratum aut periit iam olim, (inquit in Bibl. bibliothecarum Labbeus,) aut alicubi ab aliquibus supprimitur, ne in manus multorum veniat. Ad hunc Diplouatatium epistola Al. Gabuardi exstat ad calcem versionis librorum Arriani de rebus gestis Alexandri, compositae a Barth. Facio, editaeque Pisauri 1509. fol. *Fabr.* Plura Fabric. collegit infra, in vol. XII. p. 555. sqq. add. *Saxium* in Onom. lit. part. III. p. 3. ad a. 1500. (mortuus vero est Th. Diplouat. 1538.) ac p. 576. et quos vtroque loco citat: in his Memorie di Tommaso Diplouatatio: — raccolte da *Annibale degli* Abati *Oliuieri*, in *Pesaro* 1771. 4. *Harl.*

Domi-

w) Vide *Neandri* praefat. ad erotemata graecae linguae p. 157.

Dominici Gradensis patriarchae epistola ad Petrum Antiochenum circa a. 1050. edita a *Cotelerio* tom. II. monum. supra p. 330. ed. vet. *Fabr.* Epistola MS. exstat *Venet.* in bibl. Marc. cod. XLIX. v. cl. *Morell.* bibl. MSt. I. p. 60. sq. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLXVIII. nr. 3. — De aliis *Dominicis* v. ind. ad *Montfauc.* Bibl. bibl. MSSt. *Harl.*

Domninus Nomicus ICtus ad nouellas constitutiones Isaaci Comneni citatur a *Nic. Comneno* p. 372. 402. *Fabr.* Conf. *Bachii* Hist. iurisprud. rom. lib. III. cap. IV. §. 9. pag. 546. ed. quintae. — et *Pohl.* not. ad Suaresii notit. Basilicor. §. XLII. p. 136. seq. qui etiam adnotat, hunc *Domninum* distinguendum esse a *Domnino*, qui ante Iustiniani tempora floruit, et ad codices Gregorianum, Hermogenianum et Theodosianum commentatus est, laudatque *Reitzii* excursum XX. ad Theophilum, p. 1235. *Harl.*

[*Domninus*, al. *Domnininus*, Larissaeus philosophus: eius enchiridion arithmeticae introductionis *Paris.* in cod. Mazarin. CXLVI. teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 1307. *C.* et 1323. *E.* et in cat. MSS. bibl. Par. reg. vol. II. (vbi vocatur *Domnus*,) in cod. MMCDIX. nr. 5. at *Domninus* in cod. MMDXXXI. Idem eiusdem libri auctor dicitur *Domnius* in cod. *Coislin.* CLXXIII. teste *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 229. — et in cod. *Venet.* bibl. Marc. CCCXVIII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 147. Conf. supra, vol. VIII. pag. 129. §. V. fin. ibique not. et vol. VII. p. 444. et 445. de *Domnino*, inter chronographos laudato, ibique not. *. ac vol. III. p. 171. — De *Domnis* medicis v. infra in elencho medicor. vett. in vol. XIII. p. 145. *Harl.*]

[P] *Dorothei*, monachi, schol. in compendium legum Leonis et Constantini id. p. 408. Scholia in canones concilior. p. 398. *Fabr.* — De *Dorotheo*, viro illustri, Quaestorio, et in schola Berytensi antecessore, eodemque in Digestis, inprimisque Institutionibus componendis Triboniani socio, qui scripsit *commentarios Digestorum.* v. *Bachii* Histor. cit. lib. IV. cap. 1. §. 9. p. 602. (et quos ille laudat,) qui tamen, arbitratus, illum quoque confecisse *Indicem* codicis, refutatur a Stockmanno ibid. in not. cui Ἰνδεξ iste nihil aliud fuisse videtur, ac summa legum, s. epitome, vti iam *Suaresius* in Notit. Basilicor. §. 38. coniecerat. Adsentit quodam modo *Fabric.* noster infra in vol. XII. p. 428. sed dissentit, dum *Suaresius* putabat, fragmentum illius esse glossas, quas Car. Labbeus edidit Paris. 1606. Contra *Pohl.* in not. ad Suaref. locum p. 130. subscribere malit *Assemanni* iudicio in bibl. iuris orient. lib. II. cap. 20. p. 414., *Indicem* in Basilicis laudatum habere auctorem *Stephanum* ICtum, quem p. 421. l. c. ad Alexii Comneni tempora refert. Add. *Guil. Otton. Reitz.* in excursu XX. ad Theophilum p. 1242. — Thalelaei, Theodori, Stephani, Cyrilli aliorumque ICtor. graecor. commentarios in titulos Digestorum et codicis de postulando — ex cod. MSto bibl. Lugduno-Bat. primum edidit, latine vertit et castigauit *Dav. Ruhnken.* Hagae Com. 1752. fol. et in Thesauro iuris *Meermanniano*, tom. III. et IV. v. *Saxii* Onom. lit. II. p. 37. ad a. C. 530. — De multis aliis *Dorotheis* v. praeter indic. ad bibl. gr. supra in vol. VII. p. 452. sqq. ibique notas, it. supra ad vol. X. p. 221. et in hoc vol. p. 103. sqq. et quae ibi adieci in notis, ac in h. vol. cap. XXXIX. §. 33. — Auctorem tomi primi *S. generalis florentinae synodi*, (excud. Stephan. Paulin.) in 4. aut historiae ipsius esse *Dorotheum*, metropolitam Mytilen. euincitur in recensione illius operis, in *Baumgartenii* Nachricht von

merk-

merkwürd. Büch. tom. VI. p. 427. seq. add. ib. p. 446: p. 499. et 507. atque p. 514. de *Dorotheo Trapezuntio* (add. *Morelli* bibl. MSS. I. p. 63. seq.) in rec. *Sguropuli* histor. concil. Florent. ed. Creyghton. Hagae Comit. 1660. min. fol. — De *Dorothei*, metropol. Monembasiae in Peloponneso (circ. a. 1629) *Chronographia*, vulgari dialecto graeca scripta, opera et studio *Apostoli* cuiusdam cap. II. p. 70. *Cigarae*, Venet. 1637. et 1686. 4. diuersis sub titulis edita, vid. Supplem. in *Saxii* Onom. VII. in ind. p. 330. *Harl.* *Dorothei*, archimandritae, opera post Front. Ducaeum *Galland.* in bibl. PP. XII. 369. edidit, vbi vid. Prolegg. c. 18.

Dositheus, monachus, in explicatione Synaxariorum p. 139. et in collectione canonum p. 145.

Dositheus, Chartophylax, in synopsi Canonum p. 142.

Dositheus, patriarcha Hierosol. Nectarii antecessoris sui ἀντίῤῥησιν contra Petrum Franciscanum de imperio papae in ecclesiam, graece vulgauit Iassii in Moldoblachia siue Moldauia a. 1682. fol. minore: x) ipse fortasse auctor operis, iudice Altimura. De eiusdem Dosithei ipsius voluminibus tribus aduersus romanam ecclesiam, quae impugnanda sibi sumsit Aloysius Andruzzi, dixi supra pag. 420. (ed. nou. pag. 452.) Idem Dositheus auctor Canonum synodi Hierosol. a. 1672. de qua supra pag. 500. (ed. nou. pag. 601.) in Cyrillo Lucari. Sed, quod pace lectoris fiat, hunc scriptorum elenchum hoc loco, vbi de Dositheo Hierosolymitano agimus, syllabo duplici episcoporum Hierosolymitanorum dispungamus.

Series chronologica episcoporum Hierosolymitanorum, ex obseruationibus DAN. PAPEBROCHII S. I. in Actis Sanctorum Tom. III. Maii et Tom. VII. pag. 696. seq.

1. S. Iacobus, frater domini
2. Symeon, qui et Simon, ab a. C. 46. ad 107.
3. Iustus, qui et Iudas, 107. ad 111.
4. Zachaeus vel Zacharias
5. Tobias
6. Beniamin
7. Ioannes

(4.–7.) ab a. 111. ad 125.

8. Matthias vel Matthaeus
9. Philippus

(8.–9.) ab a. 111. ad 125.

10. Seneca
11. Iustus
12. Leui
13. Ephrem
14. Ioseph
15. Iudas, qui et Quiriac.

(10.–15.) ab a. 124. ad 133.

16. Mar-

x) Sumt. et auctoritate *Dosithei*, ed. ab *Anthimo*, episcopo Remnic. sub titulo Τόμος χαρᾶς etc: Remnic, 1705. fol. v. *Baumgart.* Nachricht. etc. tom. VII. p. 551. sqq. — Idem confecit editque συναγωγὴν νόμων ἐκ διαφόρων νομίμων in cod. *Mosquensi* synod. XXXII. quem ab eo ipso Mosquam esse missum, idque manu ipsius in eo notatum, animaduertit *Matthaei* in Not. codd. gr. Mosq. p. 46. idemque p. 30. et saepius plures refert codd. quos Dositheus Mosquam misit et donauit. Add. infra, ad *Alex. Helladium* et supra in h. vol. Procopium §. 19. *Harl.*

16. Marcus, ab a. 135. ad 156.
17. Caſſianus
18. Publius
19. Maximus
20. Iulianus
21. Gaianus ſiue Gaius
22. Symmachus
23. Gaius
24. Iulianus
25. Capiton ſiue Apion.

} ab a. 156. ad 185.

26. Maximus
27. Antonius
28. Valens
29. Dolichianus
30. Narciſſus
31. Dius
32. Germanion
33. Gordius
iterum Narciſſus

} ab a. 185. ad 212.

[P] 34. Alexander, martyr ab a. 212. ad 250.
35. Mazabanes ab a. 250. ad 266.
36. Hymenaeus ab a. 266. ad 298.
37. Zabdas ab a. 298. ad 302.
38. Hermon ab a. 302. ad 314.
39. Macarius ab a. 314. ad 333.
40. Maximus III. ab a. 333. ad 348.
41. Cyrillus ab a. 348. deinde per tumultus Arianorum ter expulſus reſtitutusque et a. 389. defunctus. Ad epiſcopatum interim admoti *Heraclius*, *Eutychius*, *Irenaeus*, *Hilarius* ſiue *Hilario*; alii nominant etiam *Narciſſum*, *Helladium*, vel, vt Epiphanius, alterum *Cyrillum*, Nicephorus *Arſenium*, Theodoricus Pauli *Quiriacum*.
42. Ioannes primus PATRIARCHA ab a. 389. ad 415.
43. Praylius ab a. 416. ad 418.
44. Iuuenalis ab a. 418. ad 458.
45. Anaſtaſius ab a. 458. ad 478.
46. Martyrius ab a. 478. ad 486.
47. Saluſtius ab a. 486. ad 493.
48. Elias ab a. 493. ad 518.
49. Ioannes III. ab a. 518. ad 524.
50. Petrus ab a. 524. ad 544.
51. Macario II. ante confirmationem expulſo, Euſtochius ab anno 544. ad 556.
52. Macarius II. reſtitutus ab anno 556. ad 570.
53. Ioannes IV. ab anno 570. ad 592.
54. Amos ab anno 592. ad 599.
55. Iſaacius ab anno 599. ad 608.
56. Zacharias ab anno 608. ad 634.
57. Modeſtus ab a. 634. ad 635.
58. Sophronius ab a. 635. ad 644. *Sub hoc a. 637. capta vrbs a Saracenorum principe, Omaro ſiue Humaro.*
59. Sergius, epiſcopus Ioppenſis
60. Stephanus Dorenſis epiſcopus
61. Theodorus, presbyter.

} Sede vacante locum tenentes patriarchae vsque ad a. 705.

62. Ioannes V. ab a. 705. ad 735.
63. Euſebius vel Baſilius ab a. 735. ad 742.
64. Theodorus ab a. 742.
65. Baſilius vel Euſebius
66. Elias II. ab a. 760. ad a. 797. Subintruſus a. 767 *Theodorus.*
67. Georgius (alius Gregorius vel Sergius) ab a. 799. ad 801.
68. Fortunatus ab a. 801. ad 823.
69. Thomas, (Fortunato a Graecis ſubſtitutus,) ab a. 801. ad 821.
70. Baſilius ab a. 821.
71. Sergius a. 835.
72. Salomon a. 856.
73. Theodoſius a. 869. 870.
74. Elias III. circa a. 881.
75. Sergius II.
76. Leontius
77. Anaſtaſius ſiue Athanaſius
78. Chriſtodorus
79. Agathonus

80. Io-

80. Iohannes VII.
81. Christodorus II.
82. Thomas II.
83. Ioseph
[⁋] 84. Ieremias seu Orestes circa a. 1006. martyr.
85. Theophilus a. 1009.
86. Nicephorus
87. Arsenius
88. Iordanus circa a. 1033.
89. Sophronius II.

Turci expugnantes Hierusalem, Saracenos occiderunt a. 1076.

90. Euthymius
91. Simon defunctus a. 1098.

Patriarchae Latini

92. Daybertus, aliis Daimbertus vel Dagobertus Pisanus episc. a. 1103. intrusus Ebremarus.
93. Gobelinus defunctus a. 1111.
94. Arnulfus ab a. 1111. ad 1118.
95. Gormundus ab a. 1118. ad 1127.
96. Stephanus ab a. 1127. ad 1130.
97. Wilhelmus ab a. 1130. ad 1145.
98. Fulcherius ab a. 1145. ad 1157.
99. Amalricus ab a. 1157. ad 1180.
100. Heraclius II. ab a. 1180. ad 1191.
101. Sulpitius ab a. 1191. ad 1194.
102. Monachus archiepiscopus Caesariensis ab a. 1194. ad 1203.
    pro Michaële a. 1194.
103. Albertus ab a. 1203. ad 1214.
104. Rudolfus ab a. 1214. ad 1216.
105. Lotharius ab a. 1216. ad 1224.
106. Gerondus siue Giraldus ab a. 1224. ad 1239.
107. Robertus ab a. 1240. ad 1255.
108. Iacobus Pantaleon, postea Vrbanus papa IV. ab a. 1255.
109. Guilelmus a. 1263. defunctus
110. Bartholomaeus de Bragantiis defunctus a. 1271.
111. Thomas de Lentino a. 1276. defunctus
112. Elias
113. Nicolaus de Anapiis, ord. praed. ab a. 1288.

Patriarchae titulares

Radulfus a. 1294.
Antonius a. 1305.
Petrus a. 1314.
Raymundus a. 1324.
Petrus de Palude a. 1329.

Post haec amissa spes Syriae recuperandae.

Esaias a. 1434.

Patriarchae graeci post eiectos Latinos, et captam iterum 1187. a Saracenis Vrbem.

114. Leontius
115. Dositheus Studita.
116. Nicodemus
117. Onufrius
118. Ioannes
119. Enochus

* * *

Lazarus a. 1338.

* * *

Abraham a. 1468.
Iacobus a. 1482. defunctus
Marcus
Paisius ad a. 1660.
Nectarius abdicauit se a. 1665.
Dositheus, qui synodum aduersus Caluinistas celebrauit a. 1672.

[P] *Index alphabeticus episcoporum Hierosolymitanorum.*

44. Iu-

[P] *Doxopater* Sacellarius ICtus, quem poſtremum omnium ICtorum Graecorum vocat Nic. Comnenus pag. 372. vbi citat eius ſcholia in nouellas Iſaaci Angeli. y) De aliis Doxo-

y) *Doxopater* inter eos, qui ad Baſilica ſcripſerunt, nominatur a *Bachio* in Hiſt. iurisprud. rom. lib. IV. cap. 2. §. 2. p. 646. ed. quintae; niſi ille diuerſus ſit a *Doxopatro Sacellario.* Alius quidem, *Doxopater Gregorius*, in Baſilicis aliquoties memoratur, et hunc fuiſſe diaconum magnae eccleſiae et Nomophylacem, iuſſuque Ioannis Comneni imp. qui ab a. 1118 - 1143. imperauit, *Nomocanonem* edidiſſe, e cod. bibl. patrum S. Baſilii Romae probauit *Montfaucon* in Palaeo-

Doxopatris dixi ad Allatium de Nilis pag. 53. [in h. noua ed. vol. X. p. 19. seq.] quibus addendus *Io. Doxopater rhetor*, inter scholiastas Hermogenis, de quibus lib. IV. *Fabr.* vol. VI. cap. 33. §. 6. p. 76. add. ib. p. 70. sqq. de codd. Matrit. Florent. Laurent. et Vindobon. — Expositio de ideis Hermogenis, *Monac.* in cod. Bauar. LXXXIV. fin. v. *Hardt.* in Aretini Beyträg. a. 1804. part. 5. p. 23. seq. — *Oxon.* in cod. Barocc. CLXXV. *Ioannis Siculi Doxopatri* commentar. in libros Hermogenis de inuentione, vsque ad cap. IX. libri 4. — *Ioan. Doxopatrae in Aphthonii* progymnasmata homiliae rhetoricae. *Florent.* in cod. Laurent. V. nr. 1. et 2. plut. 57. in quo cod. nr. 3. 4. 6. sunt quoque eiusd. commentarii in Hermogenem. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 339. sqq. — Eiusd. expositio in Hermogenis I - IV. de inuentione et in Aphthonii progymnasmata, in quatuor codd. bibl. *Escorial.* v. *Plüer.* itinerar. per Hispan. p. 177. *Harl.*

Ioannes Ducas supra in Batatze.

Manuelis Ducae epistola ad Germanum II. CPol. supra pag. 166. nr. 6.

Ducas, Michaelis nepos. Volum. VIII. p. 33. seq. Vide etiam de Theodoro Lascari Duca ib. p. 654. et vol. X. p. 342. [conf. *H. Wharton.* ad Cauei hist. litter. SS. eccl. II. p. 1459.]

Eleusius presb. de vita Theodori Siceotae, Anastasiopolitani episcopi, latine ex Zini versione in actis Sanctor. tom. III. April. XXII. pag. 33. Vide *Allatium* de Georgiis infra p. 612. seq. *Fabr.* In cod. bibl. *Sfortianae*, Metaphrastes Decembr. continens supplicia et vitam diuersorum Sctor. in his *Eleusii.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 702. *B. Harl.*

Eliae patriarchae orientis confessio apud *Abrahamum Bzouium* ad a. 1330. nr. 24. *Fabr.* *Eliae* tertii, patriarchae *Antiocheni*, precationes et homiliae in sacra tempora, arabice, *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Golianos, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 603. *A.* — *Eliae patriarchae* sermo in Christi natiuitatem, latine ex arabico in bibl. *Bodlei.* nr. 3817. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. — De *Elia*, patriarcha et scriptore saec. VIII. Iacobitarum sectae adscripto, v. *Schroeckh.* hist. eccl. christian. tom. X. p. 378. sq. — De permultis episcopis, patriarchis etc. orientalibus eiusd. nominis passim agit *Assemann.* in bibl. orient. tom. II. et III. v. ind. *Harl.*

Elias

Palaeograph. gr. p. 62. et 303. atque in Diario italico p. 217. adnotante *Pohlio* ad Suaresii notit. Basilicor. §. XLIII. p. 139. Adde *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 196. *B.* vbi plena codicis illius inscriptio refertur, in qua Doxopater etiam nuncupatur patriarchalis notarius, et protoproëdrus protosyncellorum. — Contra Fabricius supra in vol. X. p. 20. ad Allatium de Nilis, §. XI. *Nilum Doxopatrum* fuisse parentem ait memorati *Nomocanonis.* De *Nilo Doxopatrio* v. etiam *Saxii* Onom. lit. II. p. 238. ad a. 1143. circa quem annum in Sicilia sub rege Rogerio librum *de quinque patriarchalibus sedibus* scripsisse dicitur. *Harl.*

Elias, presbyter atque ecdicus siue defensor *) ecclesiae, scripsit πηγὴν νοοῦσαν siue capita ascetica CCXLIV. graece MS. *Lambec.* V. p. 67. et 86. aa) Ex his capita CXXIII. latine edidit *Iacobus Pontanus* ad calcem Simeonis iunioris, de quo supra p. 300. (ed. nou. p. 302.) recusa in supplemento bibl. patrum Morelliano Paris. 1639. tom. I. pag. 853. seq. atque inde in aliis bibl. patrum edit. Incip. ἔξεστι παντὶ χριστιανῷ τῷ ὀρθῶς πιστεύσαντι. *Potest vnusquisque Christianus. Fabr.* Conf. diss. I. ad *Caui* Hist. litt. SS. eccles. II. pag. 7. vbi quoque de *Elia monacho* pauca notantur. *Harl.*

Elias Syncellus, cuius carmina in deiparam edere promisit Allatius pag. 284. ad Eustathium Antiochenum.

Elias monachus, cuius sermonem προεόρτιον in Christi natiuitatem et SS. patres memorat *Allatius* p. 101. de Simeonibus. Incipit: Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἐπιλάμψει μοι. *Fabr.* *Heliae monachi* περὶ τῶν ἐν τοῖς στίχοις παθῶν, (quod opusc. in multis codd. Paris. tribuitur Plutarcho,) in cod. Veneto Marc. v. *Villoison. anecd.* gr. II. p. 85. seq. — De *Elia*, monacho Aegyptio, in Historia monachorum Aegyptiorum, Hieronymo perperam adscripta, in cod. *Coislin.* LXXXIII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 139. *Harl.*

Elias Cretensis libro de moribus Ethnicorum citatur a *Nic. Comneno* pag. 213. et responsis ad monachos Ascetenses p. 188. et ad monachos Corinthios pag. 251. Responsione IV. ad monachos solitarios p. 190. 220. De eius commentariis in Nazianzeni orationes *) dixi volum. VIII. pag. 430. seq. et in Ioannem Climacum volum. IX. p. 525. nr. 2. et 524. not. [conf. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 141.] Expositionem in epistolam Nazianzeni ad Cledonium laudat idem *Comnenus* pag. 258. Responsa ad Dionysium monachum de VII. eius diuersis [P] interrogationibus exstant graece et lat. in libro V. iuris graeco-romani p. 335-341. bb) Alius Elias Cretensis *Iudaeus*, de quo *Wolfius* noster bibl. Hebr. tom. I. pag. 148. 168. *Fabr.*

[*Elias*

z) Alius D. defensor, Latinus theologus antiquus, cuius *scintilla* siue loci communes ex S. scriptura et Ambrosio, Anastasio, Augustino, Basilio, Caesario, Clementis libris, collationibus Cassiani, Cypriano, Ephraim, Esaia, Eusebio, Gregorio, Hieronymo, Hilario, Isidoro, Iosepho, Origene et Vitis patrum collectae et sub titulis LXXX. digestae prodierunt Colon. 1556. forma minore.

aa) Siue pag. 146. ed. Kollar. nr. 3. cod. CCXXXIV. et p. 186. nr. 1. cod. CCXXXVII. — *Monac.* in cod. Bauar. XXV. capp. 130. v. *Hardt.* in Aretini Beyträg. a. 1803. part. 3. p. 58. — *Mosquae* in cod. synod. CCCXXII. nr. 9. et in cod. typograph. synod. XXX. nr. 31. capp. 75. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 209. et 317. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. Barocc. LXIX. capp. 243. — *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCLVIII. nr. 21. capp. 237. — Ad *Eliam presbyt.* scripsit Theod. Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 144. *Harl.*

*) Conf. cel. *Morelli* bibl. MSt. gr. et lat. I. pag. 68. *Harl.*

bb) Graece exstat responsio ad Dionysium *Mosquae* in codd. typogr. synod. XXVIII. nr. 6. et XXX. fol. 258. v. *Matthaei* Notit. cit. p. 286. et 289. — *Eliae*, metropolitae Cretensis, responsum de iis virginibus, quae ante pubertatem semel et iterum desponsatae sunt, *Paris.* in bibl. publ.

[*Elias philosophus.* Sententiae eius quaedam sunt in Florilegio, s. definitionibus variis ex diuersis auctoribus sacris et profanis, in cod. *Veneto* bibl. Marc. CCLVII. v. cel. *Morelli* bibl. MS. gr. et lat. I. p. 144. seq. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XI. nr. 1. plut. 71. et cod. V. nr. 2. plut. 72. fragmentum prolegomenorum in introductionem (in quinque voces) Porphyrii ab ore Eliae philosophi, et nr. 2. particula expositionis, forte eiusdem Eliae. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. tom. III. p. 7. et 30. Eadem prolegomena, sed longiora, occurrunt in cod. I. nr. 2. plut. 72. at vero sub nomine *Dauidis*, teste *Bandin.* l. c. p. 25. add. supra ad vol. V. p. 736. sqq. *Harl.*

[*Elpidius*, episcopus; ad eum scribit Io. Chrysostom. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 567. 569. 570. bis. — ib. p. 184. *Elpidius*, presbyter, ad quem scribit S. Maximus de caritate. *Harl.*]

[*Elphegi* (al. *Alphegi*,) archiepisc. aut episcopi vita et martyrium, in bibl. *Bodlei.* nr. 1640. et 2430. cat. MSSt. Angliae etc. I. *Romae* inter codd. Petau. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 75. *A.* et 76. *B.* ac p. 636. *C.* in cod. *Cotton.* Sed vitae martyrum et Sctorum, qui nihil scripsisse videntur, huc non pertinent. *Harl.*]

Emanuel Cretensis a Nic. Comneno citatur. *Fabric.* *Manuel. Cretensis* erotemata grammatica, *Oxon.* in cod. Barocc. XXXV. — in Hesiod. O. et D. ibid. in cod. Th. *Roe.* XV. s. nr. 261. cat. MSS. Angl. vol. I. *Harl.*

Emanuelem Charitopulum in ecthesi tropariorum siue in expositione hymnorum ecclesiae graecae laudat idem *Comnenus* p. 397. mystag. praenot.

[*Emanuel Embebene*, Monembasianus, exarauit codicem Bauar. XXX. sua manu, a. 1548. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 4. p. 34. seq. *Harl.*]

[*Emanuel Georgilla*, Limenita. Versus politici graeco-barbari de pestilentia, quae a. 1498. exorta in insula Rhodo, viginti mensium spatio innumeros paene mortales absumsit, *Paris.* in bibl. publ. cod. MMCMIX. nr. 3. — De *Emanuelibus* multis sacri ordinis orientalibus v. indic. ad *Assemanni* bibl. orient. tom. II. et III. *Harl.*]

Emanuelis, patriarchae CPol. (circa a. 1480.) responsum de antimensiis memoratur a Latino Latinio in lucubrationibus et epistolis, editis Romae a. 1659. 4. p. 370. *Emanuelem*

publ. cod. MCCLXXXI. nr. 6. — De *Eliae* Cretensis s. monachi etc. libr. *de variis metris* v. supra ad vol. VI. p. 338. *Eliae* cuiusdam *monachi* libell. *de metris*, in cod. Sfortiano. v. *Montfauc.* bibl. MSS. p. 500. Distinctus autem est *Elias Cretensis iunior* (circ. a. Chr. 1120.) ab *Elia, Cretensi archiepiscopo*, circ. a. 770. vel 780. de quibus copiosius differit *Oudin.* in comment. de SS. eccl. tom. II. col. 1066. sqq. ad a. 1120. et refutat *Caueum*, qui in Hist. litt. SS. eccl. tom. I. p. 640. ad a. 787. agit de *Elia metropolita Cretensi*, et p. 534. ad a. 564. scholia in Climaci scalam confundit cum explanationum in Climaci scalam ingenti volumine, quod tamen diuersum esse a scholiis ostendit. *Harl.*

lem philosophum, patriarcham CPol. admonitione ad iudices, et synodico vt nuptiae iudicentur ab episcopo, citat *Nic. Comnenus* p. 285. 287. 340.

Emanuel Palaeologus, Ioannis F. ab a. 1391. Imperator, defunctus a. 1425. scripsit 1. ὑποθήκας βασιλικῆς ἀγωγῆς *praecepta educationis regiae ad filium Ioannem, capita centum.* Cum versione Io. Leunclauii, ex bibl. Io. Sambuci prodierunt [cc]) Basil. 1578. 8. pag. 12 - 133. Incip. βίοι τοῖς ἀνθρώποις διάφοροι. [dd]) Praeterea exstant eiusdem:

2. *Ora-*

cc) Subiuncta sunt graecis Em. Palaeologi scriptis latina Belisarii Aquiuiui Aragonii, Neritinorum ducis, de principum liberis educandis et de venatione, de aucupio, de re militari et de singulari certamine ad Franciscum Medicenm, magnum Tusciae ducem, et Michaëlis Marulli carmen heroicum de principum institutione, *Fabr. Matthaeus* patriarcha CPolit. ab a. 1395. sub Manuele Palaeologo, antea metropolita Cyzicenus, refert Manuelis profectionem in Italiam in Testamento s. vltima doctrina, in cod. caesar. LXIX. nr. 1. ex quo plura excerpsit *Lambec.* VIII. p. 1093. sqq. et in nota 5. plures excitauit, qui illius itineris mentionem fecerunt. — De eius morte, d. 20. Iul. 1425. vide notam in cod. quodam bibl. San-Germanensis, in *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 1151. *C.* — Confer praeterea *Henr. Wharton.* et *Robert. Gerium* ad Cauei Hist. litt. SS. eccl. II. p. 79. seq. atque *Saxium* in Onom. lit. part. II. p. 393. seq. ad a. 1402. et quae scripsi in Introd. in hist. L. gr. II. part. 1. pag. 546. *Harl.*

dd) *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLIII. *Eman. Palaeol.* cum Persa quodam dialogi XXVI. quibus christianae religionis veritas adseritur. — Secund. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. ib. bis, n. vol. II. p. 732. *A.* nr. 2414. dialogus de religione christian. et pag. 778. *E.* nr. 49. dialogi XXVI. — Iidem, inscripti: *Emm. Palaeol.* imperatoris, ad fratrem suum Theodorum Palaeologum dialogus, quem habuit cum quodam Persa, dignitate Muterizae in Ancyra Galatiae: inc. καὶ τὸ πάθος σκεδὴν ποιῆσαι · in cod. *Coislin.* CXXX. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 201. In ead. bibl. apud *Montfauc.* in bibl. MSS. p. 1042. *B.* inter codd. Slauicos. — Sex tantum dialogi in bibl. *Ambros.* Mediol. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 496. *B.* et 528. *E.* — *Vindobon.* in cod. caesar. CLXXXIIX. nr. 14. capita centum paraenetica ad filium suum Ioan. Palaeolog. v. *Lambec.* IV. p. 455. Kollar. — eadem capp. ibid. in cod. LXXXVIII. nr. 2. cum epistola praefixa: in eod. cod. et cod. LXXXIX. sunt nr. 3. eiusd. *Manuelis orationes septem* ethico - politicae ad eumdem fil. suum; — nr. 4. eiusd. *oratiuncula paraenetica ad beneuolos suos subditos;* nr. 5. eiusd. *oratio glorificatoria ad deum cum confessione et gratiarum actione;* nr. 6. *dialogus,* (adhuc ineditus,) *cum matre sua de nuptiis* qui deest in cod. LXXXIX. sed in hoc posteriore cod. exstant praeterea nr. 6. eiusd. *carmen catanycticum* s. compunctorium *in sex praecepta Christi;* nr. 7. eiusdem *canon paracleticus ad b. Virgin. deiparam de suorum temporum calamitatibus;* (qui canon Manueli quoque tribuitur *Mosquae* in typogr. synod. cod. XIII. v. *Matthaei* Not. paullo post cit. p. 309.) — nr. 8. eiusd. *descriptio imaginis veris*, in textili purpureo; nr. 9. eiusd. *meditamentum rhetoricum*, quibus verbis Temires s. Tamberlanes, Persarum et Scytharum imperator, Baiazetem Turcarum imper. a se victum adloqui potuerit; nr. 10. eiusdem *gratiarum ad deum actio* instar Psalmi ob interitum Baiazetis: de quibus omnibus copiosius disserit *Lambec.* VII. p. 530 - 543. ed. Kollar. cuius notam *A.* p. 537. consules. — Forsitan quaedam memorata insunt in cod. *Escorial.* quae a *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 621. *C.* ita indicantur: *Manuelis* aliorumque Graecorum *opuscula*, et *Manuelis filii carmina* varia pro variis argumentis. — *Praecepta ad filium Ioannem*, *Mosquae* in typograph. synod. cod. XIII. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 309. — *Romae* in cod. bibl. Vatican. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 7. *A. Harl.*

2. *Oratio I.* protreptica siue adhortatoria ad eloquentiae studium et de virtute ac bono principe. Incipit: τῦ καλῶς ἐπίςασθαι λέγειν. ibid. p. 134 - 173.

3. Orationum II. Bonum naturaliter diligi ab omnibus. Incipit: ἐγὼ νομίζω καὶ πάντας οἴμαι τῇ δόξῃ. pag. 174 - 192.

4. *Oratio III.* de electione et voluntario. Incip. δέδεικται μὲν, ὡς ἡγῦμαι. p. 192 - 227.

5. *Oratio IV.* De voluptate, quod eam praestaret ab hac vita prorsus abesse. Incip. ἀλλὰ γὰρ γιγνόμενόν ἐςι προσῆκον. p. 228 - 260.

6. *Oratio V.* Pro voluptate, qua superior oratio refellitur. ταυτὶ μὲν ἂν τὰ παρὰ τῶν μεμφομένων. p. 260 - 294.

7. *Oratio VI.* Nec desperandum peccanti, nec peccantes odio habendos, sed miserandos. Incip. περὶ ἡδονῆς προδιαλεχθέντες. pag. 294 - 366.

8. *Oratio VII.* De humilitate et delectione. Incip. τῶν κεφαλαίων τὸ ὕςατον. pag. 366 - 419.

[ℙ] 9. *Propitii principis ad beneuolos subditos aetatis in flore constitutos* breuis admonitio. Incip. τὸ ὑμῖν συνοῖσον. p. 420. [v. *Lambec.* VII. p. 333. seq.]

10. *Preces matutinae*, incip. Δόξα τῷ δείξαντι τὸ φῶς. pag. 422 - 437.

11. *Preces aliae breuiores* pag. 438. incip. Εὐχαριςῶ σοι τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. p. 438.

12. Κεφάλαια κατανυκτικά. *Capita compunctionis*, versibus exposita. p. 438 - 442. Incip. διὰ τὸ μὴ εἶναί με ἄξιόν σε μετασχεῖν.

13. Ἔαρος εἰκὼν ἐν ὑφαντῷ παραπετάσματι ῥηγικῷ. *Imago Veris in aulaeo textili, operis phrygii.* Incip. ἦρος ὥρα καὶ δηλοῖ τὰ ἄνθη. pag. 442 - 446. [de hoc et antec. opusc. v. *Lambec.* VII. p. 342. 6. et p. 343. nr. 8. *Harl.*]

14. *Ethopoeia Tamerlanis*, Persarum Scytharumque ducis, ad Turcorum tyrannum Baiazetem pag. 446. Incipit: ὡς ἔοικε τὸ πόῤῥωθεν. [v. *Lambec.* l. c. p. 343. nr. 9. *Harl.*]

15. *Psalmus Eucharisticus* περὶ κεραυνῦ Ἀγαρηνῦ, de fulmine Agareno, Baiazete exstincto, pag. 448 - 451. Incipit: ὕψιςος ὁ Κύριος ἐν ἀρχῇ. [v. *Lambec.* l. c. nr. 10. *Harl.*]

16. *Oratio funebris luculenta in fratrem Theodorum Palaeologum despotam.* Incip. ἀλλὰ τί καὶ φθέγξομαι. Graece et latine edidit cum notis *Franciscus Combefisius* tom. II. aucta-

auctarii noui pag. 1045 - 1214. Paris. 1648. fol. praefixa Man. Palaeologi icone pulchre aere descripta. Eadem oratio latine ex Combefisii versione in tomo XXVI. bibl. patrum Lugd. p. 491. *Fabr.* MS. *Vindobon.* in cod. caes. LXXXVIII. nr. 7. vbi corollarii loco accedunt *Matthaei Chrysocephali* et *Demetrii magistri* epigramm. duo funebria in Theodorum, despotam Laconiae. In indice tamen, codici illi praemisso, quaedam aliae eius partes, quae quidem auulsae sunt, in his sex Manuelis opuscc. quae tamen maximam partem in seq. codice deprehenduntur, et a nobis paullo ante ex eo sunt adnotata, commemorantur; sed tamen alia adhuc, quae fuerunt in eo, significantur a Lambecio: n. *Demetrii Chrysolorae* ad Antonium Diasculin dissertatio, quum melius sit, esse quam non esse, cur Christus (ap. Matthaeum cap. 26. v. 24.) de Iuda proditore dixerit, quod bonum esset illi, si non fuisset natus; tum *Antonii Diasculis* de eadem re contradictio ad Demetr. Chrysoloram, et *Manuelis Palaeologi declaratio vtriusque opinionis cum propria adsertione:* conf. supra cap. 39. in catalogo Demetriorum de *Demetrio Chrysolora.* — In cod. *Coislin.* CCCXLIII. oratio funebris etc., initio haec habetur nota: *Flauius* (sic) *Manuel Palaeologus* fratri Ioanni successit in imperio orientis: imperare coepit a. salutis 1384. imperauit annos 37. et secundum alios 32. Vixit annos 75. obiit m. Ianuar. a. 1419. Agitur de eo apud Chalcondylam, Phranzen, et Crusium. Habuit hanc orationem paullo antequam expeditionem susciperet aduersus Persas in funere fratris Theodori Palaeologi" etc. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 457. — Eadem in cod. *Escorial.* teste *Plüero* in itinerar. per Hispan. p. 166. — Eadem *Romae* in cod. bibl. Vaticanae. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 7. *A. Harl.*

17. Eiusdem *Orationem consolatoriam in mortem fratris Ioannis* citat *Allatius* de synodo Photiana p. 542.

18. *In natiuitatem Christi.* Incipit: οὐδ' ἂν εἰ ἥπου γένοιτο χεῖρον. Meminit *Allatius* de Simeonibus pag. 103. *Fabr.* V. supra, vol. X. p. 239. Exstat *Venet.* in bibl. Marc. cod. DV. v. cat. codd. gr. Marc. p. 269. *Harl.*

19. *In dormitionem b. Virginis.* Incipit: ὦ Θεοῦ μῆτερ, καλὸν γὰρ οἶμαι. id. p. 114. [v. supra, vol. X. p. 284.]

20. *In Mariam Aegyptiacam.* Incipit: ὁ λόγος οὗτος. Vide volum. X. p. 286.

21. *Capita CLVII. de processione Spiritus S.* aduersus compendiariam Latini cuiusdam expositionem, in Gallia versanti imperatori oblatam. Incipit: κρεῖττον ἂν ἦν σοι ταῦθ' ἃ σοι πρὸς ἡμᾶς εἴρηται. Vide *Allatium* de consensu lib. II. cap. 18. §. 3. p. 854. Caput centesimum citat p. 306. 494. *Fabr.* *Romae* in cod. bibl. Vaticanae, Latini cuiusdam, qui in suburbanis Parisinis degebat, ad imp. Manuel. Palaeologum, qui tunc in Galliis peregrinabatur, syllogismi circa processionem Spirit. Scti. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 11. *D.* — De eius commoratione in Francia v. not. in fine cod. *Coislin.* CXXXVII. quam excerpsit *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 209. *Harl.*

[¶] 22. *Laudatio in Gabrielem, episcopum Thessalonicensem,* citatur ab Allatio de synodo Photiana p. 542.

23. *In S. Euphemiam martyrem*, id.

24. *In SS. Patres, qui VII. oecumenicis synodis interfuere.* id.

25. *In Dauidem, Thessalonicensem episcopum.* id.

[26. *Somniorum interpretandorum ratio: Paris.* in bibl. publ. cod. MMCDXVIII. nr. 21. add. supra, vol. V. p. 268. §. XIII. *Harl.*]

[27. *Adloquutiones* 1) ad summum pontificem, 2) ad Bessarionem Cardin. 3) ad Despotam patrem: *Paris.* in bibl. publ. cod. MMMXLIII. nr. 5 - 7. *Harl.*]

[28. *Sermo apologetic. Manuelis* imper. capp. 156. — eiusdem *epistolae* et alia quaedam. *Romae* in bibl. Vatic. teste *Montfauc.* loco ad nr. 21. citato. — *Man. imp. epistola* in cod. XCIV. *Th. Gale*, s. nr. 5928. cat. MSSt. Angliae vol. II. — epistolae Cydon. ad Manuel. in bibl. *Coislin.* cod. CCCXV. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 429. Alia iam memoraui ad nr. 1. et 16. *Harl.*]

[*Emmanuelis Margucii* dialogi, et *Emmanuelis Oueri* de grammatica, in II. codd. bibl. Ambros. *Mediolan.* v. *Montfauc.* Bibl. bibl. MSSt. p. 496. *B. Harl.*]

[*Emmanuelis*, philosophi *Ephesini*, carmina varia pro variis argumentis in cod. *Escorial.* citato a *Plüer.* in itiner. per Hisp. p. 167. aliter citantur a *Montfauc.* supra ad nr. 1. fin. memorato. *Harl.*]

[*Emmonili*, monachi, historia barbarorum, qui interfecerunt SS. patres in monte Sina et Raithu, *Taurin.* in cod. reg. CXVI. d. XIV. Ianuar. v. catal. codd. gr. Taur. p. 220. vbi adnotatur, illam histor. exstare gr. et lat. cum notis in *Combefisii* triumphis selectis martyrum, p. 88. ab *Allatio* autem de Simeonum scriptis p. 88. auctorem vocari *Ammonium monachum.* Atqui in codd. bibl. publ. *Paris.* DXIII. nr. 14. et MCLXXIX. nr. 24. adscribitur illa *Ammonio* monacho. *Harl.*]

[*Epiphanius, archiepiscopus CPolit.* Eius liber, quomodo et quando Latini a Graecis sint separati, *Monac.* in cod. CXIIX. sec. catal. gr. codd. Bauar. p. 50. In cl. Hardt recensione codd. Bauar. numeratur is cod. CCLVI. Conf. infra, vol. XI. p. 424. et 432. ed. vet. *Harl.*]

Emanuelis, rhetoris magnae ecclesiae CPol. epistolam ad Franciscum Dominicanum, citant Allatius de consensu p. 525. Altimura p. 432. etc. Hic est Emanuel Holobolus, de quo infra p. 529.

Esaiae Cyprii, de quo p. 383. (ed. nou. 395.) dixi, orationem de Lipsanomachis MS. exstare Romae in collegio S. I. inter codices Andreae Eudaemono Ioannis, testatur *Nic. Comnenus* p. 242. De Esaia alio Asceta dictum volum. IX. p. 282. seq. *Fabr.* Conf. *Walch.* in histor. haeres. part. X. p. 116. Omissis tamen, quae l. c. a me sunt adscripta, hic per

per lancem quasi saturam pauca addam. De *Esaia, monacho*, ad quem Glycas aliquot epp. scripsit et *Lamius* in Delic. eruditorum, Florent. 1739. 8. publicauit, idem Lamius in praef. pag. 21. pauca adtulit: atque accedere malit *Casim. Oudino* opinanti, esse eumdem ac Esaiam illum, cuius epistolam contra *Nicol. Sclengiam*, (de quo supra, cap. 38. §. XI. sub fin.) *de processione Spiritus Sti* producit Allat. tom. I. Graeciae orthodoxae et qui a. 1430. probabiliter floruit. V. etiam *H. Wharton.* ad Cauei hist. litter. SS. eccl. II. p. 130. ad a. 1430. et *Cau.* ibid. in diss. I. p. 7. de *Esaia abbate.* — *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. Barocc. V. ex *Esaia* aliisque sententiae et praecepta ascetica; ibid. in cod. *Oliu. Cromwelli* LXI. nr. 14. s. in cat. MSSt. Angliae, nr. 290. et 299. s. cod. Cromw. CXX. *Esaiae abbatis* praecepta. — *Esaias*, episc. Ναυκρατικῶν, a. C. 459. subscripsit concilio CPolit. sub Gennadio patriarcha. v. *Lambec.* V. p. 893. Koll. ac p. 183. nr. 24. cod. XI. de *martyre Esaia*, et conf. Act. SStor. d. XVI. Februar. — *Esaias* scriba cod. *Laurent.* IX. plut. 11. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 503. nr. 9. *Harl.*

Eudoxius Nomicus, iudex Veli, cuius synopsin legum citat *Comnenus* p. 402. et scholia ad nouellas Alexii Comneni p. 345. *Fabr.*

[*Eudoxius CPolit.* patriarcha, Arianus, citatur in catena in Psalterium, *Vindob.* in cod. XV. et excerpta ex eius orat. *de incarnatione Dei verbi*, ibid. in cod. LXXVII. nr. 77. v. *Lambec.* III. p. 66. et 418. — *Arati* et *Eudoxii* ascetica, in cod. bibl. *Taurin.* teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 1394. *D.* in indice vocatur *Eudoxius* CPol. patriarcha. *Harl.*]

[*Eudoxius* philosophus citatur in catena in Danielem et in cantica S. Scripturae, v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 21. nr. 7. et p. 92. et in cod. *Coislin.* LXXI. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 138. *Harl.*]

[*Eudoxius martyr.* v. supra vol. X. p. 223. *Bandin.* l. c. I. p. 514. nr. 6. cod. Laur. XX. plut. 11. — *Oxon.* in cod. Barocc. CCXXX. et in cod. Cromwell. CVI. 7. s. nr. 285. cat. MSS. Angliae vol. I. — *Paris.* in octo codd. bibl. publ. v. cat. MSS. Par. regg. vol. II. ind. III. *Harl.*]

[*Eugenii* carmina varia, *Florentiae* in cod. Laurent. X. nr. 11 - 27. et 33 - 39. plut. 5. v. *Bandini* cat. codd. gr. I. p. 21. sqq. vbi totum carmen, in quo describitur planta Panormitana, quam *Nympheron* vocabant, describendum curauit, et collegit, eum fuisse Panormitanum quemdam poetam, ac vixisse saeculo fortasse XII. — In eod. cod. nr. 63. leguntur versus *Eugenii philosophi*, ἀνεψιῦ βασιλέως τῦ Ἀμοιρᾶ ad triumphatorem *Guilielmum*, quem *Bandin.* l. c p. 27. suspicatur, esse Guilielmum II. Siciliae regem, qui obiit 1689. et illos versus gr. publici iuris fecit. *Harl.*]

[Ad *Eugenium* quemdam scribit Chrysostomus, in edit. epist. 163. et in cod. *Coislin.* CCCLXVIII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 571. — et p. 179. 212. atque 422. de *Eugenio* martyre: add. supra, vol. X. p. 223. et 224. *Harl.*]

Eugenii, Nomophylacis, ſynodicon dominica orthodoxiae in eccleſia Theſſalonicenſi recitare ſolitum, ex quo nonnulla adfert *Allatius* de Simeonibus p. 186. 187.

Eugenii, epiſcopi et praepoſiti montis Sinai, epiſtolam ad Carolum archiducem Auſtriae (a. 1569. datam) graece et latine vulgauit *Dauid Chytraeus* cum oratione de ſtatu eccleſiarum in Graecia, Aſia et Boëmia p. 79. In eodem Chytraei libello exſtant et alia, quae hoc loco referre iuuat ex editione optima Wecheliana Francof. 1583. 8. Praecipue memorabilis *Epiſtola CPolitanae eccleſiae*, data a. 1451. qua *Pragenſes Boëmos* ad vnionem inuitat. Subſcribunt *Macarius* Nicomedienſis, *Ignatius* Tornobi metropolitanus, *Acacius* metropolita, (ὁ Φιλίππε πλῆ Ἰωσὴφ ταπεινὸς μητροπολίτης Ἀκάκιος;) *Syluefter Syropulus* magnus eccleſiarcha diaconus, *Theodorus Agallianus*, Dicaeophylax et Hieromnemon diaconus, et *Gennadius* ὁ καθολικὸς τῆς τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίας διδάσκαλος ταπεινὸς μόναχος Γεννάδιος. Praeterea exſtant *Ieremiae* patriarchae CPol. quinque epiſtolae, vna ad Chytraeum data a. 1578. p. 75. duae ad Tubingenſes pag. 107. 126. et tres ad Martinum Cruſium p. 118. 134. Nec non ſingulae ad Cruſium datae epiſtolae *Gabrielis Philadelphienſis* a. 1586. p. 153. *Ioannis Zygomalae* a. 1576. p. 122. *Simonis Cabaſilae* a. 1578. pag. 86. et binae ad eumdem Cruſium ſcriptae a *Theodoſio Zygomala* a. 1575. pag. 92. et a. 1580. p. 137. Teſtimonium quoque, quod a. 1361. impertiit Alberto, comiti de Lewenſtein, *Ioachimus* Alexandrinus patriarcha, occurrit pag. 84. et *Gennadii* CPol. confeſſio a. 1453. exhibita [P] Muhamedi II. pag. 173. Cetera ſunt, epiſtolae ad Chytraeum datae a Wenceslao Budowitz pag. 44. Franciſco a Billerbeg pag. 58. Martino Cruſio pag. 101. 106. 130. 132. 143. Stephano Gerlachio pag. 69. 73. 112. 116. et ab eodem Gerlachio ad Cruſium pag. 158. atque ad Sann. Heilandum pag. 254. Pauli Oderbornii ad Chytraeum de religione Ruſſorum, Tartarorum, Polonorumque pag. 211. Io. Meletii ad G. Sabinum de religione Boruſſorum pag. 241. De religione Aethiopum pag. 195. Litterae Alepone ſiue Halepo, (Hierapoli Syriae,) datae pag. 251. et de ſitu vrbis CPolis ex Coelii Aug. Hiſtoria Saracenica. pag. 257.

[*Eupſychius*, epiſcopus Tyanenſis. *Vindobonnae* in cod. caeſ. LVI. nr. 1. f. ex *Gelaſii Cyziceni*, Caeſareae Palaeſtinae epiſcopi (a. C. 476.) libro II. hiſtoriae actorum concilii primi Nicaeni fragm. continentur illius et aliorum diſputationes cum Arianis. v. plura ap. *Lambec.* VIII. p. 1027. ſeq. *Harl.*]

[*Euſtathius*, *Clericus* magnae eccleſiae, librarius. v. *Lambec.* III. p. 62. ſeq. ibique Kollar. et ibid. p. 349. ſqq. nr. 9. cod. LXXII. nec non in cod. *Moſquenſi* ſynod. III. de *Euſtathio*, praepoſito monaſterii Attalini, vrbis Ancyrae in Galatia, et *Matthaei* Not. codd. gr. Moſq. p. 13. — ib. p. 197. nr. 43. cod. *Moſquenſ.* CCCII. epiſt. quam Arethas, archiep. Caeſarienſ. ſcripſit *Euſtathio*, τῷ Σίδης ἀρχιερεῖ. De aliis, iisque multis Euſtathiis v. ind. ad bibl. gr. noſtram. *Harl.*

Euſtratius, metropolita Nicaenus, πρὸς τὰς λέγοντας, ὅτι ἐκ τῦ Πατρὸς καὶ τῦ Υἱῦ ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατασκευὴ, ὅτι ἐκ τῦ Πατρὸς διὰ τῦ Υἱῦ μόνον, ὐχὶ

καὶ

ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Vide *Allatium* de consensu pag. 522. *Fabr.* Excerpta ex *Eustratii* aliorumque Graecorum opp. contra Latinos de processione Spir. Scti aliisque doctrinis ecclesiasticis, *Vindobon.* in cod. caes. CLVII. nr. 18. v. *Lambec.* IV. p. 339. Koll. — *Eustratii* confessio et reuocatio errorum, quos inseruerat duobus libris suis contra Armenios, ibid. in cod. CCXLVIII. nr. 16. v. *Lambec.* V. p. 292. sqq. et supra ad vol. III. not. p. 264. seq. de Aristotele in huiusque libros Eustratii com. vbi etiam plures *Eustratii* memorantur, ac p. 493. vol. X. p. 646. — *Mosquae* in cod. synod. CCCLIII. nr. 2. quatuor oratt. contra Latinos; (quae etiam sunt ibid. in cod. CCCLV. nr. 21 - 24.) nr. 6. de Spiritu Scto; nr. 7. contra episcop. Mediolan. lib. (vid. nr. 4.) de Spiritu Scto; nr. 8. expositio τῆς γεγονυίας διαλέξεως ad Grosolanum, archiep. Mediolan. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 229. et 235. seq. — Ex eiusd. libro, de process. Spir. Scti ad Grossolanum, in cod. *Balusii* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 1305. *D.* — *Eustrasii* al. *Eustratii*, metropol. Nicaeni, de incarnatione Domini, *Mediol.* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* l. c. p. 497. *C.* — In cod. collegii *Etonensis* LVI. siue nr. 1854. cat. MSS. Angliae etc. tom. II. *Eustratii* ethica, lat. — *Confessio* etc. in cod. *Taurin.* regio C. nr. 47. v. catal. codd. graec. Taur. p. 301. — *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossian. *Eustratii* expositio in Aristot. Ethicor. ad Nicomachum lib. I. et II. v. cat. bibl. Leid. p. 391. nr. 12. — in eorundem librum nonum ac decimum *Florent.* in bibl. Laur. cod. nr. 1. 2. plut. 81. et in libr. 1. 2. 3. ac sextum, in cod. I. nr. 18. plut. 85. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 222. vbi quoque de editt. agitur, et p. 241. — ibid. in cod. XXXV. nr. 18. plut. 7. *Eustratii Nic. de tonitru et fulgure.* v. *Bandin.* l. c. tom. I. p. 297. — *Definitio philosophiae*, secundum Platonis mentem, *Paris.* in bibl. publ. cod. MMCXXXVIII. nr. 3. atque in tribus codd. *Paris.* atque cod. CLXI. *Coislin.* bis, (teste *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 220. et 221.) ac multis aliis codd. (v. eumdem in ind. ad Bibl. bibl. MSSt.) commentarii in Aristot. Ethica ad Nicomach. etc. v. *Sax.* in Onom. lit. P. II. p. 215. seq. qui alios V. V. DD. citat. *Harl.*

[De *Eustratio*, presbytero CPol. v. supra, vol. X. p. 725. add. eius lib. animas, a corporibus seiunctas, operari, in bibl. publ. *Paris.* cod. MLIX. it. in cod. bibl. *Mazarin.* CXXIII. v. *Montfauc.* Bibl. bibl. MSSt. p. 1322. vbi scribitur quidem *Eustrasius*, sed in indic. p. XCIX. sub nomine *Eustratii* citatur opus; — et ex eiusd. forsan libr. de animarum post obitum in coelos adscensu in cod. bibl. *Balusii.* v. *Montfauc.* bibl. cit. p. 1303. *A.* Conf. *Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. I. col. 1464. sqq. ad a. 580. *Hamberger.* zuverl. Nachricht. part. III. p. 437. seq. et quos ille ac *Saxius* in Onom. lit. part. II. p. 60. citant. — Ad *Eustratium* quemdam, tum ad *Eustratium* ἀρχιατρὸν et ad *Eustratium Hegumenum* epistolae Theodori Studitae. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 148. 318. et 323. *Harl.*]

[*Euthymenes* inter eos, qui de Nili adscensu scripserunt, citatur *Florent.* in cod. Laurent. I. nr. 2. plut. 60. et cod. XIX. nr. 6. plut. 60. v. *Bandin.* l. c. II. p. 583. et 610. in ind. tamen tom. III. 506. addit, nisi eumdem dicamus cum illo, quem Fabricius (supra in vol. IV. p. 614.) sub nomine *Euthymanis* enuntiat. *Harl.*]

[*Euthymius*, monachus: eius encomium zonae b. Mariae, *Florent.* in cod. Laurent. XXXIII. nr. 48. plut. 9. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 457. quo teste, latine ap.

Lipo.

Lipomannum tom. VI. p. 217. et Surium XXX. Aug. — encomium in sanctum apostolum Christi Hierotheum, in cod. *Mosquensi* synod. CLXXXI. v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosq. p. 114. nr. 31. *Harl.*]

[*Euthymius* Sardensis, ad quem plures Theodori epistolae exstant in codd. *Coislin.* quas singulas *Montfauc.* in ind. ad bibl. Coisl. enarrat. *Harl.*]

Eustratius Ioannides Zialowsky Ruthenus qui a. 1621. Altdorfii versatus est, breuem delineationem ecclesiae orientalis graecae in gratiam hospitis quondam sui Georgii Mauritii, professoris Altdorfini Classici scripsit latine, quam cum notis et obseruationibus edidit b. Wolfgangus Gundlingius, ecclesiae ad D. Laurentii minister Noriberg. 1681. 8.

Gabriel, Artae archiepiscopus, in exegesi liturgiae citatur a *Nic. Comneno* pag. 397.

[*Gabrielis*, archiepisc. *Achridae*, epistolae, Paris. in bibl. publ. v. *Montfauc.* Bibl. bibl. MSS. p. 898. *E.* *Harl.*]

[*Gabriel*, metropolita Pentapolitanus. *Vindobon.* in cod. caes. CCLXX. nr. 2. *Symeonis*; archiep. Thessalonicensis responsiones octoginta quinque ad totidem interrogata *Gabrielis*, metropol. Pentap. v. *Lambec.* V. p. 452. qui citat *Leon. Allatii* diatr. de Symeonum scriptis p. 193. seq. et in bibl. *Bodlei.* in cod. Cromwell. CXV. 13. s. nr. 294. cat. MSS. Angliae etc. I. *Harl.*]

[*Gabrielis* tetrasticha, gr. in cod. Io. Mori DCLXI. s. nr. 9847. cat. MSSt. Angliae tom. II. *Harl.*]

[*Gabrielis*, Alexandrini, patriarchae Coptitarum Alexandrin. circ. a. Chr. 1411. orationes et benedictiones ad conseruationem omnium altaris instrumentorum, in *Eusebii Renaudoti* collectione liturgiar. orientalium, Paris. 1716. 4. vol. I. p. 52. et Renaudoti notae p. 323 – 332. — Caerimoniae ecclesiae Copt. arab. *Paris.* in bibl. reg. cod. CDXXII. teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 714. *B.* — *Gabrielis* concio, arab. *Oxon.* in Eduard. Pocock. cod. CXXV. s. nr. 5452. cat. MSS. Angliae I. *Harl.*]

[*Iulius Gabriel*, Eugubinus: de quo *Villoison* ante plures annos, ea quae sequuntur, mihi scripserat: „Il est étonnant que Adrien Baillet dans ses Jugemens des Sauans et Saxius dans son Onomast. ne parlent pas de *Jules Gabrielli*, prêtre, né à *Gubio* dans l'Ombrie, et mort dans cette même ville le 12. Mai 1579. . Ce savant avoit été Secretaire d'Hercule de Gonzague, Cardinal de Mantoue, l'accompagna au concile de Trente, (où il y avoit d'habiles Hellénistes, tel qu' Amyot, Heruet etc.) et y prononça deux discours imprimés. MS. Schneider dit p. XIII. de la préface de son Ed. de la Cyropédie de Xenophon, Lips. 1800. Superest, vt, qui in posterum de Xenophonteo hoc opere bene mereri velint, de comparanda versione latina Iulii Gabriel. serio cogitent, quam publicis precibus priuatisque conquirere et corrogare non potui. Eam non solum Camerarius mirifice commendat, sero ad se perlatam, sed multi etiam recentiores viri docti laudant ob vsum criticum, quem praestant lectiones, non solum ab eo expressae, sed sensim etiam excerptae, et versioni sub-

subiectae. ") Henri Etienne et Hutchinson se sont servis de cette Ed. que je n'ai jamais vue, Voicy ce que Tiraboschi dit de Jules Gabrielli da Gubio p. 1585. L. 3. tom. VII. de la seconde Ed. de sa Storia della Letteratura Italiana, in Modena 1792. 4. a di Giulio Gabrielli da Gubio abbiamo un volume di Orazioni, e di lettere Latine, [ff]) stampate in Venezia nel 1569. e da lui dedicate a Scipione Gonzaga, che fu poi Cardinale, e in queste lettere ei fa ancora menzione di varie traduzione del greco che egli avea fatte; un bell' elogio di Giulio ha inserito ne' commentarii della sua vita il detto Scipione (Gonzaga Cardinale,) il quale narrando, che il Cardinale Ercole Gonzaga, suo zio, gliel diede a compagno e direttor ne' suoi studi, lo dice hominem graecis et latinis litteris adprime imbutum, et qui cum summa vitae innocentia et morum grauitate summam latini sermonis elegantiam coniunctam haberet." Hactenus Villoison. *Harl.*]

Gabriel monachus in Synaxario S. Methodii id. *Comnenus* pag. 408.

Gabriel Mormorius, Corinthi archiepiscopus, in Nomocanone p. 398. et de formis templorum atque ecclesiarum p. 399.

Gabriel Seuerus Monembasiotes; id. pag. 178. Philadelphiae metropolita, ad quem Venetiis degentem a. 1580. scripsit Martinus Crusius, [gg]) ipse vero a. 1586. litteras ad Crusium dedit, vt p. 511. ed. vet. (622. hui. ed.) iam dixi, *priuatus episcopus aduenarum in Italia Graecorum, paene dixerim antistes sine iurisdictione, sine solio princeps et praesul tantum ex titulo,* si eidem Comneno pag. 55. credimus, qui eum semper tamquam Latinorum aduersarium perstringit. *Tertium e coelo Catonem Latinomastiga descendisse, sanctissime putant' Photiani, quem propterea cudendum iterum penes transistranos Dacos nuperrime curant* pag. 167. Scripsit contra V. concilii Flor. capita, vulgari Graecorum sermone apologiam pro ecclesia orientali Graecorum, et *διαφορὰς*, *de differentiis*, *quae inter graecam et latinam ecclesiam intercedunt*, de quo opere, Venetiis edito, Georgius Coressius epist. 1. ad Corydaleum: *ἀνέγνων Σέβηρε τὰς διαφορὰς, πολλὰ λέγει, τὰ πλείω φορύνει, [?] οὐδὲν δ' ἀποδείκνυσιν. Legi Seueri differentias, multa dicit, pleraque confundit, nihil demonstrat.* Ὁ *καλὸς ἐγκαλεῖ τοῖς Λατίνοις, ἀγνοῶν τοὺς ἀνθρώπους κατὰ πεῖραν. Vir bonus Latinos prouocat, nunquam expertus.* Differentia secunda est de primatu papae, quarta de purgatorio, quinta de Spiritus S. processione. Libros *de sacramentis* edidit a. 1600. et quadriennio post libellum *περὶ τῶν μερίδων* de particulis S. Eucharistiae destinatis etiam ante consecrationem venerandis. Vide *Arcudium* lib. III. cap. 28. p. 265. In opusculis Gabrielis, quae graece cum versione sua et erudit. not. atque obseruationibus vulgauit *Rich. Simon,* Paris. 1671. 4. [hh]) habentur

ee) Conf. supra, vol. III. p. 5. *Harl.*

ff) *Gabrieli Iulii* orationum et epistolarum libri II. Venetiis 1569. 4. in cat. bibl. Pinell. tom. II. p. 195. nr. 3667. *Harl.*

gg) Conf. paullo ante de *Eugenio* episcopo et paullo post de *Alexandro Helladio;* supra vol. VIII. p. 91. et 97. et in hoc vol. in *Procopii* libello. *Harl.*

hh) Rec. est editio, aut nouo saltem titulo ornata atque inscripta: *Fides ecclesiae orientalis,* seu

bentur 1) κατὰ τῶν λεγόντων τὰς ὀρθοδόξες τῆς ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας υἱὲς etc. *Contra eos, qui dicunt orthodoxos ecclesiae orientalis filios in eo male agere et vltra legem, quod honorent et adorent sancta dona, cum cherubicus hymnus canitur, et sacerdos illa deferens ingreditur in sanctuarium.* pag. 1 - 17. 2) περὶ τῶν μερίδων *de particulis* pag. 18 - 22. 3) *de colybis siue decoctis leguminibus* p. 23 - 30. (Confer de horum vsu supra p. 494. ed. vet. et nou. ed. p. 589.) 4) Ex opere de sacramentis περὶ τῶν ἁγίων μυστηρίων, partem illam, quae de sacramentis generatim differit, p. 32 - 55. et de sacramento Eucharistiae, περὶ τῦ μυστηρίυ τῆς θείας λειτυργίας p. 56 - 67. Similiter partem de sacramento poenitentiae graece et latine exhibet *Io. Morinus* in adpendice ad commentarium historicum de sacramenti poenitentiae administratione p. 142 - 150. edit. Antwerp. et edit. Paris. 1651. p. 662 - 667. et partem de sacramento ordinis, in commentario de sacris ecclesiae ordinationibus p. 201 - 204. edit. Paris. 1655. fol. et edit. Antwerp. p. 163 - 166. Simeoni Thessalonicensi multa debere Gabrielem et Nilo, notauit *Comnenus* p. 10. et 306. Multis scatere barbarismis et soloecismis eius orationem, *Petrus Arcudius* p. 225. Seueri apologia pro orientali ecclesia cum aliis scriptis Nili, Palamae, Georgii Scholarii, Barlaami, Meletii Pigae, Maximi Margunii et Georgii Coressii recusa etiam graece est Londini 1624. 4. Confer. *Rich. Simonis* bibl. criticam, editam gallice tom. IV. cap. 3. p. 25. seq. *De purgatorio* citatur ab *Allatio* in libro eiusdem argumenti pag. 74. 97. 149. 215. sqq. De libro eius contra capita quinque concilii Florentini vide *Rich. Simonis* epistolas selectas, gallice editas tom. II. epist. 12. et bibl. selectam

seu Gabrielis, metropolitae Philadelphiensis, nunc primum de Graecis conuersa, cum notis vberioribus Richardi Simonis, e congregatione oratorii. *Paris.* 1686. 4. Conf. longam censuram in Actis erudit. Lips. a. 1688. m. Mart. pag. 132. sqq. vbi statim ab initio obseruatur, Gabrielis opuscula Venetiis ineunte saeculo XVII. graece antea fuisse edita ab *Antonio Pinello*, sed varie vitiata et corrupta, a Simonio autem in mem. editione restituta atque emendata. Simonius *viginti duo Notationum capita* subiunxit, quorum priora duodecim apologiam, cetera reliquos Gabrielis libellos illustrant: quae singula ordine percensuit censor: in primo autem cap. Simon. Gabrielis vitam describit, eumque semper Graecorum schismaticorum partibus addictum fuisse probat, indeque concludit, eumdem, non vt λατινόφρονα fidem latinae ecclesiae de rebus ecclesiasticis expressisse. — Idem Simonius in: La creance de l'Eglise orientale sur la Transsubstantion avec une responsе aux nouvelles objections de Msr. Smith, Paris. 1687. 12. (v. Act. erud. supplement. tom. I. a. 1692. sect. 2. p. 75. sqq.) et in Histoire critique de la creance et des coûtumes des Nations du Levant, Francof. ad M. 1684. 12. (v. acta erudit. m. Nou. 1684. p. 490. sqq.) contendit, Gabrielem non fuisse primum auctorem doctrinae et voc. *transsubstantiationis*, et alia de Gabriele tradit. In iisdem supplement. Act. erud. p. 78. dicuntur Gabrielis Apologia Venetiis 1604. esse exscripta, et alia eius opuscula 1600. rursus repetita Paris. 1671. — *Io. Lamius* in Deliciis eruditor. Florent. 1740. 8. p. 24. sqq. edidit *Maximi Margunii* epistolas, in his variae sunt ad *Gabrielem Seuerum*, graece, et p. 113. sqq. latine, interprete Phil. Elmio, Florentino, cum notis: p. 52. sq. est *Gabrielis* epist. ad Max. Margun. Idem *Lamius* libr. cit. a. 1744. in lucem protulit *Gabrielis Seu.* et aliorum Graecorum recentiorum ad illum aliosque epistolas, graece. Pag. 7. dubitabat de genuina Gabrielis subscriptione propter additum voc. Φιλαδελφίας, quod ille a. 1547. nondum fuisset archiepiscopus Philadelphiae; sed anno 1577. demum d. 18. Nouembr. ab Ieremia, patriarcha, archiepiscopus Philadelphiae ordinatus: at in praef. p. XII. seq. retractat quodam modo suam sententiam; vtpote quum Gabriel Seuerus Epidaurum, Peloponnesi vrbem, Monembasiam deinde adpellatam, haberet patriam. Tamen voc. Φιλαδελφίας a recentiore manu inepte adpositum fuisse, opinatur. *Harl.*

ctam tom. II. cap. 11. p. 159. seqq. Vide etiam eius bibl. criticam tom. III. p. 231. In concilio Hierosol. a. 1672. habito Gabriel Seuerus adpellatur: ὁ ἀπὸ Πελοποννήσου, μητροπολίτης τῶν Ἐνετίῃσιν ἀδελφῶν. id. tom. IV. pag. 38. *Fabr.*

Leo Garidas (al. *Laridas* vel *Zaridas*) ICtus, iudex Veli in compendio legum Leonis et Constantini, siue synopsi nouellarum p. 400. notis ad nouellas p. 571. *Fabr.* v. *Bachii* Hist. iurispr. rom. IV. cap. 2. §. 3. p. 646. ed. V. — *Georgidii* seu *Georgidis*, monachi, collectio diuersarum sententiarum ex auctoribus sacris et profanis collectarum, *Florent.* in cod. Laur. XV. nr. 3. 4. plut. 7. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 252. ib. II. pag. 307. nr. 1. cod. XIII. plut. 56. Sententiar. eclogae, verss. iambicis. *Harl.*

[*Gergani*, episcopi Artensis, catechismus, cuius summa capita recitantur in Refutatione, Romae 1631. graeco vulgari sermone, ex act. erudit. supplement. I. p. 78. — scripsit aduersus transsubstantiationem, sed secundum sententiam Augustanae confessionis, teste de Moni, h. e. Rich. Simon; v. Acta erudit. a. 1684. m. Nou. p. 491. *Harl.*]

Georgius Contares (Κονταρῆ) ex vrbe Seruiorum sacerdos anno 1675. Venetiis edidit historiam vrbis Athenarum a Cecrope vsque ad tempora S. Dionysii Areopagitae. Citat Cangius in glossario. Hic Contares addendus Georgiis, de quibus infra ad Allatii diatribam.

[Iuuat h. l. *Georgiorum* quorumdam, quorum numerum haud exiguum index dabit et ad bibl. gr. et ad *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS., memoriam inserere.

Georgii Alecapini, (alibi *Lecapini*) expositio Epicteti enchir. in cod. Mosq. bibl. typogr. synod. XLVIII. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 327. nr. 13. et supra ad vol. VI. p. 191. seq. — in cod. Mosq. CCCIII. est *Lecapeni* grammatica. vid. *Matthaei* l. c. p. 199.

Georgius Cappadox, diaconus, subscripsit synodo VIII. v. *Matthaei* l. c. p. 31.

Georgius presbyter *Caesareae* Cappadociae. Sermo in patres Nicaeae in cod. *Mosq.* V. — *homilia*, ib. in cod. CCXXI. v. *Matthaei* l. c. p. 21. et 146. qui edidit homiliam cum homiliis *Gregorii Thessalon.* Mosquae 1776. 8. p. 135. seq. conf. supra, vol. X. p. 296. et vol. XI. vet. ed. p. 359. Nominatur vero alibi *Gregorius*, ac floruit circ. a. Chr. 940. et sub nomine *Gregorii* sermo cit. gr. et lat. in Auctario nouo *Combefisii*, Paris. 1648. tom. II. pag. 547. sub nomine autem *Georgii* etiam *Florent.* in cod. Laurent. XXIII. nr. 2. plut. 70. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 683. seq.

Georgius Calybes, qui a. C. 1522. vrbis Rhodi per Turcas expugnationi interfuit. *Vindobon.* in cod. CCLXXXIX. eius sunt 1) oratio in transfigurationem Christi; 2) quaestiones et responsiones quinquaginta de variis rebus theologicis; 3) epistolae XVII. ad diversos; 4) excerpta quaedam miscellanea, inter quae praecipuum obtinet locum Constantini M. donatio, Syluestro I. papae facta. v. *Lambec.* V. col. 497. sqq.

Georgius ὁ Καῤῥοφίλης scripsit ad Gabriel. Seuerum epistolam, editam a *Lamio* in Delic. eruditor. a. 1744. p. 23. seq.

Georgio Corinthio Κόμητι scripsit Michael *παραστάτης*, qui p. 161. 163. seq. apud *Lamium* late respondit, atque p. 169. seq. ad eumdem scribit *Georgius* ὁ *βαλσαμών*. Ad *Georgium Corinth.* ibid. p. 172. sqq. epistola Paulli Manutii, gr. — Ibid. p. 24. *Georgii Λαμπαδαρίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας* epist. ad Gabr. Seuer. In bibl. Vindob. sunt aliquot codd. quos *Georg. Cor.* olim possederat. v. *Lambec.* VIII. p. 623.

Georgii Coressii, monachi, genere Chii, opera memorat Rich. Simon in Supplem. actor. erudit. tom. I. p. 78. bis. — Idem Simon in Hist. critiq. de la creance laudat Georg. Coressium, doctissimum graecorum theologorum, eumque probasse, testatur, *Gregorii presbyteri* synopsin dogmatum eccl. gr. Venet. 1635. v. Acta erudit. a. 1684. m. Nou. p. 490. add. paullo post de *Alex. Helladio.* — *Georgii Coresii* (sic) op. de theologia *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLXIV. nr. 2. in quo etiam nr. 2-4. exstant eiusd. opp. de incarnatione, cui multa praemittuntur de prouida dei cura; de praeuisione, vbi statuitur etiam, inter illam et prouidam dei curam discrimen intercedere; et aliud, in quo perpenduntur quaedam, ad sex dies creationis spectantia. — Ibid. in cod. MCCCLXXIII. nr. 2. ad marginem Matthaei Blastaris syntagmatis alphabetici etc. coniectum est quoddam *Georgii Coressii*, Graeci recentioris, scriptum, vbi argumentis, quae ad stabiliendum summi pontificis primatum adferri solent, conatur respondere. — *Georgii Curtesii Scholarii* epistolae XVIII. *Florent.* in cod. Laurent. XIII. nr. 30. plut. 74. de quibus copiosius agit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. tom. III. p. 108. et in indice suspicatur, hunc esse eumdem cum Georgio Scholario, s. Gennadio, patriarcha CPolit. de quo v. plura supra in cap. 29. — Eiusd. de elementis et litteris, de accentibus, et octo partibus orationis, seu potius in Grammaticam introductio prima, ibid. in cod. XXVII. nr. 1. plut. 58. v. *Bandin.* l. c. II. p. 470. qui adnotat, idem opus exstare etiam *Mediolan.* in bibl. Ambros. (v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 497. *B.*) *Romae* in S. Siluestriana et Vallicelliana.

Georgii Mytilenaei oratio de passione Iesu Christi, *Vindob.* in cod. caes. CLXXVI. nr. 5. v. *Lambec.* IV. p. 410. et vol. I. p. 245. seq. vbi ex Allatio adnotatur, eam gr. et lat. editam esse a Iac. *Gretsero*, tom. II. de cruce p. 659. — In eodem I. vol. Lambec. p. 303. *C.* nr. 28. et p. 412. *C.* nr. 180. memorantur in codd. arab. vita *Georgii martyris*, et hymnus in eum. — eiusd. vita, ter, gr. *Mediolan.* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* l. c. p. 497. *B.* — De pluribus *Georgiis martyribus*, in his de *Georgio*, episcopo Mytilen. v. supra, vol. X. p. 229. sqq. quibus addes canon. s. cantic. sacrum, d. VII. April. in *Georgium* archiep. Mytilenae in cod. *Vindob.* caes. XII. v. *Lambec.* VIII. p. 209. atque in eod. vol. p. 150. 210. 735. 749. 765. 790. vita S. *Georgii magni* martyris. ib. p. 150. nr. 6. cod. X. Gregorii Cyprii orat. in *martyrem Georgium*, vbi Kollar. adnotat, illam orat. lucem adspexisse in Act. Sctor. tom. III. April. ad 23. April. p. 123. lat., at graec. sub fin. III. tomi p. XXV. ex cod. Vatic. *officium Georgii*, *Florent.* in cod. Laurent. XVII. nr. 22. plut. 5. eius martyrium, (quod latine legitur in Act. SS. tom. III. April. p. 117. et graece ex illo cod. Laur. in calce tomi p. IX.) et in eod. cod. nr. 15. *Georgii* miraculum (quod gr. exstat ad calcem dicti

tomi

tomi Actor. p. XLV.) v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 41. et 495. — ib. p. 425. nr. 1. cod. XXI. plut. 9. [*Georgii*, metropolitae Mityl. *Dauidis* et *Symeonis*, confessorum et martyrum officium, ac nr. 2. eorumdem vita atque historia. — Ibid. tom. III. p. 403. nr. 4. cod. Laurent. XVII. plut. 87. *Georgii* cuiusdam *Amerutzae* schedula, intellectum non esse communem omnium hominum, ut quidam existimant, sensisse Aristotelem: in tom. I. p. 254. quidam *Georgius* citatur in florilegio sententiarum.

Georgii metropolitani grammatica, *Mediol.* in bibl. Ambros. in qua etiam *Georgii Gurterii* chronographia, et *Georgii monachi* chronicon, teste *Montfauc.* in Bibl. bibl. MSSt. p. 619. *D.* — Ex *Georgio*, monacho, CPolit. chronographo, narratiuncula de virgine quadam, *Venet.* in bibl. Marc. cod. CXXVII. fin. v. cat. codd. gr. Marc. p. 74. ib. p. 85. in cod. CLIII. de *Georgio Moschampare.*

Georgii Moni scholia in diuisionem rhetoricae, *Paris.* in bibl. publ. teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 736. *D.* nr. 2759. — In cat. MSS. bibl. publ. *Paris.*, vol. II. nr. 2. recitatur *Georgii Grammatici* homilia in laudem S. Barbarae.

Georgius Notarius et Sacerdos cognomento *Apotira*, scripsit a. 1399. cod. *Vindob.* caesar. XVI. s. magni Menologii Graecorum mens. Sept. et Octob. v. *Lambec.* VIII. p. 547. nr. 57. et *Kollar.* in Supplem. ad Lambecii comm. I. p. 670. seq. vbi testimonium quoddam, a Georgio Notario cod. CXIV. a. post Christi descensum 1571. m. Iunio, CPoli adscriptum, gr. transscripsit et latine vertit.

Georgius rhetor τῆς μητροπόλεως αὐτῆ graece reddidit *Richardi* latini librum contra Mahomed. et librum contra Saracenos, MS. *Mosquae* in cod. synod. CCCXLVII. nr. 3. et 4. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 224.

Georgii Siceliotae et Cedreni fragmenta chronica in cod. *Vindobon.* v. *Nessel.* cat. codd. caesar. part. V. tomi II. p. 151.

Georgius, Syracusanus, a. Chr. 663. episcop. graecis litteris, quas CPoli accepit, adprime instructus. Scripsit *Troparia*, quae in natiuitate Christi et in Epiphania canuntur: aliquot etiam, in Menaeis graecis obuias, odas edidisse dicitur. v. *Leon. Allat.* de libris eccles. Graecor. nr. 26. p. 87. et *Mongitor.* bibl. Sicul. tom. I. p. 258.

Georgii Xiphilini, patriarchae CPol. sententia synodalis de iuribus territoriorum, promulgata et confirmata a. C. 1197. *Vindob.* in cod. caes. CCLIII. v. *Lambec.* V. p. 334. seq. qui obseruat, eamdem sententiam exstare gr. et lat. in Io. Leunclauii et Marquardi Freheri iure graeco-romano, tom. I. p. 283. *Harl.*]

Gerasimus, monachus, explanator acutissimus Balsamonis, Trullanos canones explicans laudatur a *Nic. Comneno* p. 145. praenotionum mystagogic. Eiusdem ecthesis canonum apostolicorum, pag. 249. *Fabr.*

[*Gerasimus chronographus.* In Ioannis, patriarchae, eclogis asceticis (*Vindob.* in cod. caes. CCXLI. nr. 2.) citatur notatu dignus locus de incendio montis Vesuuii sub imp. Tito, et de caussa ignium subterraneorum secundum opinionem Christianorum, tunc temporis viuentium, nec non de inferno Platonico sec. Platonis Phaedonem, s. de immortalitate animorum: cuius initium adtulit *Lambec.* V. p. 224. Kollar. *Harl.*]

[*Gerasimus, hieromonachus,* contra quem scripsit *Manuel* rhetor, Peloponnesius; v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 29. de cod. XIII. fol. 79. et p. 202. de cod. CCCXL nr. 1. *Harl.*]

Gerasimus, Nicaenus archiepiscopus, obseruationibus ad septem concilia. id. pag. 398. in ecthesi canonum p. 192.

Gerasimus protecdicus. id.

Gerasimi, patriarchae Alexandrini, epistolam a. 1629. scriptam graece et latine exhibet *Allatius* III. 8. 4. de consensu, p. 1013. seq. *Fabr.* Conf. supra ad *Procopium* p. 742. et 775. edit. vet. et ib. §. 37. de *Gordio*. *Harl.*

Gobidam Logothetam ICtum scholiis ad nouellas Leonis imp. citat *Nic. Comnenus* p. 372. *Fabr.* *Gobidam* et *Cubidium* non eosdem esse, vt *Suaresius* in Notitia Basilicor. §. XLII. putabat, (cui accesserat *Bachius* in Hist. iurisprud. rom. libr. IV. cap. 1. §. 21. p. 607. ed. V.) sed vtique distinguendos, animaduertit *Pohlius* ad Suaresii locum p. 136. not. ω, et addit, Gobidam Iustiniani aetate inferiorem esse, iam *Rhunken.* in praefat. commentar. Thalelaei, Stephani aliorumque graecorum Ictor. ad titt. π. et C. de postulando et de Procurat. et Defensor. praefixa obseruasse: idem suspicatur, *Gobidam*, scholiastem Basilicorum, et *Ioannem Gobidam,* Logothetam Genici, (cuius scholia ex Nic. Comneno memorat Fabricius,) non esse diuersos. Denique adnotat, laudari *Gobidam* a Balsamone ad Nomocean. Photii p. 1118. et in Basilicor. scholiis tom. II. p. 82. tom. III. p. 182. et 452. tom. V. p. 280. et 448. atque scholia eius quaedam exstare in laudatis Graecor. Ictor. commentariis ad titt. π. et codicis de postulando etc. in *Meermanni* Thesaur. tom. III. et V. editis. *Harl.*

[*Cyri Gregorae* schema, item expositio quorumdam in Euclide, in cod. bibl. *Augusi.* Vindel. v. *Reiser.* indic. MSSt. illius bibl. p. 89. *Harl.*]

Gregorios varios iam retuli in hac bibl. vt Neocaesariensem Thaumaturgum tom. VII. p. 249. Nazianzenum tom. VII. p. 383. Nyssenum tom. IX. p. 98. Gregorium Melissenum protosyncellum, aduersarium Marci Ephesii, hoc ipso volumine p. 813. et 381. (ed. nou. 393.) Gregorium Protosyncellum, qui scripsit σύνοψιν τῶν θείων καὶ ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων p. 382. (ed. nou. 394.) De eadem consulendus *Rich. Simon.* tom. I. bibl. criticae gallica lingua editae cap. 14. p. 186. seq. Gregorium Palamam p. 454. (ed. nou. 494. sqq.) et Acindynum p. 463. (ed. nou. 507.) Gregorium Cyprium p. 805. (ed. nou. 551.) et tom. VIII. p. 57. De Gregorio I. ad Leonem Isaurum graece et lat. habes ante acta concilii Nicaeni secundi tom. III. Binii p. 462. et tom. VII. Labbei p. 7. et tom. IV. Hardu-

Harduin. p. 1. [Mansi collect. ampliss. tom. XII. p. 959. sqq.] De Gregorio presb. Caesar. et Gregorio presb. qui Nazianzeni vitam scripsit, [v. supra vol. X. p. 233.] de Greg. Prusaeo metropolita, [vol. VIII. p. 94.] Gregorio archid. et referendario, [supra, vol. X. p. 219. et 253.] de Gregorio Mytilenaeo et episcopo Antiocheno, [vol. X. p. 245.] nec non de Gregorio Basilii anachoretae discipulo vide [vol. VII. p. 683.] His adde *Gregorium Decapolitam* de visione cuiusdam Iudaei in aede sacra S. Gregorii, apud Bollandum 13. Aprilis, ex editione Romana 1642. Vixit sub Iconoclastis, de quo Cangius iubet consulere Menologium Sirleti 20. Novembr. *Fabr.* Multorum quidem Gregoriorum mentio fit supra in vol. X. p. 232. seq. aliorum tamen *Gregoriorum* notitiam subiicere iuuat. Sed animaduertendum est, nonnullos interdum vocatos fuisse et *Gregorios* et *Georgios*.

[*Gregorii*, s. *Graegorii* (vti scriptum est nomen in catal. MSS. Angliae, vol. I. nr. 48.) sapientium prophetiae de aduentu et incarnatione Christi, *Oxon.* in cod. Barocc. XLVII. incip. ἑπτὰ φιλόσοφοι ἐν δήμῳ τινί.

[*Gregorii*, *Bulgariae* archiepiscopi, epistolae tres, *Vindobon.* in cod. caes. CCXCII. nr. 3. v. *Lambec.* V. p. 522. Koll. — eiusd. epistola de lege cognationis ad Theodosium, episcop. Pelagoniae et Prillapi, ibid. in cod. III. nr. 25. v. *Lambec.* VI. part. 1. p. 46. seq. — Theodori Logothetae in *Gregorium* Bulgariae archiep. et Nicephorum Gregoram, in cod. *Escorial.* teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 624. C.]

[A *Gregorio*, discipulo S. *Basilii iunioris*, ascetae, (circa fin. saeculi noni,) huius vita conscripta est. v. *Lambec.* VIII. p. 760. sqq. nr. 2. cod. caesar. XXXIV. supra, vol. IX. p. 7. et vol. X. p. 206.]

[*Gregorius Chioniades*, sub fin. saeculi XI. et initium proximi saec. cuius epistolae sedecim exstant *Vindob.* in cod. caes. CCXCII. nr. 4. v. *Lambec.* V. p. 522. vbi Kollar. adnotat, et Allatium et Fabricium, (in hoc vol. cap. 39. §. III. fin.) meminisse *Georgii Chionadis*, neminem vero *Gregorii Chionadis*.]

[*Gregorius monachus*, in obitum Georgii Gemisti Plethonis, in cod. Augustan. Vindel. teste *Reisero* in ind. MSS. bibl. August. p. 90. — *Gregorii monachi*, qui cod. caesar. *Vindob.* CLXXIX. manu sua scripsit, apologia s. defensio illius a se exarati codicis, quam integram exhibuit *Lambec.* IV. p. 417. seq. De *Gregorio monacho* vid. quoque Supplem. act. erudit. tom. I. p. 78. de Simon. libro: La creance de l'Eglise orient. sur la Transubstantiation etc. Paris. 1687. 12. — Sec. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 185. *D.* *Romae* in cod. Ottobon. Marci Ephesini apologia *Gregorii*, hieromonachi, protosyncelli, graece. Adferuntur multae eiusd. *Gregorii* epistolae: et p. 187. *B.* ac p. 190. *D.* ibid. *Gregorii protosyncelli* apologia contra Marcum *Ephes.* — *Gregorii, monachi*, et praepositi monasterii in Oxia seu Oxea, Propontidis insula, epistolae duae, *Vindob.* in cod. CCLXXXIII. nr. 13. et nr. 14. *Theodori Prodromi* (init. saec. XIV.) epist. ad memoratum *Gregorium*. v. *Lambec.* V. p. 479. seq. ibique Kollar. — *Gregorii Hierosolymitani* contra Vecci dogmata, in cod. *Balusii*, v. *Montfauc.* l. c. p. 1303. *D.* Contra in cod. *Coislin.* CCLXXXVIII. *Gregorii Cy-*

prii

prii refutatio contra Veccum et Acindynum. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 406. In pluribus Coisl. codd. varii *Gregorii*, in his quidam, ad quos Theodorus Studita scribit, excitantur. v. ind. p. 785.]

[*Gregorius*, philosophus peripateticus. v. supra vol. III. p. 220. et p. 494. vbi vocatur *Georgius*. — *Florentiae* in cod. Laurent. XX. plut. 58. exstant eiusd. compendia plurium librorum Aristotelis et eiusd. opusc. de virtute nr. 5. atque nr. 7. de fide ac diuinis virtutibus: ibid. in cod. X. nr. 4. plut. 87. eiusd. synopsis quatuor disciplinar. philosophie., ac nr. 5. eiusd. de quatuor mathematicis artibus (qui lib. in cod. caesar. tribuitur Mich. Psello.) Copiosus est de illis *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. II. p. 459. seq. et III. p. 389. seq. isque obseruat, *synopsin* illam, siue, vti quoque in eodem cod. nominatur, *philosophiae compendium*, prodiisse sub *Nicephori Blemmydae* nomine latine, Georgio Valla interprete, Basil. 1542. 8. sub *Gregorii* autem *anepomymi* nomine, gr. et lat. cura Io. Wegelini, Augustae Vindel. 1600. 8. cum eiusdem scholiis amplissimis. Atque sub nomine *Gregorii monachi* in cod. Escorial. in *Plüeri* itiner. Hispan. p. 172. citatur. — Idem *Bandin.* ad nr. 6. iudicat, libellum *de quatuor mathematicis artibus* Psello esse omnino adiudicandum.]

[*Gregorius*, inter scholiastas Basilicorum, bis nominatur in cod. *Coislin.* CLII. qui continet librum XI. Basilicorum. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 217. — Ibid. p. 104. in cod. XXXVI. a Montfauc. exscripto, citatur *Gregorius* proëdrus Aristeni.]

[*Gregorii Sinaitae* capita VII. ad vitam monasticam pertinentia, *Vindob.* in cod. caes. CCXXXIV. nr. 28. v. *Lambec.* V. p. 156. Koll. — et p. 411. nr. 7. cod. CCLXV. eiusdem capp. XXXV. de quiete ascetica s. monastica. — *Gregorii monachi Sinaitae* methodus de oratione, in cod. *Coislin.* CCCLXXVIII. vid. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 584. — eiusd. varia capp. ascetica, *Oxon.* in cod. Barocc. LIX. — in cod. LXXXI. eiusd. capp. XVI. de tranquillitate, et in cod. CCXIII. eiusd. opus asceticum περὶ θείας ἐνεργείας. — Varia capp. in cod. *Mosquens.* synod. CCCXXXII. nr. 31. et cod. typogr. syn. XLVI. nr. 7. v. *Matthaei* Not. cit. p. 210. et 324.]

[*Gregorius Syracusanus* antistes, s. Siciliae archiepiscopus, vixit circ. a. 845. variaque fata expertus est; scripsit orat. longam in S. Methodium. Plura de eo dedit et collegit *Mongitor.* in bibl. Sicula, tom. I. p. 269. — *Gregorii* ep. *Tauromeniae* Siciliae Caramei, vulgo Theophanis Ceramei, homiliae variae, in cod. *Escorial.* teste *Plüero* l. c. p. 172. conf. supra in h. vol. p. 208. sqq. *Harl.*]

Gregorius Patzo, Logotheta Dromi, atque ICtus inter Graecos vno Harmenopulo minor, indice *Nic. Comneno* p. 388. qui eius explicationem nouellarum passim laudat, vt Leonis pag. 400. 402. Alexii Comneni pag. 395. et Mich. Ducae pag. 371. *Fabr.* Conf. *Pohl.* ad Suaresii Notit. Basilicor. §. XLIII. p. 141. not. 2. qui adnotat, *Assemannum* studuisse in bibl. iur. orient. libr. II. p. 420. probare, *Patzonem*, siue, vti Suaresius eum vocat, *Patzum* floruisse post a. C. 1680. *Harl.*

Gyrar-

Gyrardi acrostichis in Stauratium Sebastum ex cod. Arg. MMDLXVI. citatur a Cangio.

Hagiotheodoretus monachus et ICtus, cuius synopsin nouellarum laudat *Nic. Comnenus* p. 393. et scholia ad nouellas Leonis p. 372. *Fabric.* Pohlius ad *Suaresii* Not. Basilicor. §. XLIII. not. γ. p. 139. *Nicolaus* (quod praenomen ei dedit Fabric. infra in vol. XII. p. 483.) *Hagiotheodoretus*, fuit, inquit, vti e Theod. Balsamone ad Photii Nomocan. tit. XIII. cap. 2. p. 1081. colligi potest, metropolita Atheniensis; vixit saec. XII. tempore Lucae, patriarchae CPolitani, imperante Manuele Comneno. Scripsit scholia in Basilica, (et alia a Fabricio memorata.) Epistolam graecam, ab amico *Hagiotheodoreto* scriptam, qua obitum eius luget, e cod. Bodleiano descripsit Io. Christph. Wolfius, et Fabric. in bibl. Gr. in vol. XII. p. 483. primum edidit." *Harl.*

Heliconii, sophistae Byz. χρονικὴν ἐπιτομὴν ab Adamo vsque ad Theodosium magnum Suidae memoratam seruari adhuc MStam in Italia narrat Simlerus. *Fabr.* Conf. supra, vol. V. p. 90. not. *i.* vol. VII. p. 446. *Harl.*

Alexander Helladius, Thessalus, qui nostra aetate versatus est in Germania, praeter ϛαχυολογίαν τεχνολογικὴν siue *spicilegium grammaticum* Noribergae a. 1712. 8. graece et latine editum, de quo dixi volum. VI. pag. 335. vulgauit a. 1714. 8. Latine, et Petro Alexidi, magno Russorum Tzario atque imperatori, dedicauit librum *de statu praesenti ecclesiae graecae*, et quare *Graeci graecobarbara editione noui testamenti vti recusent.* Quum in hoc libro paullo procacius se iactet, insultetque viris praestantissimis Helladius, responsum ipsi est a *Ioanne Matthia Gesnero* in diss. de eruditione Graecorum, qui hodie viuunt, inserta Miscellaneis Lipsiensibus tomo II. Lips. 1716. 8. [p. 397. sqq. rec. in eius opusculis minor. varii argumenti, Vratisl. tom. V. 1745. 8. p. 30. sqq. coll. eiusd. praef. ad Basil. Fabri Thesaur. *B. Harl.*] In illo autem libro Helladii p. 6. seq. memorantur libri quidam, graeca lingua vulgari editi Venetiis, *Iustinus* Latinus historicus, *Homerus* versibus politicis cum iconibus, *Aesopi* vita et fabulae, *Bertoldi* facetiae, *Spanus* liber plane, vt ait, impius, quem nonnulli in contumeliam S. Chrysostomi, iussu Eudoxiae Augustae ab Ethnico quodam concinnatum esse existimarunt, *Syntipas*, de quo supra pag. 342. *Scuphi* Corcyrensis rhetorica, arithmetica *Blezuni*, tam sagaci, vt ait, condita ingenio, vt omnes quaestiones, quas mathematici methodo algebraica resoluere solent, simplici quadam arte resoluat. Ait etiam, spem esse factam de *Concordantiis* graecis V. et N. Testamenti edendis opere triginta annorum reuerendissimi domini *Sugdoris*, doctoris *Iohannensis*. Pag. 9. narrat, in Moldauia impressas *Meletii Alex.* patriarchae [ii]) epistolas ad diuersas ecclesias Graecorum, cum Georgii Coressii, Nili et Gabrielis Philadelph. aduersus Latinos. In Walachia: *Mercadam* siue de Mercadae Iudaei filiae et Graeci iuuenis amoribus, versibus politicis, atque eodem versuum genere historiam *Michaelis Bees*, Turcarum flagelli. [P] *Ioannis Comneni* itinera-

ii) V. infra, voc. *Meletius. Harl.*

nerarium sancti montis Atho in Macedonia 8. et *Maximi* Peloponnesii enchiridion de quinque differentiis ecclesiarum orientis et occidentis, *Gabrielis Seueri* et *Simeonis Thessalonicensis* et *Dosithei Hierosol.* et *Barlaami* volumen antea omnibus ignotum, quod adpellat opus ad historiam ecclesiasticam illorum temporum percipiendam non solum Graecis, sed et Europaeis maxime necessarium, idque eumdem Dositheum patriarcham Hierosol. qui circa a. 1706. anno aetatis centesimo octauo ex hac vita discessit, iamiam moribundum imprimi iussisse. Praeterea *Sebasti Cymineti* Trapezuntii de immaculata conceptione S. Virginis in 4. et de Eucharistia in 4. atque postumum illius Heortologium, quod euolui ipse, excusum Bucoresti a. 1701. 4. in qua Bucorestensi Academia professorem siue διδάσκαλον ille gesserat. *Fabr.* Conf. supra, vol. X. p. 718. vol. VI. p. 368. et 419. not. *c.* *Saxii* Onom. lit. part. VI. p. 198. ad a. 1712. et p. 658. et supra *Procop.* §. 33. Nolo hic repetere, quae de Helladio aliisque in meis supplem. ad Introduct. etc. II. part. 1. p. 267. sqq. in epist. ad me data, Villoison. quondam scripserat lectaque digna sunt. *Harl.*

[*Heraclides* inter Manetis explanatores refertur a Photio in narratione de Manichaeis repullulantibus, quam *Montfaucon.* in bibl. Coislin. p. 349. sqq. ex cod. Coisl. CCLXX. gr. et lat. publicauit, p. 357. biblioth. illius: ibid. p. 282. ex Theopompo libr. XL. citatur *Heraclides*, Syracusanorum praefectus, in Stephani Byzantii fragm. de vrbibus, a *Montfauc.* ex cod. Coisl. CCXXV. edito. — *Heraclides* duo *Syracusani*, antiqui scriptores, quorum scripta, Opsarticum, s. de condiendis obsoniis *Athenaeus* passim saepiusque memorat. De vtroque plura retulit et variorum VV. DD. iudicia recensuit *Mongitor* in bibl. Sicula, tom. I. p. 269. sqq. *Heraclidis eremitae* liber, qui dicitur, Paradisus: est autem in vitas patrum; s. vitae LX. patrum eccl. *Oxon.* in cod. CXIIX. collegii Mertonensis, s. nr. 585. cat. MSS. Angliae vol. I. part. II. *Mediolani* in bibl. Ambros. bis v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 516. *A.* — ibid. p. 1214, *E.* in bibl. *Gemmeticensi*; ib. p. 1222. *B.* nr. 30. in bibl. S. Albini *Andegauens.* — ib. p. 1239. *E.* in bibl. monasterii S. Audoeni *Rothom.* — ib. p. 1343. *A.* vbi scriptum legitur *Heraclidus* episcop. de vita SS. patrum, in bibl. abbatiae *Sauianensis*; ib. p. 1360. *D.* nr. 211. in bibl. monast. S. Michaelis in periculo maris; ib. p. 631. *E.* *Heraclidis* epist. ad Lausum, in bibl. regis Angliae. *Harl.*]

Herennius Modestinus ICtus de excusatione, cum Antonii Augustini commentario Lugd. 1591. 8. Heidelberg. 1594. 8. *Fabr.* De hoc eiusque muneribus et scriptis plura scripserunt in *Io. Christph. Franckii* Vitis tripartitis ICtorum veterum etc. Halae Magdeb. 1718. 4. p. 150. *I. Bertrand.* de iuris peritis libr. I. cap. 31. — p. 189. seq. *B. Rutilius* in vitis Ictor. c. 75. et p. 175. seq. Guil. Grotius de vitis Ictor. libr. II. c. 12. §. 6. et 7. Add. *Fabr.* bibl. lat. ed. Ernesti, tom. III. p. 500, sq. *Hamberger.* in zuverl. Nachricht. II. p. 546. sq. *Saxium* in Onom. lit. part. I. p. 366. ad a. 244. ac 587. et quos illi laudant; *Bachii* histor. iurispr. rom. lib. III. cap. 2. §. 41. p. 483. sq. vbi inter alia obseruatur, vitam illius habere *Io. van Nispen* disp. ad fragmenta, ex libris different. Modestini, Lugd. Bat. 1750. 4. et in *Oelrichs* Thes. diss. select. Belg. vol. I. Bremae et Lips. 1768. 4. tom. I. p. 1. sqq. — Idem Bachius adnotat, illius *excusationum* libros VI. graece s. potius horum librorum fragmenta, a vulgari interprete neque diligenter, neque eleganter satis versa, melius et elegantius conuersa esse ab A. Augustino libro singulari

lari ad Modeſtinum de excuſationibus, et animaduerſſ. eruditis illuſtrata. Conſules autem *Ant. Auguſtini* emendation. et opinion. libr. IV. ed. Lugd. 1559. 8. p. 222 - 293. Hic Auguſtini liber, (qui primum prodiit Venetiis 1543.) rec. Baſil. 1544. in fol. Lugd. 1574. 8. et 1581. 8. et in tom. IV. p. 1425. Theſaur. iur. romani, cum praef. Euerh. Ottonis, tom. IV. p. 1425. *Harl.*

[*Hermaei* cuiusdam monachi epiſtola, nondum edita, ad abbatem Doulam, qua ipſius conſiliis iuuari ſe poſtulat, inc. τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ· *Pariſ.* in bibl. publ. cod. MCLXXXI. nr. 18. et nr. 19. *Doulae* abbatis ad Hermaeum reſponſum, necdum editum, quo oſtendit, homini, etſi peccatorum multorum ſibi conſcio, de ſalute tamen non eſſe deſperandum: inc. ἐμῷ πατέρι καὶ δεσπότῃ. Eaedem binae epp. *Venet.* in cod. Naniano CLIV. nr. 24. et 25. (vbi epiſtola quidem Dulae incip. ἐγὼ μὲν χρείαν ἔχω· tamen eadem eſſe videtur.) v. cat. codd. gr. Nan. p. 348. *Harl.*]

[*Hermas*, haereticus, condemnatur in anathematiſmo tertio, in cod. *Vindob.* caeſ. LXXVII. nr. 82. v. *Lambec.* III. p. 427. vbi Kollar. adnotat, tres illos anathematiſmos latine verſos eſſe a *Cotelerio* in monument. eccleſ. gr. tom. I. p. 737. *Harl.*]

[Ad *Hermodorum* quemdam Theophanes duas ſcripſit epiſtolas, editas gr. a *Lamio* in Deliciis eruditor. a. 1744. p. 184. ſqq.]

[*Georgius Hermonymus*, Spartiata, poſt expugnatam CPolin., regnante Ludouico XI. in Galliam venit, et in academia Pariſienſi litteras graecas profeſſus, inter diſcipulos habuit Reuchlinum et Gulielm. Budaeum. Manu ipſius exaratus codex, qui continet Liturgiam S. Ioann. Chryſoſtomi, exſtat in bibl. *Baluſii*, teſte *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 1305. *B.* nr. 13. et alii *Pariſ.* in bibl. publica cuſtodiuntur, teſte eod. *Montfauc.* in Palaeogr. gr. p. 99. vbi plures *Georgios*, codd. gr. ſcribas, enumerat. Conf. *Maittaire* A. T. tom. IV. part. I. p. 23. inprimis *Chriſti. Frider. Boerner.* de doctis hominibus graecis, litterar. graec. in Italia inſtauratoribus, p. 192. ſqq. vbi contra *Allatium* (de Georgiis p. 394.) et *H. Wharton* in adpend. ad Caue hiſt. litter. SS. eccl. vbi p. 181. de Georgio Hermonymo ad a. 1460. quaedam prodidit, docet, *Georg. Hermonymum* diuerſum eſſe ab *Charitonymo Hermonymo*, de quo v. ſupra, voc. *Charit.* et ſub cuius nomine exſtat in cod. bibl. *Auguſt.* Vindel. monodia in obitum Georgii Gemiſti. v. *Reiſer.* indic. MSS. bibl. Auguſt. p. 90. *Harl.*

Hierophilus ſophiſta de alimentis, περὶ τροφῶν κύκλος τὸ ποίοις δηλοῖ χρᾶσθαι ἑκάστῳ μηνὶ καὶ ὁποίοις ἀπέχεσθαι. Ex codice regio citat Cangius. *Fabr.* Editurus eſt id opus *Willemer*, D. medic. Nanceii, ſ. Nancy. — *Hierophili ſophiſtae* liber *de diaeta* ſec. XII. menſes, *Vindob.* in cod. caeſ. XXVIII. nr. 7. et nr. 8. eiusd. lib. *de facultatibus alimentorum*, v. *Lambec.* VI. part. 2. p. 283. ſeq. ibique Kollarii not. Prior lib. exſtat quoque *Venet.* in codd. Nanianis CLXXXII. nr. 23. et CCXLVII. nr. 2. v. cat. codd. gr. Nan. p. 390. ſeq. et 439. — de alimentorum facultatibus, *Oxon.* in cod. Barocc. CL. nr. 2. *Herophilus* (ſic)

Ll ll 2 in

in aphorismos Hippocratis, *Mediol.* in cod. bibl. Ambros. vid. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 498. *E. Harl.*

De *S. Hierothei*, Athenarum, vt volunt, episcopi, ex cuius Θεολογικαῖς ϛοιχειώσεσι et ἐρωτικοῖς ὕμνοις nonnulla profert pseudo-Dionysius Areopagita, eumque veluti magistrum suum laudat, videndus *Petrus Halloix* S. I. in vitis scriptorum orientalium tom. I. pag. 601. seq. *Fabr.* V. supra voc. *Euthymius* monachus. — *Hierothei* metropolitae Monembas. epistola ad Gabriel. Seuerum edita est gr. a *Lamio* in Deliciis erudit. a. 1744. p. 43. seqq. *Harl.*

Hierotheus sacellarius in vita Gregorii Palamae citatur a *Nicol. Comneno* pag. 74. Praenot. Mystagog. Idem alibi laudat *Hierotheum Chartophylacem*, et *Hierothei monachi* collectionem canonum pag. 188. 241. 262. Isagoge in Io. Climaci scalam paradisi MS. in bibl. caesarea. *Lambec.* IV. p. 191. *Fabr.* s. p. 423. ed. Kollar. nr. 4. cod. CLXXX. Add. supra, vol. IX. p. 526. — Ibid. vol. VI. part. 1. p. 58. nr. 11. cod. caes. *Vindobon.* VI. nominatur *Hierotheus metropolita Lopadius* inter septem archiepiscopos orientales, qui epistolam miserunt ad Annam imperatricem, imper. Andronici Palaeologi II. viduam, contra Io. Calecam, patriarcham CPolitan. de qua epistola multus est Lambecius. — *Hierothei*, hieromonachi, sermo contra calumniatores eius, adfirmantes, ipsum geometricis lineis efformasse naturam diuinitatis, et Patrem dixisse Spir. Scti patrem, pariterque Filium eiusdem Spir. Scti patrem; eiusd. aliud opus, Michaëli Comneno Palaeologo nuncupatum, in quo ostendere conatur, ex solo Patre procedere Filium et Spir. Sctum, *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CLIII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 85. seq. — In cod. Marc. LXXXIII. etiam reperiri *Hierothei* monachi Διάγραμμα, quo naturam diuinam figuris geometricis explicat, monet cel. *Morell.* in bibl. MSta gr. et latina, tom. I. p. 74. — Diagramma de processione Spirit. Scti memorat *Allatius* de consensu etc. libr. II. cap. 18. p. 871. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XIX. nr. 5. plut. 7. exstat *Hierothei* hieromonachi contra Latinos dialogus inter Lucam et Nephonem, s. homilia, speciem dialogi prae se ferens. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 262. qui in not. 2. etiam citat codd. Vindobon. Marcianum et Allatii, a nobis modo laudatos, at, non audemus, inquit, adfirmare, quod vnus idemque sit, ac Hierotheus monachus, cuius collect. canonum laudat Nic. Comnenus, (locis, a Fabricio excitatis.) — *Venet.* in cod. *Naniano* CLXXXII. nr. 2. *Philosophi Hierothei* canon ἐξομολογητικὸς in Domin. nostrum I. Christum. v. cat. codd. gr. Nan. p. 389. *Harl.*

De *Hierotheo* chymico infra lib. VI. *Fabr.* infra in vol. XII. vet. ed. p. 763. 766. Hic vero *Hierotheus* idem ac modo memoratus *Hierotheus monachus* esse videtur *Lambecio* vol. VI. part. 2. pag. 427. seq. in recensione cod. caesar. LI. nr. 28. vbi legitur *Hierothei methodus faciendi auri*, et Lambec. in not. 2. monet, illum Hier. monachum non esse confundendum cum S. *Hierotheo*, ante conuersionem suam philosopho Platonico, qui S. Dionysii Areopagitae fuit praeceptor, et deiparae Mariae morti interfuit: qua de re consulere iubet, S. *Dionysii* opp. gr. et lat. edita a Balthas. Corderio, Antwerp. 1634. fol. II. tom. — In eodem cod. caesar. nr. 31. exstat eiusd. *Hierothei philosophi* poëma iambicum de arte chemica, versi-

versibus constans ducentis triginta; et *Lambec.* ib. p. 431. adnotat, idem poema exstare in eadem bibl. caesarea MSt. etiam latine, sed oratione prosa. — *Monac.* in cod. Bauar. CXII. de sacra arte. v. *Hardt.* in Aretini Beyträg. a. 1804. part. 7. p. 45. — *Venet.* in bibl. Marc. cod. CCXCIX. *Hier. philosophi* iambi CCXXX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 140. et cel. *Morelli* bibl. MSt. gr. et lat. I. p. 174. vbi obseruat, excerpta esse ex illo carmine iamb. apud *Bernard.* p. 157. post Palladium de febribus, Lugd. Bat. 1745. et p. 178. de sacra arte in cod. cod. CCXCIX. — Idem carmen versib. iambic. CCXXIII. *Florent.* in cod. Laurent. XVI. nr. 51. plut. 86. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 359. — in cod. *Escorial.* carmina iambica de lapide philosophor. v. *Plüer.* itiner. per Hispan. p. 172. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MMCCXLIX. nr. 8. *de sacra arte.* Add. ind. I. ad *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. CXXV. *Harl.*

[*Hierotheus*, archimandrita Cephaleniensis, cuius opusc. manu ipsius exaratum, s. descriptio terrae motus, qui in Cephalonia insula accidit a. Chr. 1637. d. 30. Sept. exstat *Paris.* in bibl. publ. cod. MMCDLXXXIX. nr. 6. *Harl.*]

Hyperbius, Chalcedonensis archiepiscopus, ab eodem Comneno laudatus p. 259.

[*Hyperechii*, presbyteri, capp. paraenetica ad monachos: inc. ἀρχὴ ἀποταγῆς· *Paris.* in bibl. publ. cod. MXCVIII. nr. 6. *Harl.*]

Iacobi monachi epistolae XLIII. ad Irenem Augustam Alexii, *πρὸς τὴν πανευτυχεστάτην τὴν Σεβαστοκρατόρισσαν Εἰρήνην συνεκδημοῦσαν τῷ κυρίῳ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ.* Citat Cangius ex codice regio MMIV. *Fabr.* Conf. supra, vol. X. p. 278. 282. et 318. quibus addes *Iac. monachi* homilias in b. Mariam, *Paris.* in cod. MCCVIII. in conceptionem S. Deiparae et alios eius dies festos, in cod. bibl. *Vaticanae;* ibid. eiusd. oratio; et sermo in natiuitatem Mariae Virginis, in cod. bibl. *Sfortianae.* — *Iac. monachi epistolae* 43. ad Irenem Augustam, *Paris.* in bibl. quondam regia, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 12. *B.* 134. 701. *E.* et 727. *B.* — atque p. 1321. *D.* in cod. Mazarin. eiusd. epp. 48. ad Irenem Augustam, de quibus plura adtulit *Montfauc.* qui, „vixisse, ait, auctorem ante exortam controuersiam de processione Spir. Scti, etiam ex Filio, argumento est, quod crebro loquens de fide et Theologia, ac Spir. Scti deitatem acerrime vindicat, praesertim in or. seu libro aduersus eius impugnatores, qui exstat ante vltimam epistolam: — auctor eruditus; stilus elegans.“ Numeratur cod. 3039. in cat. MSSt. *Paris.* bibl. publ. vol. II. p. 600. — Ab illo haud diuersus esse videtur *Kollario* in Supplem. I. ad Lambecii comm. p. 669. *Iacobus*, monachus monasterii ad S. Medenti, postea vero *Bulgariae* archiepiscopus, vti vocatur in cod. *Vindobon.* caesar. CXXII. qui continet illius poemation iambicum de periculis suis et de quibusdam euersis monasteriis. — *Iacobi* monachi codex in bibl. *Mazarin.* simpliciter citatur in *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 1308. *D.* ibid. *Iacobi Persae* martyrium. — Idem martyrium in bibl. *Coisl.* cod. CV. vid. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 178. *Harl.*

[*Iacobo*, Hierosolymorum episcopo, inscribitur in cod. *Paris.* bibl. publ. CDXXXVI. nr. 1. Clementis episcopi romani vita. *Harl.*

[*Iacobi Neobaptistae*, qui praeter sententiam suam lauacrum sacrum susceperat sub Heraclio imperatore et Georgio Carthaginensis vrbis praefecto, doctrina aduersus eos, qui Iudaeorum manu recens baptizati sunt, — vt cognoscant Dominum, quod non oporteat σαββατίζειν post Christi aduentum, et quod ipse sit vere Christus, qui venit, et non alius, in cod. *Coislin.* CCXCIX. (v. *Montfaucon.* bibl. Coisl. p. 415.) et *Florent.* in cod. Laurent. XIV. nr. 17. plut. 9. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 412. *Harl.*]

[*Iacobus*, ex episcopo Anchiali anachoreta, memoratur in cod. caes. XXVIII. nr. 1. v. *Lambec.* VIII. p. 642. ibique Kollar. *Harl.*]

[*Iacobus*, patriarcha et archiep. CPolit. cuius epistolam gr. edidit *Lamius* in Delic. erud. a. 1744. p. 157. seq. *Harl.*]

[In pluribus codd. *Coislin.* varii nominantur *Iacobi.* v. *Montfauc.* bibl. Coisl. Sic p. 324. ad *Iacobum Solitarium* scribit Theod. Studita, idemque p. 147. 149. 316. 320. ad Iacobum quemdam: p. 217. — *Iacob. Rhodius Diaforinus* exarauit a. 1541. cod. CLIII. in quo habentur decem primi libri Basilicor. — p. 111. laudatur *Iacobus*, metropolita Thessalonicae, hypertimus et exarchus totius Thessaliae: — p. 266. condemnatur *Iacobus* Syrus in Definitionibus fidei orthodoxae, a *Montfauc.* ex cod. Coisl. CCV. editis, etc. *Harl.*]

[*Ibanci* monodia super Isidoro Glaba, metropolita Thessalon. — eiusdem epistola ad Simonem, sancti montis hieromonachum, *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XIII. nr. 12. et 23. v. *Bandin.* cat. l. c. III. p. 105. et 107. *Harl.*]

Ieremias, patriarcha CPol., ex metropolita Sophiae in Bulgaria electus patriarcha CPol. post Theoleptum a. 1520. et Tornobi in Bulgaria a. 1544. defunctus. Vide *Crusii* Turco-Graeciam pag. 153. sqq. Tractatus de cognatione, quatenus connubium impedire potest, MS. in bibl. caesarea. *Lambec.* VIII. p. 477. seq. *Fabr.* f. p. 998. seq. ed. Kollar. nr. 33. cod. LI. Conf. de eo *Lamium* in Delic. eruditor. a. 1740. part. 2. p. 268. §. XX. et *Montfaucon.* in bibl. Coislin. p. 129. de cod. Coisl. LXV. *Harl.*

[P] *Ieremias II.* ex metropolita Larissae, patriarcha CPol. a. 1572. atque iterum post Metrophanem restitutum, qui 18. Aug. 1580. (teste Schweickero in hodoeporico,) decessit; atque tertio a. 1587. [et vixisse dicitur vsque ad a. 1594. v. *Lamium* l. paullo modo cit. p. 191.] Huius plures exstant epistolae ad Martinum Crusium et ad theologos Tubingenses, e quibus supra p. 511. (ed. nou. 621.) et vol. VIII. p. 91. 93. 94. 95. seq. dicere me memini. Ecthesin eruditam de moribus Graecorum laudat *Nic. Comnenus* pag. 406. praenot. mystagog. et ecthesin praeceptorum ecclesiae p. 139. Paraenesin ad Germanos de Eucharistia. p. 189. Responsum XIV. ad varia interrogata. p. 150. Synodicum excommunicationis in eos, qui Christianos deferunt Agarenis. p. 284. Prodiit etiam Francofurti ad

Ode-

Oderam siue Viadrum a. 1590. 4. Ieremiae iudicium de Calendario nouo Gregoriano, vbi iunctim graece exhibentur: 1) ἀντιγραφὴ ἀπὸ τῦ Κωνςαντινϐπόλεως Κυρίϐ Ἱερεμίϐ καὶ τῦ Ἀλεξανδρείας Κυρ. Σιλβέςρϐ. 2) Crusii ad Ieremiam. 3) Ieremiae responsum ad Possevini criminationem. 4) Christoph. Pelargi epistola ad Ieremiam, graece scripta. 5) Ieremiae responsum, postquam iam ab exsilio redierat. 6) CPolitanae ecclesiae ad Moscouiae Tzarum, quanto desiderio pastorem suum exspectauerit. Subscriptiones notatu dignae: Ἐφέσϐ μητροπολίτης Σωφρόνιος καὶ εὐχέτης τῆς βασιλείας σϐ. Ὁ Νικομηδίας Σισίνιος, ὁ Νικαίας Κύριλλος. Θεσσαλονίκης Μητροφάνης. ὁ Ναυπάκτης καὶ Ἄρτης Μητροφάνης. Κυζίκϐ Ἀχίλλιος ὁ περὶ θεορίϐ καὶ ξάνθης Φιλήμων. ὁ Πρέσσης Νεόφυτος, ὁ μέγας οἰκονόμος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἱερεὺς Γεώργιος. ὁ Ἱέραξ, ὁ μέγας λογοθέτης τῆς μεγάλης βασιλείας καὶ δϐλος τῆς σῆς βασιλείας. ὁ μέγας σακελλάριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Σαβατιανὸς, καὶ δϐλος. ὁ μέγας σκευοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ δϐλος τῆς βασιλείας σϐ. ὁ μέγας χαρτοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ δϐλος τῆς βασιλείας σϐ. ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. ὁ σακελλίϐ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. ὁ δικαιοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. ὁ πρωτονοτάριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. ὁ ῥήτωρ. ὁ πρωταποςολάριος. ὁ μέγας πρωτοπαπᾶς. ὁ νομοφύλαξ. ὁ καυςρίσιος. ὁ ῥεφερενδάριος. ὁ ἱερομνήμων. ὁ πρωτοπαπᾶς. ὁ ὑπομιμνήσκων. ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων. ὁ ἐπὶ δεήσεων. ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων. ὁ ὑπομνήματα γράφων. ὁ πρωτοκανονάρχων. ὁ πριμμικύριος καὶ οἱ λοιποὶ ἱερεῖς καὶ ἄρχοντες τῆς Κωνςαντινϐπόλεως καὶ τῦ γαλατᾶ. 7) Alia epistola, qua pro Ieremia reuocando tota sollicitat ecclesia. Subscribunt: ὁ μέγας οἰκονόμος Γεώργιος ἱερεύς, et ὁ Ἱέραξ ὁ μέγας λογοθέτης καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί. 8) Ioannis Petri, Voiuondae et domini Moldo-Wallachiae ad Ieremiam, vt ad patriarchatum redeat. [?] a. 1589. 9) Sigismundi Poloniae regis ἐξϐσία, concessa patriarchae Ieremiae. Notissimum etiam opus Witebergae a. 1584. fol. editum, cui titulus: *Acta et scripta Theologorum Wirtembergensium*, (male Witenbergensorum apud Arcudium p. 8. Concordiae de sacramentis edit. 1674. 4.) *et patriarchae CPolitani Ieremiae, quae vtrique* a. 1576. *vsque ad* a. 1581. *de Augustana confessione inter se miserunt, graece et latine ab iisdem theologis edita*, cum praefatione apologetica aduersus Socolouium [kk]), Lindanum [ll]) et Ficklerum. [mm]) 1) Epistolae binae ad Ieremiam missae a D. Iac. Andreae et Martino Crusio. 2) Confessio Augustana, graece versa

kk) *Stanislaus Socolouius*, [s. *Sokolowski*, v. Ianozki Nachricht von den in der Zaluskisch. Biblioth. sich befindenden raren polnisch. Büchern, part. III. p. 60. 61. *Harl.*] Stephani Poloniae regis theologus, adnotationes ad Ieremiae censuram orientalis ecclesiae de praecipuis nostri saeculi haereticorum dogmatibus, latine redditam edidit Cracou. 1582. fol. recusas Dilingae 1582. 8. et Colon. 1582. 8. et cum notis marginalibus Francisci Feuardentii Paris. 1584. 8. Deinde eiusdem *Socolouii* responsio ad inuectivam Witebergensium theologorum cum antidoto vltimae responsionis eorumdem ad censuram patriarchae de articulis confessionis Augustanae lucem vidit Augustae Treuiror. 1586. 8. nec non *Io. Gorscii* Crusius siue animaduersiones ad Theologos Witenberg. Colon. 1585. 8.

ll) *Guil. Lindanus* episcopus Ruremondanus in concordia discorde protestantium.

mm) *Io. Baptista Fikler*, archiepiscopi Salisburgensis consiliarius, ex Socolouio germanice quaedam secus de actis Wittebergensium theologorum cum Ieremia patriarcha scripserat. Atque deinde illis opposuit spongiam aduersus Wirtenbergenses protestantes. Ingolstad. 1585. 8.

versa p. 5 - 53. Interpres Paulus Dolscius, Melanchthonis discipulus, et eadem versio iam a. 1559. edita Basileae apud Oporin. et per Demetrium Mysum, **) diaconum CPol. missa ad Iosaphatum, patriarcham CPol. quemadmodum et compendium theologicum Iac. Herbrandi, theologi Wirtemberg. graece versum a Martino Crusio, quod rogatu Ieremiae patriarchae et Ioannis Zigomalae versum vidit quoque lucem Witeberg. 1582. 4. vide bibliothecam *Ioh. Fabricii* Helmstad. tom. III. p. 374. Wenceslaus a Budowitz epistola ad Dau. Chytraeum data a. 1579. narrat, Augustanam confessionem graece impressam Basileae, (cuius exempla complura CPolin. adtulerat Steph. Gerlachius,) oblatam vni ex principibus Georgianis, qui in linguam suam Ibericam transferri iussit. 3) Ieremiae responsum primum ad Iac. Andreae et Martinum Crusium a. 1576. p. 54 - 143. 4) Epistola Lucae Osiandri, (nomine Iac. Andreae, qui in Saxonia versabatur,) et Martini Crusii epistola ad Ieremiam cum responso ad eius scriptum pag. 144 - 199. 5) Secundum Ieremiae scriptum datum a. 1577. pag. 200 - 260. 6) Responsum Tubingensium Eberh. Bidenbachii, Iac. Andreae, Io. Magiri, Iac. Herbrandi, Theod. Snepfii, Luc. Osiandri et Martini Crusii ad secundum [?] Ieremiae scriptum a. 1577. pag. 261 - 348. 7) tertium Ieremiae scriptum datum a. 1578. p. 349 - 384. cum binis ad Iac. Herbrandum et Martinum Crusium epistolis p. 385. 386. Confer D. *Christoph. Matthaeum Pfaffium*, cancellarium Tubingensem, de actis scriptisque publicis ecclesiae Wirtembergensis p. 50. seq. et *Io. Vlrici Pregizeri* Sueciam et Wirtembergiam sacram p. 156. seq. nec non collectionem nouam rariorum librorum, Halae editam, p. 408. seq. *Heineccium* adpendice operis eruditi de ecclesia graeca pag. 80. et Pontificii hominis *Georgii Schereri* S. I. neue Zeitungen aus Constantinopel von Ieremia, Patriarchen daselbst, was sein und aller Griechischen vnd Orientalischen Kirchen Vrtheil vnd Meinung sey, von allen Articuln der Augspurgischen Confession, [Vindobon. 1583. et] in Schereri operibus iunctim editis germanice Monachii 1614. fol. tom. I. pag. 160 - 168. Denique Ieremiae patriarchae epistola ad Christophorum Pelargum cum Pelargi, ad quam respondet, litteris graece et latine occurrit in *Io. Christophori Becmanni* analectis de vitis professorum academiae Francofurt. ad Oderam siue Viadrum fol. a. 1706. p. 125. *Fabr. Vindobon.* in cod. caes. XXXIII. est primum responsum, quod in actis et scriptis, a Fabricio citatis exstat, sed sub epigraphe ab ea, quae in cod. legitur, diuersa: scil. Κυρίȣ Ἱερεμίȣ διδασκαλία νȣθετικὴ πρὸς τȣ̀ς γερμανȣ̀ς· *admonitoria doctrina ad Germanos:* in eod. cod. nr. 2. est eiusd. *Ieremiae* epistola ad Tubingenses, quae in memoratis Actis gr. et lat. legitur p. 54. sed eiusdem Ieremiae responso praefixa. v. *Kollar.* Supplem. ad Lambecii comm. tom. I. p. 243. sqq. Vid. quoque paullo ante de *Eugenio* episcopo dicta. — *Lamius*, quia Margunius in ep. ad Gabrielem, ab illo edita in Deliciis erudit. a. 1740. part. 2. p. 158. sqq. Ieremiae patriarchae mentionem fecit, in nota p. 171 - 195. eius vitam, fataque, et controuersias cum Tubingensibus theologis scriptaque latius persequutus, p. 177. sqq. magnam partem repetiit epistolae, quam Mart. Crusius scripsit ad Dau. Chytraeum. Ibid. pag. 299. sqq. Lamius in not. ad versionem suam lat. epistolae Ieremiae archiep. CPolitani ad episcopum Cytherorum continuauit vitae scriptorumque Ieremiae historiam, et p. 98. sqq. edidit primum epistolam, gr. ab Ieremia scriptam, et inscriptam: τῷ θεοφιλεστάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κυθήρων ὁ ταπεινὸς ἱερο-

**) *Allat.* de consensu pag. 1008.

ὁ τζαυκάρλας εὐπεράττειν. — Idem *Lamius* in Delic. erud. a. 1744. p. 69. seq. publici iuris fecit epist. gr. quam p. 72. adnotauit, esse Ieremiae II. patriarchae CPol. pariter p. 78. sqq. plures gr. epp. ad Gabrielem Philadelph. quarum duae priores Lamio p. 78. scriptae videntur *Ieremiae* II., vel a. 1579. quando primum sede deiectus est; vel anno circ. 1584. quando iterum e recepto throno deturbatus est: — tum p. 112. sqq. p. 116. sqq. epistolas quasdam *Ieremiae II.* et *Gabrielis Seueri* mutuas. — *Ieremiae* epistola *Romae* in biblioth. Vaticana, in cod. reginae quondam Sueciae 904. — eiusd. admonitio ad Germanos, et epistola ad Iacobum ac Martin. Crusium, *Paris.* in bibl. publ. cod. MMII. et ibid. in bibl. quondam de Montchal, archiepisc. Tolosani, cod. VII. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 33. *A.* 727. *C.* 896. *C.* vbi is suspicatur, Iacobum theologum esse Grynaeum; sed probabilius esse videtur Iacobus Andreae. Conf. de actis et scriptis Theologor. Wirtemberg. etc. *Baumgarten.* Nachricht. von einer hallischen Biblioth. tom. VI. p. 145. sqq. vbi iis, qui de illo opere in Vogt-catal. libror. rarior. p. 6. citantur, additur *Saligii* Historie der augspurgisch. Confession, tom. IV. cap. 1. §. 19 - 29. part. 1. p. 721 - 737. — De *Ieremiae* iudiciis de liturgiis Iacobi ac Marci, et de poenis damnatorum v. censuram operis inscripti: Fides ecclesiae orientalis, s. Gabrielis Philadelph. opuscula, nunc primum de Graecis conuersa, cum not. vberiorib. *Rich. Simonis*, Paris. 1686. 4. in Actis erudit. 1688. m. Mart. p. 137. et 138. Add. supra, vol. VIII. p. 89. 90. ac p. 94. 95. seq. — Ad Ieremiam dialogus Meletii orthodoxus *Mosquae* in cod. synod. CCCXV. nr. 8. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 207. *Harl.*

[*Ieremiae* sacerdotis epist. graeca, de vita S. Georgii secundum traditionem, cum anglica et latina D. Lloydii versione *Oxon.* in bibl. Bodlei. inter codd. Ashmolean. nr. 7412. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. — De *Ieremia*, Larissae episc. supra, vol. VIII. p. 94. *Harl.*]

[*Ignatii*, monachi, narratio de vita *Tarasii*, patriarchae CPolit. Febr. 26. *Oxon.* in cod. Barocc. CCXXXVIII. — add. supra, vol. X. p. 329. et *Caui* hist. litter. SS. eccl. II. p. 6. ad a. 810. — ib. p. 40. ad a. 847. de *Ignatio*, patriarcha CPol. — *Ignatius*, monachus *Xantopulorum* de institutione vitae monasticae, *Taurin.* in cod. reg. CCCLII. v. cat. codd. gr. Taur. p. 481. — De *Ignatio* e Chio v. supra, vol. VIII. p. 93. — Ad *Ignatium* epistolam Theophanis monachi ἐν Χίῳ edidit *Lamius* in Deliciis erudit. a. 1744. part. 2. p. 176. sqq. Permultorum *Ignatiorum* et scriptorum, a nonnullis confectorum, mentio passim fit in *Assemanni* bibl. orient. v. ind. ad tom. II. p. 532. seq. et in tomo III. p. 17. et 297. *Harl.*]

[*Indimus*, episcop. ἱερηνεπόλεως, nominatur inter eos, qui Gennadii epistolae encyclicae subscripserunt. v. *Lambec.* VIII. p. 893. *Harl.*]

[*Ioachimus*, Alexandrinus patriarcha. v. supra, de *Eugenio* episcopo, et vol. VIII. p. 93. Cod. *Mosquens.* synod. V. qui continet Praxapostolum, *Ioachim*, hieromonachus, a. C. 1525. renouauit, (vti manu sua in fine testatus est, h. e. (quae est suspicio *Matthaei* in Not. codd. gr. Mosq. p. 15.) nouo inuolucro exornauit. *Harl.*]

[*Ioannis Abramii*, exarchi, epist. ad Georgium Calybam, *Vindobon.* in cod. caes. CCLXXXVIIII. nr. 3. v. *Lambec.* V. p. 501. seq. — Enimuero quis omnes *Ioannes*, etiam Graecos, quorum vis paene infinita est, et praecipue quorum nonnisi memoria superest, enumerare potest? et cui bono? Multorum nomina episcoporum etc. reperies inter eos, qui subscripserunt Gennadii epistolae encyclicae in cod. caesar. XLIV. nr. 35. v. *Lambec.* VIII. p. 391. sqq. Consules quoque indices ad bibl. nostram gr. ad *Montfaucon.* bibl. Coislin. et ad Bibl. bibliothecar. MSSt. — ad *Cauei* Hist. litt. SS. eccl. ad *Assemanni* bibl. oriental. etc. Ne tamen ἀσύμβολος discedam, quorumdam, licet paucorum, iniiciam mentionem. *Harl.*]

[*Ioannis*, abbatis, cognomine *Curti*, apophthegmata quaedam, *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXX. nr. 23. — *Ioannis*, abbatis, sententiae moralium in Iob. in bibl. Cassinensi. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 219. *B.* et 225. *C. Harl.*]

rr) Siue p. 178. ed. Kollar. nr. 6. cod. caes. XLVI. vbi Kollar. in not. *A.* „scriptorem inquit, hunc claruisse dicit *Caueus*, (in Hist. litt. SS. eccl. II. p. 29.) circa a. Chr. 842. Fabricius vero post medium saec. X. *Oudin.* autem in comment. de SS. eccl. tom. III. p. 2566. sub saeculi XV. initium (circ. a. 1430.) quae opinio vero mihi videtur esse simillima.“ Idem tamen contra Oudinum negat, opusc. de azymis in mem. cod. caesareo exstare integrum. Add. quae supra ad vol. X. p. 525. in nota *s.* scripsi, ac p. 261. fin. et supra vol. IX. p 686. seq. ibique not. *e.* — ibid. p. 299. seq. etc. Plures enim fuerunt eiusd. nominis munerisque. — Plenum *de azymis* opus exstat *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CLIV. et quidem ter de illis recitatur in cat. codd. gr. Marc. p. 87. 1) quod inc. ἴδα μὲν ἀνηρημένυς καθόλυ τῦ πράγματος· 2) init. πάλαι γάρ τινες· 3) init (vti in cod. Vindobon.) τὸν πολύπυν φασι. Haec tria opuscula edita esse a *Dositheo*, patriarcha Hierosolymitano, in tomo Ἀγάπης, impresso Iassii in Moldauia, a. 1698. adnotat cl. *Morell* in bibl. MSta gr. et lat. tom. I. p. 91. — In bibl. *Marc.* Venet. cod. CLXVI. est *Ioannis*, patriarchae *CPol.* epistola ad Constantinum papam. v. catal. cit. p. 94. vbi adpellatur Combefis. ad calcem Historiae Monothelitarum. — *Ioann.* patriarchae *Hierosol.* opusc. de azymis, quod inc. τὸν πολύποδα φασὶ τὸ παράπαν μὴ χαίρειν τῷ πόντῳ, MS. *Florent* in cod. Laurent. XXXVI. nr. 11. plut. 5. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 62. — ibid. in cod. XXIV. plut. 9. *Io. Hierosol.* epist. ad Ioannem CPolitan. citatur in Thes. orth. fidei. v. *Bandin.* l. c. p. 433. — Ibid. in cod. XL. nr. 53. plut. 5. est *Ioan.*, *patr. CPolitani*, diiudicatio synodica de rebus, quae ad monasteria pertinent; quam constitutionem integram graece in lucem protulit *Bandin.* l. c. I. p. 76. seq. et p. 79. nr. 71. eiusdem codic. memoratur ex *Ioannis* eiusd. Synodico. — *Io. Hierosolymit.* expositio in quatuor euangelia, MS. in bibl. S. Theodoricae. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1233. *E.* et p. 1235. *B.* vt mittam *Ioan. diaconum Hierosolym.* qui scripsit librum de SS. patribus Aegypti, quos ipse visitauit: MS. in bibl. *Basileensi*, et sextum librum vitae patrum interpretatus est, MS. in bibl. *Gemmeticensi*: v. *Montfauc.* l. c. p. 608. *C.* et p. 1213. *E. Harl.*

ipse testatur disp. de azymis: *μετὰ γὰρ τοὺς ἄλλους καὶ τοὺς πρὸς ἐκείνους λόγους, οὓς συνετάξαμεν αὐτόθεν, ὀ πολλαὶ παρῆλθον ἡμέραι.*

Ioannes Hagiopolita scripsit laudationem Macarii Aegyptii. Incipit: Μικρῷ Μακάριος διέφυγε ὁ Αἰγύπτιος. Citat *Allatius* p. 734. libri de purgatorio.

Ioannis, Nicomediensis presbyteri, vt aiunt, circa a. 324. Acta S. Basilei post Lipomannum et Surium dedit latine ex Sirleti versione Henschenius in actis Sanctor. 26. April. tom. III. p. 417. et graece ex MS. Cryptae ferratae, hodie Vaticano, in adpendice p. L.

Ioannes Nerttenus, cuius MS. a. 1136. Graece quaedam Georgii Corcyrensis opuscula memorat *Allatius* de consensu p. 664.

Ioannes Malaxus, in libro gallico Morlierii, cui titulus: Essais de litterature pour la connoissance des livres, Hagae 1703. 12. tom. I. pag. 115. traditur graece scripsisse historiam patriarcharum CPolitanorum, quam Labbeus corpori historiae Byz. inseruerit. Sed historiam [P] illam manu sua descripsit, non ipse composuit *Emanuel*, (non Ioannes,) *Malaxus*, defunctus a. 1580. De illa dixi volum. VIII. p. 89. seq. [ss]) Nusquam autem in corpore Byzantino Labbei exstat: sed in Martini Crusii Turco-Graecia, in cuius libro secundo occurrit graece et latine p. 106 - 184. digna lectu, licet Graecis, quorum contentiones et vitia narrat, parum honorifica.

[*Ioannis*, qui postea *Iobus* vocatus est,. versus heroici in Chrysostomum. *Venetiis* in cod. Naniano CCCV. nr. 20. v. catal. codd. gr. Nan. p. 517. *Harl.*]

Ioannes Irenicus propter errores scriptis sparsos cum Ioanne Corcyrensi, Demetrio Lampeno et Constantino Bulgariae condemnatus in synodo CPol. a. 1166. de qua *Allatius* II. 12. de Consensu §. 4. pag. 689.

Ioannicius, Cassandrenus archiepiscopus in meditationibus ad Ioannem Atheniensem de legibus caesarum, citatur a *Nic. Comneno* pag. 182. praenot. mystagog.

Ioannicium Cretensem laudat idem pag. 191. e Thoma Diplouatio. *Fabr.* *Ioannicius* quidam *προφητικώτατος, prophetico spiritu plenissimus*, in epist. synodi Nicaenae etc. edita a *Montfaucon.* in bibl. Coislin. p. 96. sqq. ex cod. Coisl. XXXIV. laudatur p. 100. *Harl.*

Ioan-

ss) Ac p. 88. seq. de *Theodosio Zygomala* et p. 90. p. 92. seq. et 95. de *Ioanne Zygomala*: De vtroque Zygomala, supra in h. vol. ad *Eugenium*, et de *Ioanne Zygom.* etiam ibid. ad *Ieremiam*. etc. — *Ioannis Zygomalae*, Nauplii et ecclesiae CPol. rhetoris, atque *Ioannis Malaxi*, Nauplii subscriptiones, quibus testantur, Nicetae historiam, (in cod. *Vindob.* CXIV.) a Niceta ipso manu sua esse conscriptam adtulit, gr. ac lat. suamque coniecturam addidit *Kollar.* in Supplem. ad Lambecii comm. I. p. 671. sqq. *Harl.*

Ioannicius Cartanus, hieromonachus et protosyncellus Cercyrorum circa a. 1540. de cuius libro, qui ἄνθος siue *Florilegium* inscribitur, dixi volum. VIII. pag. 90. citat *Allatius* infra pag. 633. et 229. seq. Symmict. et *sermones* eius (cum Damasceno Studita editos Venet. 1628.) pag. 1340. et 1346. de consensu, et *expositionem diuini officii* pag. 1310. 1340. *Fabr.* Add. infra vol. XIII. p. 300. seq. in elencho medicor. vett. — *Ioannicii hieromonachi* et primi in S. monte expensis exscriptus est cod. Coislin. CCXXIII. qui continet Synaxarium pro mensibus Martio, Aprili et Maio. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 274. — ib. p. 105. occurrit inter eos, qui subscripserunt decreto Alexii Comneni, edito a Montfauc. ex cod. Coisl. XXXVI. *Ioannicius*, cathegumenus monasterii Hodegorum: inter illos etiam comparent tres *Ioannes cathegumeni*, diuersorum monasteriorum. *Harl.*

[*Ioasaph*, ὁ δοϱυανὸς hieromonachus scripsit Cretae ad Gabriel. Seuerum Philadelph. epistolam, quam gr. inseruit *Lamius* Deliciis erudit. a. 1744. p. 99. sqq. Alius *Ioasaph*, metropolita Hemasiae, inter eos, qui subscripserunt synodo octauae, in cod. *Mosquensi* synod. XIII. v. *Matthaei* Notit. cit. p. 31. *Harl.*

[*Ioasaph*, *hieromonachus*, sub quo nomine etiam latet *Ioannes Cantacuzenus*, (de quo v. supra, vol. VII. p. 787. sqq.) Eius explicatio in illud, Παναγία Τϱιάς, exstat in cod. *Laurent.* XIII. nr. 20. plut. 74. V. *Bandin.* cat. codd. gr. III. p. 106. qui praeterea, „cuiusdam, ait, etiam *Ioasaphi hieromonachi* iudicium de charactere orationis funebris imper. Manuel. Palaeologi in fratrem suum natu minorem, Theodorum despotam Laconiae, memoratur bibl. caesareae catal. Nessel. part. IV. p. 55. §. VII. Vtri tamen ipsorum adiudicanda sit ἐξήγησις ista, prorsus ignoramus." De aliis *Ioasaphis* consules indicem. *Harl.*

[*Ioasaphi hierarchae* et protosyncelli responsiones ad quaestiones Georgii Drazini, *Venet.* in bibl. Marc. cod. DLVI. v. cat. codd. gr. Marc. p. 194. *Harl.*]

Iobus Iasites, hieromonachus, quem in tomo aduersus Latinos componendo iuuit Georgius Pachymeres, vt ipse narrat libro quinto Histor. Factum hoc, quum imperator esset Michael Palaeologus, et patriarcha CPol. Iosephus Galesiota circa a. 1270. Tomus ille siue apologia iussu Iosephi, cuius discipulum Iobus se vocat, scripta lucem nec dum vidit, quod sciam, MS. in bibl. caesarea. Vide *Lambecium* V. p. 227. seq. tt) *Allatium* de consensu pag. 781. Incipit: κϱάτιϛε, θεόϛεπτε, θεοκυβέϱνητε, θεοδόξαϛε, ἅγιε Δέσποτα μυ καὶ βασιλεῦ.

Iobi, antiqui monachi, cognomento peccatoris, liber de septem sacramentis ad Phocaenses, τῶν ἑπτὰ μυϛηϱίων τῆς ἐκκλησίας ἐξηγηματικὴ θεωϱία καὶ διασάφησις πϱὸς Φωκαεῖς

tt) S. pag. 468. Kollar. de cod. CCLXXXI. vbi Lambec. in not. 3. scribit, Iosephum Galesiotam esse electum patriarcham CPolitanum ex abbate monasterii in monte Galesio d. 28. Dec. a. 1267. et Kal. Ianuar. a. 1268. sollenniter inauguratum; obiisse autem a. 1283. ineunte m. Martio. Add. supra in hoc vol. p. 479. §. XXXIV. — *Apologia* exstat quoque *Monac.* in cod. Bauar. LXVIII. de quo multus est cel. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 4. p. 11. sqq. Add. *Caui* Hist. litt. SS. eccl. II. p. 316. ad a. 1270. et supra in hoc vol. p. 473. de alio *Ioasapho*. *Harl.*

Φωτιανῆς frequenter citatur ab Arcudio in concordia de sacramentis p. 6. 14. 47. 77. 121. 129. 446. 448. 449. 476. 479. 498. Allatio de consensu p. 1260. et Cangio in glossar. qui inter editos scriptores memorat. uu) Nescio, an idem Iobus monachus, cuius Scholia ad canones Caesarienses citat *Nic. Comnenus* pag. 398. — Alius *Iobius monachus*, quem Iouium mallit adpellari *Valesius* p. 39. ad Eusebium, de eo dixi volum. X. p. 747. seq. ad Photii cod. CCXXII. *Fabr.* Ad *Iobi*, patriarchae *Alexandrini*, Christophori Antiocheni et Basilii Hierosolym. epistolam synodalem ad imp. Theophil. iconomachum pro cultu sacrarum imaginum et testimonium de b. Mariae imagine, quam S. Lucas pinxisse dicitur, prouocauit locumque exscripsit *Lambec.* VIII. p. 697. 708. et 709. ac p. 710. animaduertit, a Combefisio, (quem is acriter culpat,) in Originum rerumque CPolit. manipulo, Paris. 1664. 4. illam epist. synodalem gr. cum vers. lat. esse editam. *Harl.*

[P] *Iosephus Bryennius*, monachus CPolitanus eloquentissimus sua aetate (circa a. 1400.) [mortuus est intra annos 1431. et 1438.] concionator in Graecia; *orationes XXXVIII. de fide et Spiritu S.* citatur a *Nic. Comneno* p. 206. *Orationum XVIII. de S. Trinitate* initia videri possunt apud *Allatium* de consensu pag. 863. seq. Vide et p. 494. 515. 560. 609. 757. 769. et de synodo Photiana p. 164. seq. et contra Hottinger. p. 315. 318. *Ex orationibus duabus de futuro iuditio et sempiterna beatitudine* idem de libris eccles. Graecor. p. 136. 143. 237. seq. 311. 339. seq. et lib. de purgatorio p. 79. 141. 231. 713. Ex *gratiarum actione in S. Virginem*, de consensu p. 529. *Orationem XI. quae est contra Iudaeos* laudat *Nic. Comnenus* p. 106. *Orationem de transfiguratione Domini Allatius* de consensu p. 837. *Orationem de Domini crucifixione* id. de libris eccles. Gr. p. 311. Exstant et inediti eius dialogi de processione Spiritus S. disp. de orthodoxa ecclesia, et de diuina operatione et de lumine in monte Thabor, vt homilias duas praeteream in adnunciationem b. Virginis, aliamque in deiparam, itemque orationem in illud, *stabat iuxta crucem. Fabr.* *Taurini* in cod. reg. CCCXXIX. *Ios. Bryennii* epistolae XVI. ad varios, inter quos etiam nominatur *Ioannes Olobolus*, chartophylax sctiss. ecclesiae et archidiaconus CPolit. Illae epistolae, a Fabricio aliisque praetermissae, recensentur, et singularum initium ponitur in cat. codd. gr. Taur. p. 410. sqq. — *Epistolae*, *Romae* in quadam bibl. teste *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 201. *D.* — ib. p. 483. *B. Venet.* in cod. bibl. Iustinian. *Ios. Bryennii homiliae.* — Eiusd. opuscula, *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCXXVII. scil. nr. 21. dissert. de diuina operatione, et de lumine in monte Thabor viso: inc. αὐτίκα τοίνυν ὁ Δαμασκόθεν ἀνατείλας Ἰωάννης· — nr. 22. disputat. deum esse simplicem, et omnis compositionis expertem; nr. 23. de aduersis et cur eueniant; — nr. 24. de processione Spir. S. inc. ὅτι ἓν οὐκ οἶδα: — nr. 25. oratio de Domino, cruce adfixo; — nr. 26. de idololatria: (conf. *Phil. Labbei* nou. biblioth. MSS. libror. part. II. p. 87.) — In codd. bibl. *Escorial.* de diuina efficacia, et de luce in Tabor visa; — de grauibus praeceptis, nobis impositis, et quisnam sit horum scopus; — de proces-

uu) *Iobi peccatoris* theoria moralis in sanctas voces prophetae Dauidis; s. commentar. in quindecim dumtaxat Psalmos priores, *Taurini* in cod. reg. CLXXVIII. v. catal. codd. gr. Taurin. p. 265. seq. vbi prooemium, initio praemissum, gr. cum versione lat. ex illo cod. excerptum legitur. *Harl.*

processione Spir. Sti; — de figura cruci adfixi; et de idololatria in operibus. v. *Plüer.* itinerar. per Hispan. p. 178. — Editio graeca est inscripta: Ἰωσὴφ μοναχοῦ τοῦ Βρυεννίου τὰ εὑρεθέντα δι' ἐπιμελείας Εὐγενίου, Διακόνου τῆς Βουλγαρείας, ἤδη τὸ πρῶτον τύποις ἐκδοθέντα, voll. III. Lipsiae, in officina Breitkopfia, 1768 - 1784. 8. *Eugenius* in praefat. de Ios. Bryennii vita, doctrina et scriptis diligenter disserit. Codex, quo *Eugenius* vsus est, quadraginta septem scripta continebat, quorum viginti I. tomo, reliqua vero altero exhibentur: quorum notitiam atque argumenta dedit censor duorum priorum tomorum in Nouis actis erudit. a. 1769. m. Ianuar. p. 7. sqq. et eorum ostendit vtilitatem in arte critica sacra, in cognoscendis patrum scriptis et historia illorum, quibus vixit, temporum ecclesiastica; atque ad discrimen inter nostrae graecaeque eccles. formulam perspiciendum. Neque, pro ratione illorum temporum, Bryennius caret virtutibus orationis atque eloquentiae. — Add. censuras in *I. Aug. Ernesti* noua biblioth. theol. tom. IX. part. 3. nr. 2. p. 209-220. et in *Klotzii* act. litter. vol. V. part. 2. p. 221. — CPoli quoque MSS. Bryennii adseruantur, vti ex Gerlachii epistola notat *Crusius* in Turco-Graecia, libr. VII. p. 498. et supra in vol. VIII. p. 96. Supra in vol. X. cap. 29. in Elogiis et vitis Sctor. *Bryennii* orationes quaedam citantur, p. 204. 245. 276. 280. et 282. Conf. de *Bryennio H. Wharton.* in adpend. ad Cauei hist. litt. SS. eccl. II. p. 121. seq. ad a. 1420. et *Oudin.* comm. de SS. eccl. III. col. 2252. sqq. ad a. 1410. qui memorat quoque, in cod. *Mediolan.* bibl. Ambros. **) exstare *Bryennii* dialogos tres de process. Spir. S. disputat. de orthodoxa ecclesia atque alia de fide, idemque longum de illo eiusque orationibus locum ex *Leon. Allatii* libro II. de ecclesiae occident. et oriental. perpetua consensione. cap. 18. §. 14. excerptum reddidit: — *Schroeckh.* in hist. eccles. christ. part. XXXIV. p. 430. seq. atque *Saxium* in Onom. lit. part. 2. p. 394. ad a. 1404. *Harl.*

[Duo *Iosephi*, Monembasiae archiepiscopi, praedicantur in *Rescripto* (quod continet episcoporum Monembasiae seriem, *ex synodico S. metropoleos Monembasiae gratiarum actionis, quae singulis annis ad deum fieri debet, die dominico orthodoxiae*, quod ex cod. reg. Taurin. CCCXXXV. de origine rebusque vrbis *Monembasiae*, olim Epidauri Limera, postea Monembasiae, hodie Malusia, vulgo Napoli di Maluasia, memorabili, gr. typis expressum est in cat. codd. gr. Taurin. p. 421. sqq. ex quo cod. etiam plura, antea inedita, in lucem prolata sunt. *Harl.*]

[*Iosephi* cuiusdam *Cretensis* Florilegium seu Hortus, MS. *Augustae* Vindel. v. *Reiser.* ind. MSS. bibl. August. p. 40. *Harl.*]

[*Iosephus*, metropolita Gani, inter septem archiepiscopos orientales, qui epistolam dederunt ad Annam imperatric. contra Io. Calecam, patriarcham CPolit. numeratur, in cod. *Vindob.* caes. VI. nr. 11. v. *Lambec.* VI. part. 1. p. 58. seq. *Harl.*]

[*Iose-*

**) Conf. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 500. *D.* vbi vocatur tantum *monachus*, et ei praeter memoratos libr. adscribuntur canones XX. de Trinitate, et de adnunciatione b. virginis Mariae.

[*Iosephus*, monachus, presbyter et Sceuophylax. Eius homiliae in S. Bartholomaeum, apostolum, *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXIX. nr. 1. et 2. — *Iosephi* cuiusdam enarratio in martyrium SS. Machabaeorum, in II. codd. bibl. Ambros. *Mediol.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 500. C. Ibid. p. 475. C. *Iosephi*, quod ratio moderatrix sit adsectuum *Venet.* in bibl. Marc. qui lib. in ind. I. ad Montfauc. CXLII. citatur *Ioseph. monachus de rhetorica. Harl.*]

Irenes Ducaenae, imp. Alexii Comneni coniugis, typicum monasterii deiparae τῆς κεχαριτωμένης MS. in cod. regio Paris. MMDCXXX. citat *Cangius* in glossario graeco. *Fabr.* MS. *Paris.* in bibl. publ. de quo *Montfaucon*, in Bibl. biblioth. MSSt. vol. II. p. 737. C. ea, quae sequuntur, scripsit. „*Typicum Irenes*, Augustae, coniugis Alex. Comneni in cod. regio MMMXIX. membranaceo ipsius Augustae iussu descriptum, eiusque manu propria signatum in Cinnabari, vt solebant imperatores et imperatrices: estque regula, quam Sanctimonalibus, a se institutis, praescripsit, et quam edidi in Analectis graecis, a. 1688." — In cod. *Mazarin.* CXX. sunt *Iacobi* monachi epistolae 48. ad *Irenem Augustam*: de quo cod. eiusque argumento fusius disputauit *Montfauc.* l. c. p. 1321. D. *Harl.*

[*Iouiniani* imper. epistola ad Athanasium, *Paris.* in bibl. publ. cod. CDLXXIV. nr. 35. *Harl.*]

[S. *Isaacus*, ὁ ἐρωδιὸς, τὸ ὄρνεον, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ· *Mosquae* in cod. synod. V. vid. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 18. nr. 24. — Inter epistolas Gregorii Cyprii est epistola ad *Isaacum*, Proëdrum Ephesi, in cod. caes. LXVII. v. *Lambec.* VIII. pag. 1070. — De multis aliis *Isaacis* v. supra, in h. vol. p. 114. sqq. et ind. ad nostram bibl. gr. atque ad *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. I. p. CXLIII. *Harl.*]

Isidorum Logothetam Dromi, ICtum, *in nouellas Alexandri Comneni* laudat Nic. Comnenus p. 403. *in librum XVIII. Basilicon* id. p. 372. *Fabr.* *Isidorus*, antecessor, edidit interpretationem Digestorum et codicis. v. *Bachii* histor. iurispr. rom. libr. IV. cap. 1. §. 13. p. 604. ed. V. — *Isidorus*, metropolita *Cybi*, comparet inter subscriptores synodi octauae, *Mosquae* in cod. synod. XIII. v. *Matthaei* Not. cit. p. 31. — De aliis *Isidoris* v. supra, vol. X. p. 494. sqq. vbi de *Isidoro Alexandrino*; add. supra, vol. X. p. 265. et *Lambec.* VIII. p. 171. seq. ibique not. Kollarii; et de *Isidoro*, patriarcha CPol. *Lambec.* ibid. p. 1097. *Harl.*

Iustinus Decadion in ecthesi canonum S. Basilii, epistola ad Amphilochium comprehensorum id. p. 400. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. MCCCLXXIII. nr. 12. *Iustini Decadio*, Graeci recentioris, epistola ad Timotheum, qua ipsum hortatur, ne ecclesiae graecae dogmata deserat. — *Iustini Decadii* epistola ad Manuelem rhetorem, *Mediol.* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 500. B. *Harl.*

Iustini Siculi episcopi epistola ad Petrum Fullonem circa a. C. 484. scripta legitur graece et latine in conciliis Labbei tom. IV. p. 1103. et Harduini tom. II. p. 840. [v. infra, vol. X. p. 413. ed. vet.] Huic Iustino H. Dodwellus tribuebat responsiones ad Orthodoxos, quae

quae inter Iustini martyris opera leguntur; sed eas Diodoro Tarsensi vindicare mauult vir eruditissimus M. V. la Crose. [conf. supra, vol. IX. p. 278. not. i.]

Iuuenalis Hierosolymitani, qui conciliis Ephesino [a. 431. dein in latrocinio Ephesino, a. 449.] et Chalcedon. a. 451. interfuit, nihil exstat praeter *epistolam synodicam ad presbyteros*, lat. tom. IV. conc. Labbei p. 889. et tom. II. Harduin. p. 689. [Mansi collect. ampl. tom. VII. p. 520.] Incipit: *cum summus et primus apostolorum Petrus*. *Niceph.* XV. 14. de Iuuenali narrationi, qua adsumtionem b. Virginis, et Areopagitica quidam conati sunt tueri, fidem detrahit *Edmundus Albertinus* libro de sacramento Eucharistiae pag. 262. *Fabr.* Conf. *Lambec.* VIII. p. 346. seq. et p. 398. seq. ac vol. IV. p. 338. supra, vol. X. p. 282. — *Tillemont.* Mem. eccl. vol. XV. ad vitam Iuuenalis; — *Cauei* hist. litt. SS. eccl. I. p. 419. ad a. 431. ed. Bas. *Fabric.* bibl. med. et infim. latin. tom. IV. p. 212. ed. Mansi, et *Oudin.* comm. de SS. eccl. I. col. 1270. sqq. vbi etiam longum locum Lambecii IV. l. c. repetiit, idemque, quoniam concilii Chalcedon. temporibus nihil vmquam de adsumtione b. Mariae auditum fuisset, mirum esse, iudicat, eo de argumento conscribi potuisse ab Iuuenali ad imperatorem Marcianum homilias; atque Fabric. l. c. istam orat. ap. Nicephorum spuriam esse et longe iunioris scriptoris, contendit, ac praeter Albertinum laudat *Riuetum* tom. III. opp. p. 366. *Harl.*

[ꝑ] *Angelus Lascaris*, Rhyndacenus, cui parentis sui, Iani Lascaris, epigrammata graeca et latina dicauit Iacobus Tusanus. *Fabr.* Conf. *Boerner.* de doctis hominibus graecis litterarum graec. in Italia instauratoribus pag. 207. seq. not. ****. et p. 210. seq. ibique notas. Idem *Boerner.* in libro laudato p. 171. sqq. *Lascaris Constantini;* p. 199. sqq. *Iani Lascaris Rhyndaceni*, et p. 200. in nota *Ioann. Lascaris*, Iani ex sorore nepotis, vitam scriptaque docte persequitur. *Harl.*

Constantinus Lascaris, de quo dixi volum. VI. pag. 329. sqq.

Ioannes, siue *Ianus*, Gesnero *Andreas Ioannes*, *Lascaris*, Rhyndacenus, de quo supra p. 519. seq. (ed. nou. p. 646. seq.) Eius librum de veris graecarum litterarum formis et caussis apud antiquos memoraui vol. VI. p. 334. — [et p. 332.] Latina versio Polybii de castrametatione, et epigrammata graeca atque latina prodierunt Basil. 1537. 8.

[*Lascaris Mitylen.* v. supra ad Ioannem Lascarem. *Harl.*]

Theodorus Lascaris, imp. ab a. 1205. ad 1222. de cuius scriptis dixi vol. X. p. 399.

Theodorus Duca Lascaris, iunior, imp. ab a. 1255 - 1259. cuius libri primus et tertius vsque ad septimum *de theologia christiana*, MS. graece in bibl. Bodlei. codice Barocc. XCVII. *Octo theologicas orationes Allatius* p. 720. de consensu memorat, idem fortasse opus denotans, in quibus ait, eum tractare de vno et Deitate, vnum esse tria, de diuinis nominibus, de sanctissima Triade, de incarnatione Christi, et in duabus postremis integris de processione Spiritus S. contra Latinos. Ex tractatu longo *de processione Spiritus Sancti aduersus Latinos* exordium publicauit *Cauens* in hist. literaria script. eccles. ad a.

1255.

1255. ww) *Canon* siue *salutatio* odis nouem et tropariis ac στιχηροῖς *ad sanctiss. deiparam*, ex versione Ludouici Maraccii latine apud *Theoph. Raynaudum* tom. VII. opp. p. 368 - 370. Graece legitur sub finem Paracletici. Vide *Cangium* in Παρακλητικὴ, vbi etiam libros VI. huius Theodori philosophicos *de communicatione naturali* memorat, interprete *Claudio Auberio* latine editos Basileae a. 1571. qui graece habentur in cod. regio Paris. MMMMMMMMMDLXVIII. Vide etiam *Cangii* notas ad *Zonaram* p. 147. et *Labbeum* p. 96. bibl. nouae MSS. qui testatur, in bibl. regis christianissimi exstare etiam huius Lascaris *de virtute, de ieiunio, Ethicorum epitomen, sapientiae encomium, orationem in S. Euthymium*, aliamque *in SS. Anargyros Cosmam et Damianum. Fabr.* Secund. catal. MSS. *Paris.* bibl. vol. II. sunt in cod. MCXCIII. 1) homilia de Sctissima Triade; 2) gratiarum actio pro recuperata salute; 3) homilia in laudem S. Euthymii; 4) homil. in laudem Sctorum Anargyrorum; 5) hom. de virtute; 6) hom. de sapientia; 7) hom. de ieiunio; 8) ethicorum epitome in XII. sectiones tributa; 9) apologetica hom. ad quosdam maleuolos: — in cod. MMMXLVIII. continentur Theod. Ducae Lascar. 1) epist. ad magnum logothetam Georg. Acropolitam; 2) oratio in laudem Io. Ducae imper. 3) orat. in laudem vrbis Nicaeae; 4) or. funebris in Fredericum, Germanorum regem; 5) or. in laudem Georgii Acropolitae; 6) apologia ad amicos, qui ipsum hortabantur, vt vxorem duceret; 7) orat. ad Georgium μουζάλωνα, quo pacto domini erga famulos, et famuli erga dominos se gerere debeant; 8) encomium veris; 9) satira in paedagogum suum; 10) lusus ad quendam; — in cod. MMIV. sunt eiusd. de communicatione physica, libri VI. graece nondum editi. — *Florentiae* in cod. Laurent. XI. plut. 55. et cod. II. nr. 2. plut. 58. sunt modo memorati libri VI. de naturali communicatione; v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 274. et 439. — ibid. in cod. XXXV. nr. 2. plut. 59. exstant CXXXI. epistolae, quas Theodor. Lasc. ad diuersos scripsit et quas singulas recenset *Bandin.* l. c. pag. 556. sqq. — *Theod. Lascaris* contra Latinos, gr. in cod. XC. *Georg. Wheler.* s. nr. 9121. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. — eiusd. physica et orationes, *Mediolani* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 505. *A.* — ibid. p. 415. *A.* epistolae quaedam, *Florent.* in cod. monasterii Benedictin. b. Mariae: — ibid. p. 92. *A. Theod. Ducae*, Lasc. Ioannis Ducae patris encomium, gr. *Romae* in bibl. Vatic. inter codd. Alex. Petau. quod edidit Io. Boiuinius. v. supra, vol. VII. p. 654. et indic. ad nostram bibl. gr. — Conf. *Hodium* de graecis illustrib. L. Gr. instauratoribus p. 274. qui p. 275. „in indice, ait, MSSt. codd. bibl. Venetae Baroccianae, a Iac. Phil. Tomasino edito, occurrit *grammatica Theodori Lascaris* ad reginam Augustam. Quis iste fuerit Theodorus Lascaris; vtrum idem cum imperatore, necne, in ambiguo est. Inter codd. Baroccianos, qui in bibl. Oxoniensem Bodleianam translati sunt, nullum talem inuenio.“ At in catal. MSS. Angliae vol. I. p. 26. occurrit in cod. Baroc. CXCIV. *Theodori Lascaris grammatica ad Augustam:* inc. Καθάπερ τὸ ἀνθρώπινον. — Idem *Hodius* l. c. „*Francisci*, ait, *Lascaris*, viri graece docti, Ioannis nostri, (Constantini filii,) vel filii, ni fallor, vel ex filio Angelo nepotis, mentionem inuenio in catal. bibliothecae Nic. Heinsii, vbi de exemplari Heliodori gr. ed. Basil. 1534.

ww) Pag. 303. sq. vbi pluribus disputatur de *Theodoro Lascari*, et in edit. Basil. in not. quaedam de scriptis illius adnotantur. Add. supra vol. X. p. 399. *Harl.*

1534. monetur, fuisse istud *Francisci Lascaris*, *cuius manu in margine non pauca videntur addita.*" *Harl.*

[*Laurentius*, metropolita vniuersae Alaniae et Soteriopoleos, tempore Annae, imperatricis CPolitanae. v. *Lambec.* VI. part. 1. p. 58. Kollar. *Harl.*]

Lazarus, monachus Sinaita, libro de variis delictis et eorum poena citatur a Nic. Comneno p. 182. et tractatus eiusdem de legibus p. 157. *Fabr.* *Lazari monachi* ad Larissae metropolitam: inc. ἀπόλωλεν ἄρα παρ' ὑμῖν τοῖς ἀρχιερεῦσι· *Matrit.* in cod. regio LXXVII. fol. 307. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 284. seq. cui id opusculum idem esse videtur, quod in cat. codd. graec. Paris. bibl. cod. DCCCXVII. nr. 10. memoratur, ita inscriptum: *Lazari monachi ad Larissae metropolitam προτρεπτικὸν aduersus Latinos;* quod quidem nondum in lucem emissum, suspicatur Iriart. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCXCI. nr. 14. iterum idem in cat. memor. II. p. 246. ita citatur: *Lazari monachi* ad Larissae metropolitam epistola inedita, qua illum hortatur, vt fortiter Latinis aduersetur. — In cod. bibl. *Sfortianae* Gregorii patriarchae narratio de vita *S. Lazari*, monachi in Galesi-monte: v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 701. *B.* — ibid. p. 907. *D.* ac p. 1286. *C.* *vita Lazari*, in bibl. *Paris.* quondam regiae cod. CCXXXVIII. et in cod. bibl. *Diuio-Benignianae. Harl.*

Lazarus Lemnius, S. Niconis discipulus, in explicatione hymnorum. id. p. 142. praenot. mystagog.

Leo Acridenus, Bulgariae episcopus, de quo v. vol. VII. p. 715. [et iis, quae ibi adscripsi, add. — *Venetiis* in cod. Naniano CCXXVIII. nr. 25. epistola secunda ex tribus epp. Leonis, archiep. Bulgariae: inc. εὐλογητὸς ὁ Θεός· v. cat. codd. gr. Nan. p. 421. — *Vindobon.* in cod. caes. CCXIV. nr. 3. eiusd. capp. 50. de tentationibus et adflictionibus inuoluntariis, earumque vtilitate. v. *Lambec.* V. p. 90. ibique Kollar. add. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 1. p. 36. seq. et *Oudin.* comm. de SS. eccl. II. col. 602. seq. ad a. 1040. — *Caue* hist. litt. SS. eccl. II. p. 138. ad a. 1051. *Harl.*

[P] *Leo Acrotatus* inter scriptores graecos a Nic. Comneno laudatus.

Leo Aegyptius, Clementi Alex. et aliis priscis scriptoribus laudatus, de quo vol. VI. pag. 380.**) et *Wilhelmus Worthus* in notis ad Tatianum pag. 96.

[*Leonis*

**) Siue in hac noua edit. vol. VII. pag. 713. vbi non solum plures *Leones* a Fabricio et a me excitantur; sed etiam de *Leone Aegyptio* quaedam addenda sunt. *Augustinus* quoque de ciuitate dei c. 5. probabiliter intelligit *Leonem Africanum.* Tum, iudice censore in Ien. allgem. L. Z. a. 1806. nr. 229. pag. 608. scripta, a scholiaste Apollonii IV. 262. citata, probabilius tribuenda sunt *Leoni Byzantio.* Eodem censore teste, *Leo Aegyptius* citatur ab Africano in praepar. euangel. (v. supra, vol. VII. pag. 354.) — Inter codd. *Vossian.* (v. catal. bibl. Leidens. pag. 388.

[*Leonis Baptistae Alberti* vita, et ipsius opus de pictura, *Venet.* in cod. Naniano CCLXXX. nr. 6. v. cat. gr. codd. Nan. p. 458. sq. *Harl.*]

[*Leo* quidam, qui cod. *Vindob.* XXXVII. a. C. 1331. scripsit. v. *Lambec.* III. p. 157. ibique not. Kollar. — plures *Leones* scribae, n. *Leo Cinnamus*, *clericus* Aegyptius; *Padiatus* tabularius, *Raulis* filius; passim nominantur a *Montfauc.* in Palaeographia graec. v. indic. ad illam: quibus addes *Leonem Lectorem*, qui a Chr. 1315. scripsit cod. Laurent. XXXI. plut. 86. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. III. p. 376. *Harl.*]

Leo Βιζύης episcopus tempore Alexii Comneni. Vide *Montfauconi* bibl. Coislinan. p. 104.

Leo Chalcedonensis metropolita, eiusdem Alexii Comneni tempore, cuius synod. cum de cultu imaginum graece et latine editum a laudato *Montfaucono* p. 103 - 110.

[*Leo diaconus*, v. supra, vol. VII. p. 716. inprimis p. 685. not. *Harl.*]

Leo Garidas (al. *Laridas* siue *Zaridas*) ICtus, de quo supra p. 514. ed. vet. (638. nou.

Leo grammaticus, de quo inter scriptores hist. Byzantinae dixi vol. VII. p. 114.

Leo Magentinus, ex monacho metropolita Mytilenaeus, de cuius scriptis dixi vol. VII. p. 717. sq. [vbi in not. ea iam adtuli, quae Fabric. h. l. suppleuerat.]

[P] *Leonis monachi*, qui Leone Isauro imperitante vixit, orationem de martyribus idem Comnenus laudat p. 141.

Leonis Numodotae ecthesin Canonum id. p. 220. 310. Scholia ad Balsamonem p. 525. et orationem de S. Tarasio p. 319.

Leonis philosophi et medici synopseon iatricae seu medicinae libri VII. graece MS. in bibl. regis christianissimi. Citat Cangius in glossar. - *Fabr.* *Paris.* in cod. bibl. publ. MMDCLXXI. n. 3. MS. ineditum: init. οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις. Coniectae sunt ad marginem notae nonnullae. — Eadem synopsis est *Mosquae* in cod. synod. CCCII. nr. 1. est *Matthaei* in Not. codd. gr. Mosq. p. 194. et in cod. bibl. *Escorial.* v. *Plüer* itinerar. per Hispan. p. 179. add. infra, vol. XII. p. 781. *Harl.*

[*Leo*,

388. nr. 53.) *Io. Leonis Africani* (diuersi probabiliter ab Leone Africano superiore,) viri illustres Arabes, qui incipiunt ab Mesuah Chalipha medico ad Haron filium Senton; ex archetypo descriptum mst. a. 1527. Idem opus *Florent.* in bibl. Laurent. Medic. cod. XXXV. plut. 36. a *Montfauc.* in Bibl. bibliot. MSS. pag. 315. *A.* sic indicatur: *Io. Leonis Africani* de viris quibusdam illustribus apud Arabas, ex arabico in latinum traduct. et per Ser. ex archetypo descript. — De *Leone*, *Haranitarum* episcopo v. *Assemann.* biblioth. oriental. tom. II. p. 95 sq. *Harl.*

[*Leo*, despota; v. supra vol. VII. p. 716. et add. eius versus anacreontii de iudicio, ordine alphabetico in cod. bibl. *Sfortianae*, et in cod. bibl. publ. *Paris.* teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 696. *E.* et p. 900. *C.* — Orationum, recitandarum in singulis Psalterii cathismatibus, vltima esse dicitur *Leonis Despotae*, *Venetiis* in cod. Naniano CLXVII. nr. 2. v. cat. codd. gr. Nan. p. 576. *Harl.*]

Leo philosophus, aliis Theophilus, de regno et principibus liber astrologiae iudiciariae. Citat idem Cangius ex codice reg. et Colbert. De Leonis sapientis imp. scriptis et aliorum Leonum dixi vol. VII. p. 693. sqq. et 713. sqq.

[*Leonis* protosecretarii oratio ad imp. Andronicum Palaeologum iuniorem; *Vindob.* in cod. caes. CCCXXXII. nr. 21. v. *Lambec.* V. p. 617. Kollar. *Harl.*]

[*Leo*, *Rossiae* metropolita, de azymis contra Latinos, *Mosquae*, in codd. synod. CCLIII. nr. 19. et CCCLV. nr. 35. (in vtroque sunt quaedam scripta *Leonis*, archiep. *Bulgariae*.) v. *Matthaei* Not. citat. p. 230. et 236. sq. Item *Venetiis* in cod. Nanian. CLIV. nr. 41. v. cat. cit. p. 350. *Harl.*]

Leo Rhyndacenus.

Leonis Sebasteni, monachi ICti, canonum interpretis Balsamone iunioris, *ecthesis Canonum* citatur a *Nic. Comneno* p. 143. 216. 219. 249. 278. et *Compendium legum* p. 250.

Leonis Stipiotae, qui patriarcha CPol. fuit ab A. 1134. ad 1143. decreta laudantur ab eodem *Comneno* p. 145. 283. 317. 340.

Leonis, metropolitae Synnadensis, quaedam habentur graece MSta in bibl. Coisliniana p. 82. quorum init. ζωὴ καὶ θάνατος ὡς ἡμέρα καὶ νύξ.

Leo Anthopulus in explicatione Canonum Nicaenorum citatur a *Nic. Comneno* pag. 195.

Leonardi Aretini (mort. 1443.) πολιτεία Φλωρεντίνων *descriptio reip. Florentinae*, quam libro tertio Symmicton edere voluit *Allatius*, adhuc inedita exstat Vpsaliae in bibl. publica ex dono illustris viri Io. Gabrielis Sparuenfeldii. Citat etiam *Cangius* in glossario graeco ex cod. reg. MMMIL. *Fabr.* In catal. MSS. *Paris* regg. vol. II. in codd. MCXCI. nr. 2. et MDCCXXXI. nr. 12. — *Florentiae* in cod. Laurent. XVI. nr. 9. plut. 60. *Leonardi Aretini* ad Georg. Amiruzan de rep. Florent. inc. ἐπειδὴ ἐπιθυμεῖς εἰδέναι· v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. tom. II. p. 606. sq. — *Venetiis* in bibl. Marc. codd. CCCCVI. et DXCIV. v. cat. codd. gr. Marc. p. 198. ac p. 311. inprimis cel. *Morell.* bibl. MSt. gr. et lat. I. p. 274. qui, Philibertus quoque de la Mare, inquit, cum versione lat. Io. Baptistae Lantini, senatoris Diuionensis, proferre solebat, (*Niceron* Memoir. tom. XXV. p. 292.) Tandem ante paucos annos, absque vlla nota, graece et lat. in 8. typis prodiit: et graecus quidem textus ex bibliotheca Laurentiana sumtus est; versio autem a Benedicto Moneto, Florentino, Icto, absque nomine suo, adiecta; neque, nisi post eius obitum, libellus vulgatus fuit. — Idem opus

opus *Monac.* in cod. Bauar. XLVIII. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 6. p. 18. sq. — Mittam Aretini versiones librorum Aristotel. aliorumque, aliaque scripta lat. quae huc non pertinent, et quorum magna copia exstat, et codd. variar. bibliothec. enumerantur in indicibus ad cat. MSS. Angliae, et *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. — Conf. de eo *Boerner.* de doctis hominibus graecis —— instauratoribus p. 11. inprimis *Fabric.* in bibl. med. et inf. latinitat. tom. I. p. 290. sqq. ed. Mansii, qui multa suppleuit; — *Henr. Wharton* ad *Cauei* hist. litt. SS. eccl. II. p. 122. sq. ibique notas in ed. Basil. — *Casim. Oudin.* in comm. de SS. eccl. tom. III. p. 2386. — *Hamberger* in zuverläss. Nachrichten etc. part. IV. p. 716-726. — *Apost. Zeno* Dissertat. Vossiane, part. I. p. 82. — *Saxius* in Onom. lit. part. II. p. 395. sq. et 573. qui, et Hambergerus, multos alios, qui de illo egerunt, viros doctos laudant: ad quos lectores ablegare iuuat. *Harl.*

[*Leontii eremitae,* aduersus eos, qui simulate synodum Chalcedon. amplectentes, Nestorii errorem sectantur, scil. aduersus Theodorum haereticum, cod. LXXXVII. bibl. *Mazarin.* v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. p. 1308. *C.* ac p. 1319. *D. Harl.*]

[*Leontii* hieromonachi epistolam ad Gabrielem Philadelph. gr. edidit *Lamius* in Deliciis eruditor. a. 1744. p. 90. sq. *Harl.*]

[Ad *Leontium* scribit Libanius; et ad *Leontium* chartularium Seuerus Antiochen. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 517. et 56. ac 77. *Harl.*]

[*Londanus ἱππότης.* Duas eius litteras ad Gabrielem, gr. publicauit *Lamius*, (quem vide,) l. cit. p. 122-125. *Harl.*]

[*Lucae*, monachi et presbyteri, oratio paraenetica ad virgines: inc. Ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης καὶ κύριος· *Vindobon.* in cod. caes. CCXXXIIX. nr. 10. v. *Lambec.* V. p. 206. sq. Kollar. — *Lucae* monachi enarratio in euangelium, in cod. bibl. *Bononiens.* in *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. p. 432. *B.* — *Lucae*, τοῦ ἐν τῇ ἑλλάδῃ (sic) κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν πρὸς τὸν ἅγιον ἀρχιεπίσκοπον Κορίνθου τοὔνομα Μιχαήλ· *Mosquae* in cod. typogr. syn. VI. v. *Matthaei* Notit. cit. p. 301. sq. nr. 9. — Ex vita S. *Lucae* τοῦ ἐν Ἑλλάδι, in Asceticis variis, in cod. *Coislin.* CXVIII. v. *Montf.* bibl. Coisl. p. 192. *Harl.*]

[*Lucae*, Antiocheni patriarchae, ad Ioann. episcop. Heracleae, epistola dogmatica, vbi de incarnationis mysterio potissimum differitur; *Paris.* in bibl. publ. cod. MDCX. in adpend. ad cat. MSS. Paris. vol. II. p. 622. *Harl.*]

[*Lucas*, cathegumenus monasterii S. Phocae, interfuit synodo, sub imp. Alexio Comneno. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 105. *Harl.*]

[*Lucae* patriarchae CPol. excerptum quoddam ad ius canonic. pertinens *Vindob.* in cod. caes. VII. nr. 16. v. *Kollar.* not. *A.* nr. 5. ad *Lambecii* commentar. VI. part. 1. p. 68. *Harl.*

[*Machetas* cuiusdam oratio ad Paullum κατώτικον in laudem vini. *Oxon.* in cod. Barocc. CXXXI. inc. ὁ οἶνος τῦ ἰῶντα παρεξεθέντος. *Harl.*]

[*Manuelis Cretensis* erotemata grammatica, *Oxon.* in cod. Barocc. XXXV. — in Hesiodi O. et D. ibid. in cod. Thomae Roë cod. XV. s. nr. 261. cat. MSS. Angliae. vol. I. Conf. supra, vol. VI. p. 323. sq. — Idem et *Man. Caludes*, scribae codd. Paris. (v. *Montfauc.* Palaeograph. gr. p. 103. *Harl.*]

[*Manuelis*, patriarchae *CPolit.* litterae, datae tribus monachis, Marco, Nectario, et Isaacio, qui ad ipsum ex Calabria venerunt, petituri, vt sibi liceret, sacerdotale officium, quod per triennium interdictum fuerat, iterum exercere, *Vindob.* in cod. caes. XLVIII. nr. 12. v. *Lambec.* VIII. p. 964. qui in not. se nondum scire, profitetur, vtrum hic intelligendus sit primus eius nominis patriarcha, cognomine philosophus, ab a. 1216-1222. an Manuel secundus, patriarcha ab a. 1240-1254. — *Manuelis*, archiep. CPolit. epistola ad Innocentium papam: inc. ὖκ ἔςιν ὐδὲν εἰρήνης. *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. Barocc. CXXXI. Conf. de Man. hoc Charitopulo *Caui* hist. litt. SS. eccl. II. p. 297. vbi v. not. ad a. 1240. quo ei videtur patriarchatum CPolitan. tenuisse, et obiisse, saltem sede submotus ante a. 1254. — *Leunclau.* Iure gr. rom. lib. 3. p. 238. exstant *Man.* solutiones quarumdam quaestionum; et p. 240. decretum de translatione episcopor. ac 242. decretum de iure patronatus. — *Oudin.* l. c. III. p. 177. *Harl.*]

[*Manuelis*, chartophylacis magnae ecclesiae, expositio de matrimoniis prohibitis etc. et ἐκδοθεῖσα ὁρισμῷ patriarchae Ieremiae: inc. ἡ συγγένεια διαιρεῖται εἰς πέντε· *Venet.* in cod. Naniano CCXXIX. v. cat. codd. gr. Nan. p. 423. nr. 1. — *Manuel, Xanthicus Chartophylax* magnae acclesiae, hierodiaconus, qui cognominatus est *Maximus Monachus*, laudatur in cod. *Coislin.* CCXXIV. v. *Montfauc.* bibl. *Coislin.* p. 276. *Harl.*]

[*Manuelis Ducaitas* encomium Eliae, in cod. *Barocc.* CXCVIII. fin. *Harl.*]

[†] *Manuel Malaxus* ex Nauplio Peloponnesi, vergente saeculo XVI. vixit, cuius manu descriptam *patriarcharum CPol. post captam a Turcis vrbem historiam* edidit Crusius libro secundo Turco-Graeciae, vt dixi vol. VIII. p. 89. sq. [v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1010. *A.* cod. MMMMDCCLXXXVII.] Eius *memorias rerum Peloponnesiacarum* citat *Nicolaus Comnenus* pag. 387. *Chronicon* ineditum *Cangius* ex codicibus Colbertinis hoc titulo: Βιβλίον χρονογραφικὸν περιέχον ὡς ἐν συντόμῳ τὸ ἀπὸ κτίσεως κόσμυ ἕως καὶ τῆς βασιλείας τῦ Συλτὰν Μυράτη, συλλεχθὲν καὶ διορθωθὲν παρὰ τῦ λογιωτάτυ κυρῦ, Μανυὴλ τῦ Μαλαξῦ. *Canonarium* siue *liber poenitentialis* a. 1572. scriptus Thebis citatur ab *Allatio* p. 1307. seq. de consensu. *Nomocanon* ab eodem, de Georgiis infra pag. 659. et a *Nic. Comneno* pag. 61. 188. 192. 220. etc. qui diligentissimum Photianum vocat pag. 403. et *libellum de vitiis Ecclesiasticorum* in calce Nomocanonis subiunctum p. 320. testatur. Idem *scholia ad Canones poenitentiales Basilii* laudat p. 206. *Fabr.* Conf. infra, vol. XI. p. 48. et 50. vet. ed. — *Manuelis Notarii Malaxi* collectio canonum: tit. βιβλίον γνωμικὸν — ἐκ πολλῶν βιβλίων συλλελεγμένον εἰς πεζὴν φράσιν· inc. Θησαυρὸς κεκρυμμένος καὶ πηγὴ ἐσφρα-

ἐσφραγισμένη· *Venet.* in cod. Naniano CCLXXXII. nr. 9. Plura vid. in cat. codd. gr. Nan. p. 427. — Eiusd. excerpta e canonibus apoſtolorum, et ſynodorum et ex SS. patribus, lingua vulgari, *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. I. Th. Roë, ſ. nr. 247. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. — ibid. nr. 3388. in cod. LVIII. 3. Io. Selden. *Nicolai Malaxae* ςιχηρὰ ἰδιώματα, et nr. 1. *Metrophanis*, archiep. CPol. officium, quod compoſuit *Nicolaus Malaxas*, protopapas Nauplienſis. *Harl.*

Manuelis Chriſtonymi μονῳδία ἐπὶ τῇ ἀπροσδοκήτῳ ἁλώσει τῆς Κωνςαντινȣπόλεως, *lamentatio ſuper inſperata expugnatione CPoleos.* MS. Vpſaliae inter libros academiae dono datos ab illuſtri Sparuenfeldio.

Manuelis Holoboli, magni rhetoris, ſiue rhetoris rhetorum verſus politicos in Michaëlem Palaeologum citat Cangius in gloſſario. Eius apologiam ad erotemata Franciſci ord. praedicatorum monachi, ſed extrema parte mutilam graece et latine vulgauit *Steph. le Moyne* t. I. var. ſacrorum pag. 268-293. Lugd. Bat. 1685. et 1694. 4. Confer ſupra in Emanuele: [et Manuel. Rhetore.] *Fabr.* *Emanuel Holoboli* carmina epitymbia ad Comnenum Andronicum, tornicem cum Moſchopulo, in cod. bibl. *Eſcorial.* v. *Plüer.* itiner. per Hiſpan. p. 166. — *Man. Holoboli*, protoſyngeli, ſcholia gr. in aram Doſiadae, quae iſte ex antiqua membrana vet. deſumſiſſe videtur, *Lud. Caſp. Valckenaer* ex cod. Voſſiano deſcripſit, edidit, doctisque obſeruatt. illuſtrauit in Diatriba, ſubiuncta eius editioni Euripidis Hippolyt, cap. XII. p. 128. ſqq. — *Manuelis rhetoris* verſus politici XXV. de vanitate omnium rerum huius vitae, *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. Barocc. CXXV. — Fratris *Franciſci* concluſiones theologicae et orthodoxae decem, quas per litteras miſit ad *Manuelem*, magnum *rhetorem* magnae eccleſiae, cum eiusd. *Manuelis* reſponſo, ibid. in cod. *Oliu. Cromwell.* CXV. 3. ſ. nr. 294. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. (et in cod. Moſquenſi CCCXI. 3. mox citando;) — ib. in cod. *Io. Selden.* XLVII. 6. ſ. nr. 3377. dicti cat. *Manuel* magnus rhetor contra fratrem Franciſcum, gr. — Ad fratrem Franciſcum, ordinis praedicatorum epiſtola, a. 1523. ſcripta, in qua tria Latinorum dogmata reprehendit: primum de S. Spiritus proceſſione; alterum de azymis, et tertium de primatu rom. pontificis, *Vindobon.* in cod. caeſ. CXXXVI. nr. 3. v. *Kollar.* ſupplem. I. ad Lambecii commentar. p. 767. — *Man. Peloponneſii* diſſ. ad Geraſimum, hieromonachum et hieropſalten, de cantico in honorem b. Virginis deiparae, ibid. in cod. caeſ. CCCXXXIII. 1. v. *Lambec.* V. p. 618. ſq. — *Man.* rhetor Peloponneſius; ad Geraſimum, contra duo ſyllogiſmos Latin. de proceſſione Spir. Scti, *Moſquae* in codd. ſynod. XIII. et CCCXCIII. 14. diſſ. ad Geraſimum, περὶ τȣ̃ θεαρχικȣ̃ νεύματος [yy]) et πότε τεθέωται ἡ τȣ̃ κυρίȣ σάρξ, ibid. in cod. CCCXI. — *Man. rhetor.* magnae eccleſiae κατὰ τȣ̃ Πληθωνικȣ̃ συγγράμματος, οὗ ἡ ἀρχή· τὸ ὑπὲρ Λατίνων βιβλίον, τὸ ἡμᾶς ἧκον· — eiusd. de *Marco Epheſ.* et ſynodo Florentina et contra Gemiſtum ac Beſſarionem, ibid. in cod. CCCXCIII. nr. 12. et 13. vid. *Matthaei* Not. codd. gr. Moſq. p. 29. 202. et 250. Conf. *H. Wharton* ad Cauei Hiſt. litter. SS. eccl. tom. II. p. 224. ad a. 1500. quo calamum contra Latinos ſtrinxit. *Harl.*

yy) In cod. Vindob. modo citato legitur: περὶ τȣ̃, θεαρχίᾳ νεύματι.

[*Manuelis*, τῦ ζαμβατῦ, (seu ζαβδατε,) τροπάρια ψαλλόμενα εἰς τὴν Θεοτόκον· *Mosquae* in cod. Mosq. synod. CCCXXXVI. nr. 1. v. *Matthaei* l. c. p. 218. *Harl.*]

[*Manuel Spandunides* et *Manuel Tzycandyle*, a. 1359. memorantur in cod. *Mosquensi* synod. LVII. v. *Matthaei* l. c. p. 56. Add. *Montfauc.* Palaeograph. gr. p. 102. sq. vbi plures *Manueles*, scribae codd. Paris. reg. nominantur. *Harl.*]

[*Manuelis Straboromani* carmina iambica, ex persona imper. Alexii Comneni ad S. Demetrium, et eiusd. versus epitaphii (iambici) ex persona cuiusdam matris ad filium, *Florent.* in bibl. Laurent. cod. LII. nr. 14. et 15. plut. 32. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. II. p. 212. Vocatur alias et *Manuel* et *Michael*. Sic in bibl. *Coislin.* cod. CXXXVI. sub fin. fol. 243. *Michaelis Straboromani* opusc. ἀκέφαλον ad Alexium Comnenum, vbi agitur de vi astrorum, quae dicuntur esse dei litterae, quas ignari et rustici nesciunt, viri autem docti legunt; et earum adminiculo non modo varias mundi plagas distinguunt et agnoscunt, sed etiam futura prospiciunt: fol. 246. verso, *Manuelis Straboromani* ad eumdem imperatorem: fol. 247. Alexii Comneni imp. responsio ad *Manuel. Straboromanum*: ibid. *Manuel. Straboromani* opusculum imperfectum. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 207. — Ibid. p. 573. nominatur *Manuel Limenas*, calligraphus, a. 1475. *Harl.*]

[*Manuel*, *Gregoropulus*, scriptor cod. Vindob. LXII. a. 1506. v. *Lambec.* VIII. p. 1061. — Ibid. p. 1067. et 1071. ad *Manuelem Neocaesareensem*, protosecretarium, tres epistolae Gregorii Cyprii, et p. 1077. eiusd. Gregorii epistola ad *Manuelem* τὸν ἐπὶ τῶν δεήσεων. *Man. Gregorop.* scriba cod. Paris. reg. MMDCXX. a. 1503. in *Montfauc.* Palaeographia gr. p. 103. *Harl.*]

[*Marciani* vita, *Oxon.* in cod. Barocc. CLXXXIII. et *Dublin.* in colleg. S. Trinit. CDLXXXVI. 4. siue nr. 626. cat. MSS. Angliae. vol. II. part. 2. Add. supra, vol. X. p. 275. *Harl.*]

MARCUS Eugenicus, Ioannis Eugenici, de quo supra p. 522. ed. vet. (ed. nou. p. 653.) frater, *Ephesi* metropolita, Latinorum in concilio, cui non subscripsit, Florentino a. 1439. atque deinceps ad obitum vsque aduersarius acerrimus, vnionisque, quam cum illis componere Ioannes Palaeologus imp. instituebat, magna remora: nouus ideo Photius dictus Horatio Iustiniano in actis concilii Flor. Idem a. 1447. morti vicinus Georgio Scholario tuenda graecae ecclesiae dogmata et vnionem fugiendam grauissimis verbis commendauit: Georgius etiam, deo, angelis et hominibus in testimonium aduocatis, hoc se obseruaturum sancte iurauit, obseruauitque deinde diligentissime, et Marcum doctorem suum defunctum pro funere laudauit. Vide supra p. 375. et 349. seq. [zz]) ed. vet. (ed. nou. p.

5. *Boëthii de consolatione philosophiae*, eius graeca versione MS. in bibl. regis christianissimi, vsus in sua Boëthii editione Renatus Vallinus. Ex MS. caesareo quaedam producit *Lambecius* VII. p. 145. sq. [p. 310. sqq. ed. Kollar.] Alius pulcerrimus codex graecolatinus a. 1478. a Petro Montaguana donatur monasterio S. Iustinae; exstat in bibl. Seguieriana siue Coisliniana. Vide *Montfauconum* p. 140. In caesareo codice leguntur etiam prolegomena graeca et adnotationes marginales. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. codd. *de consolatione philosophiae*, cum scholiis, MCMXCII. tum MMXCIV. et tribus sequentibus, in quorum vltimo ad calcem epilogus, vbi de Boëthio quaedam minus obuia occurrere dicuntur, et MMDLXXI. nr. 3. — ibid. *Boëthius de dialectica*, interprete *Planude* in cod. MMXCIV. 2. vbi tamen vna tantum pagina superest: acc. quoque scholia; — in cod. MMCIII. nr. 2. et MMDCCCXXX. nr. 6. cum scholiis ad marginem coniectis. conf. *Montfauc.* Palaeogr. gr. p. 83. — *Mosquae* in codd. synod. CCXLVII. nr. 3. cum scholiis, et CCCXIII. nr. 1. *Planudae* interpretatio libr. Boëthii de consolatione philosophiae; v. *Matthaei* Not. cit. p. 160. et 205. — Eadem, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 7. *B. C.* itidem *Planudis* dialogi *de Grammatica*; *de Syntaxi*, et opera plurima, *Romae* in bibl. Vaticana. — p. 494. *A.* Boëthius de consol. philos. cum scholiis, a *Planude* gr. versus, item de Trinitate, bis, *Mediolani* in bibl. Ambros. — in bibl. *Escorial.* v. *Plueri* itiner. per Hispan. p. 160. *Boethius* etc. latine, et cum graeca Planudis versione, atque commentariis latinis, in cod. *Coislin.* LXXXIV. v. *Montfauc.* l. cit. p. 140. *Harl.*

6. *S. Augustini de trinitate libri XV.* MSti in bibl. caesarea. Vide *Lambec.* IV. p. 159. 160. f) Etiam illa, vbi de processione Spiritus S. ex Patre Filioque tractatur, fideliter vertisse, notat *Bessarion* apud Allatium [?] de consensu p. 842. Locum ex ea versione graece editum Romae a. 1630. notat *Whartonus*, [ad Cauei Hist. litter. cit. II. p. 38.] Graece et latine cum *Io. Leunclauii* versione prodiit ad calcem Leontii de sectis Basil. 1578. p. 584-599. et in auctario bibl. Patrum Ducaeano Paris. 1624. tom. I.

7. Etiam

f) Siue p. 356. ed. Kollar. cuius notam conferes, nr. 1. cod. CLXI. et p. 360. in cod. CLXII. — *Monac.* in cod. Bauar. LIV. v. plura apud cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 1. p. 22. — *Florent.* in bibl. Dominicanorum S. Marci. v. *Franc. Anton. Zachariae* iter litterar. per Italiam, Venet. 1762. 4. p. 54. — *Paris.* in bibl. publ. codd. DCCCXXVIII. nr. 1. et DCCCXXIX. — *Romae* in bibl. Vaticana, addita alia eiusdem operis a Demetrio Cydone facta versio, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 12. *C. Harl.*

7. Etiam *libros Augustini de Ciuitate dei* a Planude graece versos tradit Gesnerus in bibl. p. 509.

8. Volaterranus libro XVII. Commentar. Vrbanor. et ex eo Gesnerus ac Simlerus scribunt, *Macrobii Saturnalia* a Planude graece versa esse; quod aegre mihi persuadeo, et commentarios in Somnium intelligendos esse suspicor. *Fabr.* In inscriptione cod. XXXIV. nr. 1. plut. 80. *Florent.* in bibl. Laurent. Σκηπίωνος ὄνειρος etc. *Scipionis somnium, conscriptum quidem a M. T. Cicerone, expositum vero a Macrobio Ambrosio, et in graec. linguam translatum a sapientissimo inter monachos Maximo Planude.* v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. III. col. 213. sq. Add. *Lambec.* IV. p. 125. sq. et de codd. *Coisl.* aliisque supra, ad nr. 1. *Harl.*

[*Thomae Aquinatis* primae partis Summae quaestiones 49. Priores translatae per *Maximum Planudem.* *Oxon.* in cod. Barocc. LXV. ad quem confector MSS. Angliae etc. vol. I. p. 7. — „Liber ipse, ait, ἀνεπίγραφος. Planudi tamen tribuitur in catalogo impresso; nescio, quo auctore. Nam Demetrium Cydonium vertisse librum Aquinatis, testatur Possevinus.“ — *Florentiae* in cod. Laurent. XVIII. nr. 4. plut. 4. Prooemium anonymi in versionem gr. alicuius operis S. Thomae Aquinatis, quod, *Bandinius* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 513. „forte est, inquit, *Maximi Planudis*, aut alterius Graeci viri Latinis infensi; illos enim in hoc prooemio valde carpit. Consule Echardum in Historia scriptorum ordinis Praedicatorum, tom. I. p. 346.“ — Simpliciter vero a *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 505. E. *Mediolani* in cod. bibl. Ambros. esse dicitur S. Thomae Aquinatis expositio orthodoxae fidei, graece, interprete *Maximo Planude. Harl.*]

9. *Donati grammatica parua*, MS. in bibl. Bodleiana cod. Barocc. LXXI. *Fabr.*

[*Maximo Planudi* a *Montfaucon.* l. c. p. 645. C. tribuitur versio gnomarum *Platonis*, *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. Barocc. nr. 194. sed nescio, an id culpa Montfauc. aut alius vitiose scriptum sit; in cat. quidem MSS. Angliae etc. vol. I. p. 27. in illo cod. Barocc. inesse traditur *Maximi Planudis* versio gnomarum *Catonis*. Ita quoque errauit *Oudin.* l. c. col. 762. quum scriberet, in cod. *Norfolc.* DXXIX. f. nr. 3428. cat. MSS. Angliae etc. tom. II. exstare *Disticha Platonis* per *Planudem*; nam in cat. dicto p. 84. diserte rectiusque editum est: *Catonis* disticha per *Planudem*. *Harl.*

Graece scripta.

Romanae initio fidei fauisse Planudem, [g]) eamque ob rem ab imperatore CPol. multa passum, in custodiamque tandem coniectum et contra sentire coactum fuisse tribus editis contra romanam ecclesiam argumentationibus refert Volaterranus.

g) *Planudes vir elegantissimae sapientiae atque infinitae eruditionis, quem sibi adserunt nequicquam Photiani, vt alibi* (in testimonio Graeciae) *ostendimus, aequandus sane cuilibet Latinorum sapientissimo, quippe mira felicitate et elegantia, difficillima quaeque proponens et ardua dissoluens, infinitis operibus Graeciam, imo literariam remp. vniuersam auxit.* Haec *Nic. Comnenus* pag. 190. praenot. mystagog.

10. *Capita* eius tria *de processione Spiritus S.* cum Bessarionis et Georgii Metochitae responsione, graece et latine edidit *Petrus Arcudius* in opusculis aureis, Rom. 1630. 1671. 4. *Nesselius* I. p. 22. etiam quartum Planudis caput commemorat, quod incipit: ὅτι καὶ ἐν ἅπασι τοῖς ἔστιν ἡ τριὰς θεωρεῖται. et p. 345. λόγον περὶ πίστεως diuisum in capita XX. Incip. πάσης ἀγαθῆς πράξεως. *Fabr.* Secundum *Lambec.* commentar. IV. p. 359. ed. Kollar. in cod. caesar. CLXI. nr. 4. de processione Spir. Scti argumentationes tres contra Latinos: inc. Ἐρωτητέον· πότερον ἡ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπόρευσις ἄλλη καὶ ἄλλη ἐστίν· et nr. 6. argumentatio, (quae est quarta,) contra Latinos de processf. Spir. Scti: init. Ὅτι καὶ ἐν ἅπασι τοῖς ἔστιν ἡ τριὰς θεωρεῖται. — Ibid. vol. V. p. 446. in cod. CCLXIX. nr. 1. λόγος περὶ πίστεως, siue liber contra Latinos de processf. Spir. Scti ex solo patre, in capp. viginti diuisus, et Lambec. adpellat *Leon. Allat.* lib. II. de eccles. occid. et orient. perpetua consensione, cap. 17. §. 4. — Tres argumentationes, *Venetiis* in bibl. Marc. codd. CLIII. et DVI. v. cat. codd. gr. Marc. p. 85. et 271. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XIV. nr. 6. plut. 10. de processf. Spir. S. contra Latinos, syllogismi quatuor cum Bessarionis responsionibus. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 483. — *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCXXVIII. nr. 2. capita quatuor de processf. Sp. S. cum *Bessarionis* et *Demetrii Cydonii* responsione, et cod. MCCLXX. nr. 6. capita de eadem; et capitibus singulis subiunctae sunt *Bessarionis* et *Dem. Cydonii* responsiones. *Harl.*

11. *Sylloge canonum* adhuc inedita, quam eloquentissimam vocat *Nic. Comnenus* p. 4. *Nomocanonem* citat p. 363. Titulum περὶ χειροτονίας p. 70. 74. 190. 220. 274.

12. *Orationes II. de viribus precum*, ex quarum posteriore locum a Suario expressum, dissimulato nomine, notat id. p. 6.

13. *Orationem de veritate* laudat id. p. 345.

14. *Oratio in apostolorum principes Petrum et Paulum* sub Gregorii Nysseni nomine edita Ingolstad. 1620. 4. a *Gretsero*, ab *Allatio* p. 87. [P] de Simeon. et p. 294. et 295. de consensu, et a *Lambecio* IV. p. 57. [p. 119. sqq. Koll. nr. 12. cod. CIX.] et VIII. p. 70. sq. [h]) Planudi vindicatur. Incipit: ἐδόκει μοι λέγειν τι περὶ τῶν Ἀποστόλων.

15. *Oratio*

h) Siue pag. 148. sq. ed. Kollar. cod. X. nr. 4. est *Planudis* orat. in sepulturam Christi etc. ac nr. 5. eidem in cod. diserte tribuitur orat. in SS. apostolos Petrum et Paullum. In vol. IV. l. cit. p. 123. duo alios codd. caesar. Lambec. memorat in quibus orat. in Petrum et Paullum vna cum altera, integra adseruatur, et ex quibus orat. illa suppleri possit. Add. de vtraque supra in vol. X. pag. 249. et 310. — Vtraque est quoque *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXII. nr. 2. et 3. plut. 56. v. *Bandin.* l. c. II. pag. 327. — *Mosquae* in cod. synod. CCLXXIX. nr. 4. et 5. et cod. CCCII. nr. 78. et 79. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 180. et 198. — orat. in Petrum et Paullum, *Taurini* in cod. reg. CCCLIV. fin. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 482. — Eadem *Paris.* in bibl. publ. codd. MCLXXXV. nr. 14. (in adpendice cat. MSSt. regg.) MCLXXXVII. MCCXI. nr. 8. et vtraque in cod. MMMX. nr. 20. et 21. *Harl.*

15. *Oratio in sepulturam CHristi et b. Virginis planctum funebrem:* εἰς τὴν Θεόσωμον [i]) ταφὴν καὶ εἰς τὸν ἐπιτάφιον θρῆνον etc. Incipit: ἃ μὲν ἄν τις εἰκάσῃ τεκμήριον. Graece prodiit Paris. 1557. apud Andream Wechelum: Latine ex Ioachimi Axonii Grauian. versione exstat in supplemento bibl. Patrum Coloniensi a. 1622. et Morelliano Paris. 1639. tom. I. p. 836. et in bibl. Patrum edit. Lugd. tom. XXVII. *Fabr.* et Paris. 1644. fol. p. 836. V. ad nr. 14. Eadem *Paris.* l. c. codd. MCLXXXVII. nr. 1. MCCXX. nr. 10. MCCXLVIII. nr. 8. et MMMX. nr. 20. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXXV. nr. 24. plut. 59. v. *Bandin.* l. c. II. p. 566. *Harl.*

16. *Laudatio S. Diomedis Martyris* citatur ab *Allatio* p. 202. contra Hottingerum. *Fabr.* MS. *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXI. nr. 5. et MMMX. nr. 22. — *Mosquae* in cod. synod. CCCII. nr. 80. v. *Matthaei* l. c. p. 198. — *Lambec.* IV. p. 124. — *Florent.* in cod. Laurent. XXII. nr. 4. plut. 56. v. *Bandin.* l. c. II. p. 327. *Harl.*

17. *Vita Arsenii patriarchae CPol.* a *Nic. Comneno* pag. 74.

18. *Tria epigrammata historica in templum S. Andreae* confessoris imaginum a Theodora Augusta instauratum, quae graece edidit *Cangius* ad Zonaram p. 35. seq. et emendauit *Io. Boiuinus* notis ad Nicephorum Gregoram p. 854. De templo illo idem *Cangius* libro IV. CPolis Christianae p. 112.

19. *Aliud in templum SS. Marciani et Martyrii. Cangius* ad Zonaram pag. 44. *Fabr.* Versus varii et precatiuncula, *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXI. nr. 6. — *Monac.* in cod. Bauar. XLIX. Versus, hymnum habentes secundi aduentus: In Christum; in supplicium, et in omnes SSctos; tum versus XXI, in humanum quemdam nobilem elegiaci; dein versus in crucem, quam tulit, et in refixionem atque in S. Mariam; porro versus heroico-elegiaci in portam monasterii; alii versus; denique versus sex in adnuntiationem angelicam, totidem in resurrectionem et quatuor in S. Constantinum. Plurima illa breuia carmina gr. edidit cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 6. p. 38. 45. sqq. — *Matriti* in cod. regio LXXII. Laus Ptolemaei geographi, versus heroici 47. quos et seq. tristichon hexam. in eumd. gr. publicauit. *Iriart.* in cat. codd. graec. Matrit. p. 265. ibid. carm. in nobilem etc. *Florentiae* in cod. Laurent. VII. nr. 13. plut. 55. Sententiae et epigrammata externorum sapientum, ex iis, quae collecta sunt a Max. Planude, cum scholiis et glossis interlinear. de quo multus est *Bandin.* l. c. II. p. 256. — ibid. p. 368. sq. epigrammata duo moralia, nr. 7. cod. XXIV. plut. 57. — nr. 14. tetrastichon elegiacum in nouercam; — nr. 15. vita S. Mariae Aegyptiacae, versibus heroicis XX. conscripta; nr. 16. et 17. eiusd. forte Planudis duo epigrammata iambica anepigrapha, alterum versibus XII. alterum versibus XIII. — Versus heroici in Geographiam Ptolemaei, in cod. Coislin. CCCLV. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 520. Iidem et alii in cod. *Monac.* Bauar. C. v. *Hardt* l. c. a. 1804. part. 6. p. 29. vbi adnotat, illos versus falso adtribui Manueli Moschopulo, et gr. prodiisse in Iriart. cat. (l. c.), tres autem vltimos etiam in ed. Basileensi. *Harl.*

20. *Enar-*

i) Ita lege pro Θεόσημον, in Casaubonianis pag. 59.

20. *Enarratio de Dominicis thematibus Hierosolymis.* Meminit Gesnerus in bibl.

21. *Epistolae CXXII.* MStae in bibl. caesarea, vna cum eius homiliis supra memoratis in Petrum et Paullum apostolos, martyremque Diomedem. Vide *Lambecium* IV. p. 56. *Nesselium* IV. p. 138. *Fabr.* *Lambec.* IV. p. 122. 124. ed. Kollar. vbi cod. quemdam, qui in bibl. Vindob. custoditur, laudat, et in nota, „prima, inquit, illarum centum viginti duarum epistolarum scripta est ad imp. Ioannem Palaeologum, imp. Andronici iunioris filium, qui coepit imperare a. 1347. et a. 1384. obiit; secunda autem ad Manuelem, fratrem memorati Ioannis natu minorem:" — Id. in vol. VII. p. 524. nr. 3. cod. CXXIII. in quo exstat Planudis epistola, cuius principium est: ἐρήμην ποτὲ καταδικασθείς. (v. nr. 35.) — Elenchum s. indicem epistolarum Planudis, centum et viginti, vti in codice caesareo exhibetur, *Doruille* in Miscellan. obseruatt. in auctores etc. vol. II. tom. III. Amstel. 1733. 8. p. 448. sqq. edidit, et p. 446. sq. ex illo cod. epistolam quintam et octogesimam Planudis ad Manuelem Philen, graece cum lat. versione euulgauit. — *Monaci* in cod. Bauar. L. sunt 118. epistolae ad diuersos; sed si versus s. carmina inserta, et a me ad nr. 19. relata, etiam epistolae habentur, CXXII. epp. numerari possunt. Singularum vero epistolarum initium et finem, et nomina eorum, ad quos scriptae sunt, nisi nomen exesum est, vberius reposuit *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 6. p. 27-45. — *Matriti* in cod. reg. LXXII. 114. sqq. vndecim Planudis epistolae, quas recenset *Iriarte* in cat. codd. gr. Matrit. p. 260. — *Taurini* in bibl. reg. cod. CCCLIV. viginti *Planudae* epistolae. v. cat. codd. gr. Taur. p. 482. — *Florent.* in cod. bibl. Laurent. XVI. nr. 16. plut. 32. ex Planudae epistolis excerpta; in cod. III. nr. 22. plut. 56. epistolae XXIII. n. a nona vsque ad tricesimam primam, in cod. XXII. nr. 1. plut. 56. in quo sunt CXXI. epistolae. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 142. 299. inprimis p. 320. sqq. vbi ille primum initia singularum, seruato ordine, quo positae sunt in isto cod. dein per alphabetum digesta principia exhibuit. — Ibid. in cod. XXX. nr. 6. plut. 59. Planudis epistola ad Philanthropenum, quae est serie epistolarum in cod. memor. XXII. ordine XLVIII. et anepigrapha. v. *Bandin.* l. c. p. 551. *Harl.*

22. *Comparatio hiemis et veris* in eodem codice caesareo. *Fabr.* *Monac.* in cod. Bauar. L. v. *Hardt* l. c. a. 1803. part. 6. p. 47. — *Florentiae* in cod. Laurent. XXII. nr. 5. plut. 56. laudatio hiemis. inc. οἶμαι καὶ πρὸς μόνην τὴν ἀκοήν. v. *Bandin.* l. c. II. p. 327. — Hiemis et veris comparatio *Paris.* in bibl. publ. codd. MCLXXXVII. nr. 3. MDCXXXVIII. nr. 7. MMMX. nr. 23. et sec. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 925. *E.* in cod. *Colbert.* *Harl.*

23. De Planudis *grammatica, dialogo de quaestionibus grammaticis,* qui inscribitur *Neophron et Palaetimus,* nec non de *Syntaxi* dictum a me est volum. VI. p. 348. [ibique not.] *Epimerismata* eius memorat Gesneri bibl. *Fabr.* Adde in not. memor. citatis codd. *Matriti* in cod. reg. XCIX. *Planudae* dialogus de Grammatica, qui inscribitur Neophron et Palaetimus; — eiusd. de syntaxi octo partium orationis, et de syntaxi verborum transitiuorum et intransitiuorum. — ibid. in cod. XCV. *Planudae* de verborum syntaxi, de transitiuis et intransitiuis, ordine alphabetico; tum de syntaxeos speciebus, quae syntaxis ex integro

tegro msto, s. Grammatica, (quae etiam exstat *Florent.* in bibl. monasterii bibl. Mariae Benedictinorum, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 416. *B.* et in Palaeogr. gr. p. 70.) excerpta videtur: quos codd. plenius recenset *Iriarte* in cat. codd. gr. Matrit. p. 387. sqq. (vbi quoque alios codd. in aliis bibliothecis adseruatos laudat,) p. 391. et p. 371. sq. — *Venetiis* in cod. Naniano CCCIV. de verborum syntaxi, de transitiuis et intransitiuis etc. v. cat. codd. gr. Nan. p. 509. seq. nr. 5. 6. 7. — Secundum *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 6. *A.* p. 7. *C.* p. 8. *C.* p. 35. *A.* p. 91. *A.* ter. *Romae* in codd. bibl. Vaticanae, *Max. Plan.* de grammatica graeca, de syntaxi, etc. — ib. p. 501. *B.* *Mediolani* in bibl. Ambros. (v. supra ad nr. 3.) — ibid. p. 1200. *B.* in bibl. *Guil. Pelliserii*, de syntaxi. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. X. nr. 13. plut. 81. inter codd. Gaddianos ex Technologia Planud. excerpta: inc. ἐντέτηκεν ἀντὶ τοῦ ἐγκάθηται· v. Bandini cat. codd. gr. Laur. II. col. 429. seq. — In cod. *Coislin.* CXCII. quaedam ex Max. Planude, et eiusd. Quaestiones grammaticae, s. dialogus Neophr. et Palaetimi. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 245. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXIV. nr. 12. plut. 57. *Planudis epimerismata*; (ἐπιμερισμοὶ,) opus valde longum; cuius inscriptio arcanis litteris est exarata: inc. Φοινίκη ἡ Συρία, καὶ Φοῖνιξ ὁ Σύρος, καὶ Φοῖνιξ δένδρον, καὶ Φοῖνιξ τὸ μοναδικὸν ὄρνεον· vid. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 368. *Harl.*

24. *De vita Aesopi fabulisque Aesopiis*, Maximi Planudis stilo digestis dixi lib. II. cap. 9. §. 2. et 5. *Fabr.* vol. I. p. 619. seq. et 624. sqq. — Aesopi vita et fabulae per *Max. Planudem*, *Mediolani* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* diar. ital. p. 16. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MDCCLXXIII. nr. 23. MMDCCCXCIX. nr. 1. MMDCCCXCIX. MMCM. et seq. Aesopi vita. *Harl.*

25. De *Anthologia epigrammatum graecorum* a Planude recensita, lib. III. cap. 32. *Fabr.* vol. IV. p. 429. seqq. §. IV. vbi quoque de Planudae aetate agitur, ac §. V. de codd. MSSt. atque p. 438. sqq. de editt. it. §. VI. p. 451. sqq. Vt alia, quae alio tempore supplebo, in praesenti omittam, ad p. 456. de *Boschii* memorata edit. h. l. adiicere iuuat: *Anthologia graeca* cum versione latina Hugonis Grotii, edita ab *Hieron. de Bosch.* Vltraiecti ad Rhen. 1795. mai. 4. Textus est Wechelianus, hinc inde emendatus. conf. ephemer. litter. Gotting. gens. 1795. plag. 196. p. 1963. sqq. — tom. II. ibid. 1797. continet libr. II. et III. Anthol. Planudeae. Bosch non probat Brunckii mutationes, quarum multas ope correctae edit. Aldinae, 1521. reiicit. conf. Gotting. ephem. litter. 1797. nr. 152. p. 1517. sqq. — tom. III. ibid. 1798. complectitur reliquam partem Anthol. Planudeae cum versione H. Grotii: conf. Ien. Allgem. L. Z. a. 1799. nr. 306. et 307. De tomo IV. nihil certi dicere possum. — *Anthologia minor*, siue Florilegium epigrammatum graecor. ex Anthologia Planudea et Brunckii analectis selectorum, adiectis versionibus latinis Hugon. Grotii, auctore *Io. Arnoldo Kanne.* Halis Sax. 1799. 8. Continet 815. epigramm. sine notis. Conf. *Frid. Iacobs* Antholog. graecam, (cuius I. tomus prodiit Lipsiae 1794. 8.) inprimis prolegomena ad tom. VI. siue Animaduerss. in epigramm. anthol. graecae, vol. I. part. I. Lips. 1798. 8. §. VII. p. LXXX. sqq. de Anthologia Max. Planudis; §. VIII. p. CX. sqq. de Planudeae Anth. editoribus atque interpretibus; §. IX. p. CXXXIII. sqq. de Cl. Salmasii in Anthologiam curis; §. X. p. CXXXIX. seqq.

seqq. de Luca Langermanno; §. XI. p. CXL. sqq. de apographis libri Vaticani; §. XII. p. CLII. sqq. de iis, qui post Salmasium de Anthologia bene meruerunt; §. XIII. p. CLXV. sqq. de editione Brunckii, ac §. XIV. p. CLXXXI. sqq. de iis, qui post Brunckium Anthologiam adtigerunt. — Tom. V. (Lips. 1795.) complectitur indices in epigrammata, et quidem 1) indicem alphabeticum; initia epigrammatum, quae in Brunckii analectis, in Anthologia Planudea, in Miscell. Lipsiensibus et in Anthol. Reiskiana reperiuntur, et 2. (p. 161. sqq.) Antholog. Planudis in VII. libros distributa, etc. De cod. *Mediolan.* v. supra ad nr. 3. De cod. *Guelpherbytano* conf. *Lessing* zur Geschichte vnd Litteratur, aus den Schätzen der herzogl. Biblioth. zu Wolfenbüttel, Brunsuic. part. I. 1773. 8. p. 137. seqq. inprimis p. 421. sqq. vbi problema quoddam arithmeticum cum scholio et alia edidit atque illustrauit. *Harl.*

26. *De scholiis ad libros priores duos arithmeticae Diophanti*, libr. IV. *Fabr.* in hac edit. cap. 27. §. 9. vol. V. p. 641. sqq. add. paullo ante ad nr. 4. *Maximi Planudis* scholia in arithmeticam Diophanti et alia quaedam, *Romae* in bibl. Vaticana, v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 7. *A.* — ibid. p. 28. *D.* Diophant. arithmetica: in cuius calce quaedam ex *Max. Planude* adiunguntur: *Romae* ibid. in cod. reginae Sueciae, nr. 651. — ibid. p. 619. *D.* Dioph. arithmet. cum expositione Planudis, in pluribus codd. bibl. *Scorial.* regis Hispan. — ibid. p. 650. *D.* in bibl. *Bodlei.* nr. 720. *Max. Planudis* arithmetica. *Harl.*

27. *Ψηφοφορίας κατ᾽ Ἴνδους, ἡ λεγομένη μεγάλη. Calculatoria secundum Indos, magna adpellata*, MS. in bibl. Vaticana, et teste Cangio in bibl. regis Gall. cod. MCCCIV. [k]) Primum fuisse Planudem e Graecis, [?] qui Zifris vsus Indicis siue Arabicis in numerando fuerit,

k) Secundum catal. MSS. regg. *Paris.* vol. II. in codd. MMCCCLXXXI. nr. 1. MMCCCLXXXII. et MMDIX. nr. 6. *Max. Planudae* calculatoria, secundum Indos, magna adpellata; — in cod. MMCDXXVIII. nr. 6. *Max. Planudae* et *Nicolai* Smyrnaei, *Artabasdi Rhabdae*, opusculum commune arithmeticum, de ratione numerandi apud Indos vsurpata, siue de numerorum arabicorum vsu; opus ineditum. — *Planudae* calculatoria etc. *Monac.* in cod. Bauar. CIV. fin. v. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 7. pag. 10. et part. 6. p. 28. sq. in cod. C. *Plan.* 1) calculatoria; inc. *οἱ τῶν ἀστρονόμων φιλοσοφώτεροι·* 2) de subtractione aut eiectione numerorum; alia methodus probationis, ex additione Nicolai Rhabdae et de multiplicato. Atque tria adhuc contineri in ipsius calculatoria, colligit ex eo, quod finitis his omnibus legitur: *τέλος ψηφοφορίας τοῦ Πλανούδη·* idemque ex his ipsis se perspexisse profitetur, Planudem zifris arabicis in numerando vsum esse, sic: *λέγω* 16. et 1. *ἀφαιρῶ ἀπὸ τῶν* 11. *κ. τ. λ.* — *Plan.* et Nic. Rhabdae phrasis artis magnae computandi apud Indos, in cod. *Escor.* teste *Plüer.* in itiner. per Hisp. p. 181. — *Romae* in bibl. Vaticanae cod. Ottobon. anonymi *ψηφηφορία κατ᾽ Ἴνδους ἡ λεγομένη μεγάλη·* init. *Εἴπωμεν δὲ καὶ περὶ τῶν ψήφων τῆς ἀστρονομίας*, etc. Plura v. in *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. pag. 187. *C.* Sed auctorem illius operis esse Planudem, patet ex cod. *Marc.* Venet. CCCIII. qui eamdem habet inscriptionem idemque initium: de quo et altero cod. Marc. CCCXXIII. curatius, quam confector catal. codd. gr. Marc. pag. 143. et 148. fecerat, differit cel. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. tom. I. qui de priore cod. p. 185. „est, ait, vberior tractatio haec, quam alia Planudi nomine inscripta, in cod. CCCXXIII. exarata, et non pauca ad astronomicas potissimum supputationes vtilia praeterea continet, iisdem licet doctrinis ac interdum iisdem quoque verbis adhibitis.

fuerit, notat *Papebrochius* in tractatu praeliminari ad tom. III. Act. sanctorum Maii pag. LVI. ex Athanasii Kircheri Arithmologia, Romae anno 1665. edita part. I. c. vlt. et *Stephanus le Moyne* notis ad varia sacra p. 797. *Fabr.* Villoison, qui l. c. p. 152. sqq. multus est de origine et antiquitate notarum illarum, variorumque diuersa recenset examinatque iudicia; negat, minusculas nostras numerales notas, vulgo *Cifras Arabicas*, a Persis primum, seu ab Indis ad Arabes, ab istis ad Africae Mauros, ab hisce demum ad Hispanos et deinceps ad vniuersam Europam transmigrasse: contra euincere studet, iam Romanos suis haud caruisse notis numeralibus minusculis et cursiuis, et ab his nostras, quae immerito vocentur arabicae, ita deriuatas esse, vt ab antiquo cursiuo charactere minusculo ille defluxisset, qui Longobardicus vulgo dicitur. Sed vberior illius quaestionis inuestigatio longe abest ab instituto nostro: et praestat, quosdam libros, ex quibus cupidus illius rei plura haurire possit, tantum paucis commemorare. Haud inutiliter igitur conferri possunt *Christi. Guil. Büttneri*, prof. quondam Gottingensis, Vergleichungs-Tafeln der Schriftarten verschiedener Voelker etc. part. I. Gottingae et Gothae 1771. 4. tab. II. eiusque Breuis expositio alphabetorum omnium populorum et adfinitatum, quibus illa inter se coniuncta sunt, §. 2. in Nou. commentar. societatis regiae scientiarum Gottingensis, tom. VII. Gottingae 1777. 4. p. 109. et *Heilbronner*, a Morellio iam laudatus, qui p. 741. vulgarem sententiam, Europaeos accepisse characteres indicos ab Hispanis, hos a Mauris, et hos ab Arabibus, hos autem non ipsos, sed Indos figuralem numerandi rationem excogitasse et alia a Wallisio prolata, nec non contrarias sententias *Wallisii* ac *Io. Frid. Weidleri*, qui in dissert. de charact. numerorum vulgaribus et eorum aetatibus, Viteberg. 1727. arbitratur, characteres numerorum, arabicis similes, iam Boethio, a. Chr. 524. mortuo, (adeoque ante Planudem,) fuisse cognitos, aliorumque vberius refert. Sed illorum aliorumque opiniones copiose recitantur et partim oppugnantur in opere inscripto: Neues Lehrgebäude der Diplomatik, welches in Frankreich von einigen Benedictinern — verfertiget worden. Aus dem Französischen übersetzt, tom. V. Erfurt 1767. 4. lib. II. cap. 4. sect. 9. artic. 2. p. 76. sqq. Add. *Io. Christoph. Gatterer's* Abriss der Diplomatik. Götting. 1798. 8. pag. 29. sqq. *Harl.*

tis. Differentiam non animaduertit *Villoison*, qui de codice vtroque scripsit, ac si vnum idemque opus inesset; et numerorum figuras aere expressas ex vtroque dedit Anecdot. tom. II. pag. 153." — De posteriore cod. qui incipit οἱ τῶν ἀστρονόμων φιλοσοφώτεροι, ἐπεὶ ὁ μὲν ἀριθμὸς ἔχει τὸ ἄπειρον, pag. 204. „Operis, inquit, titulum ac initium post Kircherum corruptis verbis dedere *Steph. le Moyne*, (iam citatus a Fabricio,) et *Papebrochius* tom. III. p. LIX. Maii Bolland. ed. Venetae. Vtrumque accuratissime ex cod. hoc *Villoison*. exhibet Anecd. tom. II. pag. 153. cum figg. ipsis numerorum, parum admodum differentibus ab iis quas *Heilbronner* habet Histor. matheseos. p. 739. Ad opus Planudis hoc ipso codice, a se. a. 1788. inspecto, exaratum prouocat *Ioann. Andres* in epistolis tom. III. pag. 63. vt numerorum notas, quibus vtimur, ab Arabibus ad nostrates deriuasse tueatur: qua de re multa his etiam temporibus disputata sunt." Hactenus cl. Morell. *Andres* autem laudatus paullo vberius de illo codice et numerorum notis in epistola III. in qua multa notatu digna de bibliotheca Marciana narrat fratri suo, disserit in libro docto: *Don Juan Andres Reise durch verschiedene Städte Italiens*, in den Iahren 1785. v. 1788. in vertrauten Briefen an seinen Bruder Don Carlos Andres. Aus dem Spanischen veberfetzt von *E. A. Schmidt*, tom. II. Weimar 1792. 8. p. 42. sq. *Harl.*

28. *Problematum Volumen*, memorat *Gesnerus* in bibl. e Volaterrano.

29. *Commentarios in rhetoricam Hermogenis*. id. Planudis ad Hermogenem de Statibus MS. in bibl. caesarea, ad calcem Ioannis Siculi ad Hermogenem περὶ ἰδεῶν. *Fabric.* *Planudis* scholia in Hermogenem, *Mediolani* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 501. *B.* — Rhetoricae prolegomena inedita. *Paris.* in bibl. publ. cod. MMCMXX. nr. 1. in quo etiam sunt nr. 3. *Hermogenis* ars rhetorica, de partitione statuum et quaestionum oratoriarum, adiunctis prolegomenis atque commentariis; nr. 4. eiusd. de formis oratoriis libri IV. adiunctis prolegomm. et commentariis. — *Plan.* rhetorices prolegomena et Hermogenis libri, *Taurini* in cod. reg. LXXVII. v. cat. codd. gr. Taur. p. 171. — An huc etiam pertinent aut ad scripta grammatic. *Plan. notationes variae?* MSS. exstant *Romae* in bibl. Vatic. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 187. *C. Harl.*

30. *In Theophrasti characteres*. Gesnerus.

31. *Eclogam, quomodo adpellentur animalia tum terrestria, tum aquatilia*. id.

32. *Figuras de Sole et Luna*. id.

33. Διάγνωσιν ὑέλιων τοῦ οὔρου. *De colorum in vrinis cognitione, et de sanguine phlebotomiae*, carmine politico ex codice regio DCCCCLVII. vsus est *Cangius* in glossario graeco. Exstat etiam in bibl. caesarea. *Lambec.* V. pag. 218. *Fabr.* Siue pag. 450. Kollar. nr. 9. cod. CCLXIX. inc. τῶν ἀσθενῶν ὑέλια μάθε τρεισκαίδεκα. Hoc autem carmen in codd. caesar. XX. nr. 2. XLII. nr. 2. et XL. nr 5. et alibi tribuitur *Nicephoro Blemmidae.* v. *Lambec.* VI. part. 2. p. 250. 355. et 359. nr. 2. add. supra ad vol. VII. p. 672. seq. infra vol. XII. p. 779. et indic. ad nostram bibl. gr. voc. *Nicephorus Blemmidas.* — *Planudae* tamen adscribitur prius carmen, et vocatur de vrinis omnium morborum humanorum, *Monac.* in codd. Bauar. LXX. et LXXII. addito de sanguine phlebotomiae: inscr. *de coloribus vrinae in omnibus hominum morbis*: v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 4. pag. 25. et 35. — *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossian. *Planudis* aliquid de vrinis: v. cat. bibl. Leid. p. 402. nr. 18. in cat. autem MSS. Angl. II. nr. 2301. inter codd. Vossian. inscribitur: *Max. Plan. prognostica de vrinis.* — Diiudicatio vitrearum vrinarum et de coloribus ac sedimentis earumdem, in catal. MSS. Zenonis Pistoriens. v. *Lamii* Delicias erudit. a. 1743. p. 107. — *Mosquae* in cod. synod. CCCXCIX. nr. 57. *Plan.* περὶ πάντων τῶν αἱμάτων τῆς φλεβοτομίας· init. μάθε καὶ τὰ αἵματα. v. *Matthaei* not. cit. p. 259. *Harl.*

34. *Aristotelem de Plantis* ex lingua Punica, (imo ex Latino, interprete [t]) Galli, nescio cuius, qui ex Arabico verterat,) in graecam retraxisse Planudem, notat Simlerus.

35. *Aenigma* MS. in bibl. caesarea, incip. ἐρήμην ποτὲ δικασθείς. *Fabr.* in cod. CCXCVI. nr. 5. V. *Lambec.* V. p. 544. Koll. add. ad nr. 21. *Harl.*

36. *Ada-*

[t]) Vide, quae notavi lib. III. cap. 5. §. 19. [vol. III. p. 244.]

36. *Adagiorum Centuriae tres*, saepe a *Nic. Comneno* citantur.

37. *Additiones ad bibliothecam Photii.* id. p. 16. 21. etc.

38. *Phylologia de historia Dictyos et Troico bello.* id. p. 387. praenot. mystagog.

[Βασιλικὸς, in cod. *Mosquensi* synod. CCCII. nr. 81. inc. πολλάκις μοι λογίσασθαι· vid. *Matthaei* Notit. cit. p. 199. — ibid. p. 252. in cod. CCCXCIV. nr. 14. incip. opusc. quoddam Planudae, ἐρωτητέον πρότερον. *Harl.*]

[Τεχνολογίαι καὶ μερισμοὶ — *Technologiae et particulares quaedam expositiones in Philostrati imagines:* incip. Τὸ ἀσπάζεσθαι καὶ τὸ φιλεῖν etc. *Florent.* in cod. Laurent. VII. nr. 6. plut. 55. sine nomine quidem auctoris; quod tamen adnotante *Bandin.* in cat. cit. II. p. 246. Fabric. (supra, vol. V. p. 550. §. V.) Max. Planudae adtribuere videtur. — Ibid. in eod. cod. nr. 8. *Philostrati Heroica*, translata ab Italorum dialecto in graecam linguam a *Max. Planude*, in dialogi formam: interloquuntur autem Vinitor et Phoenix, cum scholiis quibusd. et glossis interlinearibus. v. *Bandin.* l. c. p. 247. et supra vol. V. p. 543. et p. 546. seq. et 549. seq. de editt. Venet. ap. Ald. 1503. 1522. Florent. ap. Iuntas; Ven. 1550. 8. vbi et in ed. Morell. p. 631 - 729. atque in ed. Olear. p. 660. sqq. ille dialogus prodiit. — *Romae* in bibl. Vaticanae cod. *Plan.* in Philostratum. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 8. C. *Harl.*]

[*Excerpta e Theonis enarratione in Arati phaenomena, digesta a Max. Planude, Florent.* in cod. Laurent. XLIV. nr. 5. plut. 28. v. *Bandin.* in cat. cit. II. p. 67. qui adnotat, eadem esse cum scholiis ad Arati phaenomena, auctoris nomine destitutis, in cod. Laur. XXXVII. nr. 4. plut. 28. ap. *Bandin.* l. c. p. 63. *Harl.*]

MARGVNIVS, Cretensis, saeculo XVI. vergente celeber, et Romae, Venetiis, Pisis, Pataiii [vbi, circiter XXV. annos natus, per quatuor annos philosophiam et linguam lat. didicit,] sed et Parisiis et CPoli versatus: primumque *Manuelis* vsus nomine, neque a probandis *Latinorum dogmatis* m) alienus: [?] deinde acris illorum aduersarius, et ex quo Cythe-

m) Constat hoc ex Manuelis Margunii epistola, data Patauii 1573. ad Gabrielem Philadelphiensem, quam graece et latine vulgauit vir illustris *Scipio Maffeius* in epistola ad reu. abbatem, Bacchinum tom. XXVI. Diarii Venetii (Giornale de letterati d'Italia) pag. 125. [Eam repetiit *Lamius* in deliciis etc. a. 1740. p. 4. sqq. gr. et pag. 122. lat. cum notis.] Ab eodem eruditissimo viro didici, eundem esse Manuelem et Maximum Margunium, qui ex more Graecorum, quando ad episcopatum euehuntur, nomen suum alio nomine, quod ab eadem littera incipit, permutantium, pro Manuele Maximus dici voluit. Ad Manuelem Margunium, [Martini Crusii epistola pag. 527. Turco-Graeciae. [v. supra, vol. VIII. p. 98.] A Cangio, accuratissimo viro, perperam traditur Margunius vixisse a. 1500. et a Maximo, Cytherensi episcopo, qui a. 1600. scripserit, distinguitur. *Fabr.* Plura de *Margunio* dici possunt; sed otium nobis fecit *Lamius*, qui in Deliciis

Cytherorum in insula Cypro [immo potius, Cytherorum, insulae Maleae adiacentis, vt ex eius epitaphio Lamius p. 30. a. tom. I. 1739. contra Fabric. docuit,] episcopatum post a. 1574. suscepit, *Maximi Margunii* nomine notior, varia scripsit graeco, graeco-barbaro et latino sermone, quae prout mihi innotuerunt, hic commemorabo.

1) *Latine* vertit, nondum episcopus, Ioannis Cantacuzeni Panegyricum in S. Basilium. Meminit *Nic. Comnenus* p. 399.

2) *Graecobarbaro sermone vitas Sanctorum* ex Graecorum Synaxariis metaphrastisque et aliorum laudationibus. Venetiis apud Anton. Pinellum 1621. 1630. 4.

Notae Margunii ad Metaphrastae vitas, citantur a *Nic. Comneno* p. 14. 25. etc. qui etiam Νέον eius λειμωνάριον citat p. 37.

3) *Canones apostolorum, conciliorum et patrum, cum scholiis* id. p. 10. 16. et passim.

4) *Ioannis Climaci scalam* scholiis illustratam, Venet. 1590. 4.

5) Scripsit praeterea *Antirrheticos II. contra Andream Colossensem pro Marco Ephesio.* Antirrheticum secundum laudat *Nic. Comnenus Papadopoli* pag. 253. praenotionum mystagogicarum, quo in toto opere multus est in Margunio oppugnando et exagitando, defendendisque contra eius obiectiones Latinis.

6) *Li-*

ciis eruditor. vol. IV. et V. siue in praefat. in tom. I. a. 1739. edit. pag. XXIV. sqq. de aetate scriptisque Margunii copiose disseruit et in praefat. ad tom. a. 1740. editum pag. XXX. sqq. quaedam retractauit et curatius exposuit atque illustrauit. priore loco p. XXVI. corrigit Fabricium nostrum, quod scripsisset, Margunium post a. 1574. Cytherorum episcopum sedisse, quum post 1584. h. e. sequenti, dicere debuisset; idemque notat *Iac. Bruckerum*, in diss. epistol. de meritis in rem litterariam, praecipue graecam, Dauid. Hoeschelii, Fabricii vestigiis insistentem. Ex ipsius Margunii epistolis docet *Lamius*, eum a. 1575. nondum monachi habitum induisse; at a. 1578. iam fuisse monachum; intra annos igitur 1573. et 1578. monachum professum esse; anno autem 1585. fuisse Cytherorum episcopum. Hinc etiam erroris arguit *Nicol. Comnenum Papadopulum*, in Historia Gymnasii Patauini (tom. II. libr. II. cap. 38. p. 264. sq.). scribentem, Maximum nostrum a. 1539. Cytherorum episcopum creatum fuisse. Tum de vrbibus, in quibus commoratus est, agit. Obiit Margunius in patria Creta, quo senex secesserat, a. 1602. prope octogenarius, conditusque in templo Deiparae Trimartyros, vbi eius tumulus sex versibus iambicis, quos Lamius reddidit cum versione latina, notabatur. Vir fuit graece et lat. doctus prosa et versu valens, scripturae sacrae et historiae ecclesiasticae peritus. v. supra, Procopium de eo. Ego vero, quae iam scripseram in supplem. ad Introduct. etc. tom. II. pag. 260. sqq. vbi quoque locum longum de Margunio aliisque ex *Villoisonii* epistola, mihi quondam missa, excerptum dedi, nolo hic repetere. Pauca de eo narrarunt *Bayle* in dictionaire histor. et crit. tom. III. pag. 327. ed. 1740. voc. *Margunius* (*Maximus,*) (vbi tradit, Marg. mortuum esse Venetiis sub fin. mensis Iunii 1602. citatque *Velserum*, epist. XX. ad Scaligerum,) atque *Saxius* in Onom. lit. part. IV. p. 22. sq. ad a. 1589. quo is praesertim tempore clarus fuisse videtur. *Harl.*

6) *Libellum de traditionibus ecclesiae*, quem eleganter scriptum a iuuene [forte quum Patauii primum esset, tunc temporis annos XXV. circiter natus, suspicante *Lamio*, p. XXVII. tomi a. 1739. editi. *Harl.*] citat idem p. 27.

7) *De ecclesiasticis dogmatibus.* Idem *Comnenus* p. 42.

8) *Dialogus Graeci cum Latino de processione Spiritus S.* editus Londini 1624. 4. cum aliis aliorum scriptis, de quibus infra p. 784. Oppugnat *Allatius* de consensu pag. 589. 600. 608. 611. 620. seq. etc. et in libro, quem vulgari Graecorum sermone de processione Spiritus S. composuit p. 252. vbi negat, esse Margunii, et in libro contra Creyghtonum pag. 194. *Auctor schismaticus dialogi de processione Spiritus S. et aliis Latinorum erroribus, typis Londinensibus sub nomine Maximi Margunii editus est. Scriptoris nomen incompertum latet in MStis adeo antiquo charactere exaratis, vt aetate ipsa Margunii multo vetustior sit, cui ipse Margunius epistolam* Venetiis a. 1587. datam *praefixit, qua delusi typothetae dialogum vniuersum Margunio suppofuere.* Adde Allatium p. 369. *Fabr.* *Augustae Vindel.* in bibl. publ. cod. *Max. Margunii* de processione Spir. S. ad Dau. Hoeschel. v. *Reiser.* ind. MSS. illius bibl. p. 41. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CL. dialogus inter Latinum et Graecum de processione Spiritus S., de azymis, aliisque capitibus, inter vtrumque controuersis; inc. Λατῖνος. Διὰ τί ἀποσχίζετε ἀφ' ἡμῶν, καὶ ȣ̓ συγκοινωνεῖτε ȣ̓δαμῶς, cuius nulla fit mentio in cat. codd. gr. Marc. p. 83. seq. de isto codice: at cel. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. I. p. 89. eum memorans, „Schismatici, ait, auctoris opus, velut Maximi Margunii, quod vel codex hic vnus falsum ostendit, a. 1624. Londini typis prodiit, cum Gennadii Scholarii aduersus Latinos syntagmate. *Barlaamo Calabro* Allatius adiudicat in Confutatione fabulae de Ioanna papissa p. 47. qui saepe et eum refutat locis a Fabricio, (nostro loco,) adlatis." — *Mosquae* in cod. synod. CCCXLIII. nr. 4. exstant Maximi Margunii ἕτερα βιβλία δύο πρὸς τοῖς τρισὶ, περὶ τῆς τȣ̃ παναγίȣ πνεύματος ἐκπορεύσεως, τῷ θεοσεβεστάτῳ — Ἰωάννῃ Πέτρῳ βοηθῷ πάσης Οὐγγροβλαχίας· inc. τὸ τῆς θεολογίας μέγα. Scriptus est hic libellus a Max. Margunio, vt fol. 31. in fine epistolae traditur, ἐκ τῆς σεβασμίας μονῆς, τῆς χρυσοπηγῆς, τȣ̃ Γαλατᾶ, τῆς Κωνσταντινȣπόλεως, θαργηλιῶνος πέμπτῃ ἐπὶ δέκα, ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκȣ οἰκονομίας αφπδ. (1584.) animaduertente *Matthaei* in Not. codd. gr. Mosquens. p. 249. De Margunii doctrina ipsa conf. *Lamium* in Deliciis a. 1739. p. XXIV. et XXIX. atque a. 1740. p. XXX. et XXXIII. seq. praefat. et in posteriore tomo p. 117. et saepius in notis. *Harl.*

9) *Disputationem contra Georgium Metochitam.* Nic. Comnenus pag. 232.

10) *Adagia antiqua* id. p. 55.

11) *Synodicam historiam.* id. p. 302.

[P] 12) *Hymni Anacreontici nouem*, quos graece ediderat *Dauid Hoeschelius* Lugd. Bat. 1592. 8. Graece et latine leguntur in corpore poëtarum graecorum tragicorum, comicorum

corum et lyricorum, Geneu. 1614. fol. tom. II. pag. 139.-208. *Fabr.* Ab *Hoeschelio* Lugd. Bat. 1592. illos hymnos editos fuisse, negatur in *Baumgartenii* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. VII. vbi p. 502. seq. recensetur editio, inscripta: Μαξίμε —. *Maximi Margunii*, episcopi Cytherorum, Hymni Anacreontici. Cum interpretatione latina *Conradi Rittershusii*. Augustae ex offic. typogr. Io. Praetorii. a. 1601. 8. cum praefat. Rittershusii ad Dau. Hoeschel. Atque in *Reiseri* indic. MSS. bibl. August. p. 136. illa tantum Rittershusii editio, at cum nota a. 1603. nominatur. Sed exemplar in cat. bibl. Pinellianae tom. II. nr. 4455. habet quoque notam a. 1601. in 12. — A *Lamio* l. c. p. XXXIV. ex Comneno etiam citantur: *Margunii Hymni Anacreontici* LX. praeter editos ab Hoeschelio, (vt ait,) aliaque poemata iambica et heroica: item *liber aduersus Iesuitas; — liber aduersus Franciscanos; — liber de moribus barbarorum, et orientalis ecclesiae orthodoxia; —* atque *Epicrises seu iudicia in Nomocanones. — Marg.* tria carmina, subiuncta sunt S. Gregorii Nazianz. Arcanis ab Hoeschel. ed. Lugd. Bat. 1598. 8. et tertium s. metaphrasin Psalmi CXXXII. Fabric. infra in vol. XIII. p. 543. seq. cum versione Henr. L. B. ab Heiiel lat. metrica recudi fecit. add. p. 538. sqq. *Harl.*

13) *Sermones Quadragesimales. Fabr. Lamius* l. c. p. XXXIV. hos Sermones quadragesimales arbitratur, eosdem esse, cum *Homiliis* multis vernacula lingua graeca scriptis, habitisque in Creta et Constantinopoli, a Comneno memoratis. *Harl.*

14) *Variae epistolae*, graece a Margunio scriptae, sunt vulgatae *ab Hoeschelio* variis in locis, *) vt ante bibliothecam Photii, et cum Nic. Cabasilae oratione contra foeneratores: et ante Gregorii Nysseni opuscula quinque: nec non ab *Henrico Sauilio* in notis ad Chrysostomum tom. VIII. p. 114. Alias XVI. epistolas seruat *Scipio Maffeius*, a quo iam notaui editam illius vnam, datam ad Gabrielem Philadelphiensem. *Fabr. Lamius* l. c. p. XXX. seq. inter Margunii epistolas XVI. quarum, ait, XIII. nunc edimus: Eae scriptae sunt *Gabrieli Seuero*, archiepiscopo Philadelphiae I. *Hadriano Spetrae* nr. 2. *Meletio Blasto* nr. 3-13. *Philippo Siminelo*, nr. 14. *Ieremiae II. patriarchae CPolitano* est nr. 15. Eidem et synodo CPolitanae, nr. 16. Tum, *epistolae* inquit, XIX. comprehensis etiam epistola vna *Gabrielis Seueri*, et altera *Dionysii Cateliani* monachi, qui post Margunium Cytherorum episcopus fuisse videtur, et *Hippolyti* episcopi alia, ad Margunium, quae apud me MSS. exstant, olim publici iuris faciendae. Eae scriptae sunt omnes *Gabrieli Seuero*, hieromonacho, sex; Archiepiscopo Philadelphiae, aliae decem." — Tum laudat operam *Scipionis Maffei*, quem Roma redeuntem et Florent. pertranseuntem, praedicat, codicem MS. epistolarum graecarum, a neotericis Graecis scriptarum, sibi adtulisse, cui et XIX. *Margunii* epistolae insertae erant. Atque tredecim priores Lamius in eodem tomo pag. 292-318. graece in lucem protulit. In praefat. denique p. XXXVII. seq. commemorat, quae Margunius Hoeschelio aliisque viris doctis graeca sua aliorumque monumenta suppeditauit. In tomo autem Deliciarum etc. a. 1740. edito, et continente *Max. Margunii, Dionysii Cateliani, Antonii Eparchi* et *Arsenii Monembasiensis epistolas*, ceteras, quae apud ipsum erant, *Margunii* et

*) V. infra vol. XIII. p. 538. sqq. *Harl.*

et aliorum ad illum scriptas epistolas gr. edidit, partim ex cod. memorato, partim a pag. 24. ex alio, sibi quoque a Maffeio commodato, sed posteriores ita digessit, vt ratio temporis haberetur. Illa iusta aetatis epistolarum series in omnibus distinctius seruata est, in interpretatione latina, a Philippo Elmio facta, et p. 113. sqq. subiuncta, cum *Elmii*, praecipue *Io. Lamii* scholiis interdum longis et criticis et vero litterariis atque historicis. In praefat. cum duo codices, ex quibus descriptae sunt epistolae, vberius recensuit, tum de ipso Margunio passim locis p. XXXIII. praef. citatis plura dixit. — *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 491. *A.* ex Maffei Verona illustrata memorat Maffei cod. epistolarum recentiorum Graecorum, in his vnam Margunii non publicatam: sed v. *Lamium* l. c. p. XXII. — *Margunii* epistola edita est in cat. codd. gr. Taurin. vt mox videbimus. De edit. quarumdam Margun. epp. v. supra ad vol. VIII. p. 98. add. infra vol. XIII. p. 538. sqq. *Harl.*

15. *Epigrammata varia,* et quod Danielis Furlani commentario in Aristotelem de partibus animalium praemittitur, et cuius initium apud Crusium pag. 538. Turco-Graeciae. *Fabr.* *Maximi Margunii* epigramma in librum quemdam, et *Meletii Blasti* epigr. in coecum quemdam *Lamius* in praef. ad Delic. erudit. a. 1740. p. XX. ex cod. Maffei. gr. in lucem protulit. *Harl.*

[16. *Laurentii,* ex ordine fratrum Cappucinorum, de sacris mysticis numeris in S. scriptura occurrentibus disquisitio, quam *Max. Margunius* hortatu Gabrielis Seueri ex latina in graecam linguam transtulit, *Taurin.* in cod. regio CCXCI. v. cat. codd. gr. Taur. p. 386. sq. vbi *Margunii epist.* ad Gabriel Seuerum praefixa, et Venetiis d. 16. Febr. 1586. scripta, gr. et lat. in lucem prodiit. *Harl.*]

[17. *Enchiridion*, *Venetiis* in bibl. Procuratoris Iustiniani, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 483. *C.* et in cod. *Harleiano.* v. supra ad vol. IX. p. 679. *Harl.*]

Maximus e Callipoli Peloponnesiacus hieromonachus (a Margunio vtique diuersus atque adeo distinguendus) in gratiam Cornelii Hagae, *) Belgici ad Turcarum imperatorem legati

*) Confer *Rich. Simon* lib. II. hist. critic. N. T. cap. 20. *Fabr.* Prior ed. 1638. 4. curatius recensetur, et Langii error de inscriptione castigatur in *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürd. Büchern, tom. VIII. pag. 1. sq. et contra *Frid. Gotth. Freytag* in Analectis litterar. de libris rarioribus p. 958. aliosque *Io. Mich. Langii* in philologiae barbaro-gr. part. I. in meletemate de origine, progressu et variis fatis L. Gr. §. XXII. iudicium probatur, id N. T. non Geneuae, sed *Lugduni Batau.* ex officina prodiisse Elzeuiriana: posterior autem ed. Londini 1703. 12. in *Baumgartenii* Nachricht. von einer Hallischen Biblioth. tom. III. p. 474. sqq. et caussae, cur ed. illa sit combusta, referuntur, atque *Io. Georg. Schelhorn* diss. prima de libris, publica auctoritate combustis, in eius Amoenitatibus litterar. tom. VIII. §. 11. p. 488. sq. citatur. Add. supra, vol. IV. pag. 854. et pag. 868. vbi tamen nomen *Margunii* est delendum, vti iam in supplem. ad Introd. II. p. 267. in nota animaduerti. *Harl.*

legati *graeco-barbaro sermone* transtulit *Nouum Testamentum*, editum cum Lucaris praef. graecis ex aduerso positis Geneu. 1638. 4. typis maioribus nitidisque. Deinde illa versio interpolata a *Seraphino* hieromonacho Mytilenensi prodiit Lond. 1703. 12. qua me ipse donauit, quum Hamburgi versaretur. Hanc 1704. post anathema Vulcano traditam in medio aulae patriarchae CPolitani narrat *Alexander Helladius* de statu praesenti ecclesiae graecae cap. XV. pag. 247. qui Margunii interpretationem reprehendit pag. 292. seq. nec minus pag. 322. seq. inuehitur in editionem Hallensem 1710. 12. (repetitam in Nouo Test. quadrilingui Christiani Reineccii, Lips. 1713. fol.) quam recensuit *Anastasius*, Macedo Nausensis, cum notulis et interpolationibus Itali hominis *Liberii Colleti*, licet Athenienseni se venditet. Specimen nouae versionis suae exhibet Helladius p. 302. *Fabr.* Plura in hanc sententiam et de hoc Maximo *Villoison* in epist. ad me quondam data scripserat, et ego locum, huc pertinentem, longiorem, quam vt eum h. l. repeterem, exscribendum feci et in nota quaedam obseruaui, in supplem. ad Introduct. in hist. L. Gr. II. p. 266. *Harl.*

Maximi Mazari, monachi, canones alphabetici ex codice Colbertino MMMMCCCXLIII. citantur a Cangio. De aliis *Maximis* dixi vol. VIIII. p. 676. seqq. et X. p. 716.

Basilii Megalomitis aenigmata circiter XVIII. MSta seruat. bibl. Bodleiana in codicibus Baroccianis LXXI. et CXI. vna cum aenigmatibus [P] Michaëlis *Pselli* ad Michaelem Ducam, *) nec non *Georgii* cognomento ἀφυὸς et *Euthymii*, quae cum S. Artemii oraculis exstant cod. LXXVI. Habeo et ipse aenigmata *Pselli* scripta versibus politicis, e quibus nonnulla speciminis vice infra adscribam. Aenigmata veterum poëtarum graecorum latinorumque collegit *Conradus Rittershusius* ad calcem Phaedri Lugd. Bat. 1598. 8. Exstat et insignis libellus *Libii Gregorii Gyraldi*, quo aenigmata pleraque antiquorum explicantur, ad Io. Thomam Picum, Mirandulae principem, tom. II. opp. p. 613. vt Nic. Reusneri, Iac. Masenii aliorumque in hoc genere studium omittam. De Symposii et Aldhelmi aenigmatibus dixi in nouo supplemento bibliothecae latinae, vbi etiam a viri docti discessi suspicione, cui sub Symposii aenigmatibus visum est latere memoratum Hieronymi Lactantii symposium. °) Sed ecce tibi tria priora Pselli aenigmata:

Τῶ

*) Conf. supra, vol. X. p. 77. *Harl.*

°) Conf. *Fabric.* bibl. lat. tom. III. pag. 253. ed. Ernesti, inprimis *Io. Christi. Wernsdorf* in Poetis latinis minor. tomi VI. part. prior. vbi in prooemio ad Symposii aenigmata pag. 410. sqq. virorum doctorum in vtramque partem disputantium iudicia de auctore vberius exposuit, Fabricio nostro p. 426. adsentitur, et p. 473. sqq. sub *Caelii Symposii* nomine aenigmata centum et vnum edidit doctisque illustrauit animaduersionibus. *Harl.*

Τοῦ σοφωτάτου ΨΕΛΛΟΥ πρὸς τὸν βασιλέα
ΜΙΧΑΗΛ τὸν ΔΟΥΚΑΝ αἰνίγματα.
στίχοι πολιτικοὶ ἡρωελεγεῖοι ἰαμβικοί.
νοῦς ἢ ἄγγελος.

Ἔστι τι ζῶον λογικὸν, δέσποτα στεφηφόρε,
Ὁρῶν οὐκ ἔχον ὀφθαλμοὺς, ἐκτὸς ποδῶν βαδίζον,
Ἐστερημένον κεφαλῆς, ἀκεραῖον τὰς φρένας,
Πνεύμονος ἄτερ καὶ λοβῶν, καρδίας καὶ κοιλίας,
Ἐστερημένον τοῦ παντὸς, τινὸς οὐ λελειμμένον.
Τί τοῦτο; φράσον, λέξον, ἔξειπε, δήλωσον, γράψον,
Ὡς συνετὸς, ὡς νουνεχὴς, ὡς ὑπερφέρων πάντων.

Οὐρανός.

Σφαῖρά τις ὕπερθεν τῆς γῆς πετάλοις σκεπομένη
Ὕπτιος ὑπανάκειται ὕδατος πεπλησμένη,
Καιρῷ προσφόρῳ λάμπουσα, πάλιν μαραινομένη,
Ἀλέαν ἀποτίκτουσα, σβεννύουσα τὴν ζέσιν.
Τοῖς εὐπαθοῦσι πρόφορος, τοῖς δυσπαθοῦσι πλέον.
Νοσήματα γεννητικὴ, λυτήριον τῆς νόσου.
Τίς αὕτη, πορφυρόβλαστε; τῆς λύσεως τίς λόγος;

Ἐνιαυτός.

Εἶδον ἀῤῥήτοις ὄμμασι, δέσποτα στεφηφόρε,
Νέον πρεσβύτην ἐν ταυτῷ τέλειον, λελειμμένον.
[P] Ὑψιπετῆ καὶ χθαμαλὸν, κλονούμενον, ἑδραῖον,
Φωτίζοντα, σκοτίζοντα, τέμνοντα, συνελοῦντα.
Τοὺς μὲν ἐκ γῆς ἀνάγοντα, τοὺς δὲ πρὸς γῆν κρατοῦντα
Καὶ σώζοντα καὶ τῇ φθορᾷ τῆς ὕλης συμπηγνῦντα.

Melanii Cocini excerpta iatrica de febri ardente, ἑρμηνεία πάνυ ὠφέλιμος εἰς τὸν πυρετὸν, γράφεται δὲ οὕτως μετὰ Μελανίου Κοκίνου. Citatur a *Cangio* ex cod. reg. MCCLXI. [conf. infra, vol. XII. p. 781.]

[*Meletius*, patriarcha Alexandrinus. v. fupra, *Alexander Helladius*. *Mofquae* in cod. fynod. CCCXV. funt Meletii illius 1) Enchiridion, incipit ab epiftola, ad Ieremiam,

 patriar-

patriarcham CPolit. scripta 1683. — 2) epist. ad Siluestrum papam, et tria alia opusc. ἀνεπίγραφα· — 3) epist. ad Gabrielem Philadelph. — 4) breuis differt. de grammatica, dialectica, et rhetorica; 5) dialogus orthodoxus, ad Ieremiam patriarch. CPolit. scriptus a Meletio, adhuc hieromonacho. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 206. sq. — Melet. aliam epist. ad Gabrielem graece edidit *Lamius* in Deliciis erudit. a. 1744. p. 150. sq. — et p. 152. *Dionysii Cateliani*, (vti suspicatur Lamius,) epist. ad Meletium, hieromonachum. — De aliis *Meletiis* v. supra, vol. IX. p. 304. sqq. et indic. ad bibl. gr. *Harl.*

Metrophanes Smyrnaeus, Photii aequalis, cuius expositio in epistolam catholicam Iohannis citatur a *Ioanne Vecco* tom. II. Graeciae orthodoxae pag. 605. seq. Epistola ad Manuelem Patricium, qua res in caussa Photiana ab a. 858. ad 870. narrat, latine apud *Baron.* ad a. 870. n. 453. et graece ac latine tom. VIII. concil. Labbei pag. 1385. et tom. V. Harduin. pag. 1111. Primus vtraque lingua cum actis concilii CPol. IV. a. 870. habiti ediderat *Matthaeus Raderus* Ingolstad. 1604. 4. Photiana quaedam huic tribui Metrophani, notat *Allatius* de consensu pag. 575. libr. II. c. 6. nr. 4. *Fabr.* Conf. supra, vol. VIII. p. 34. et in hoc vol. p. 81. infra, vol. XI. p. 539. ed. vet. *Cauei* Hist. litt. SS. eccl. II. p. 51. ad a. 858. *Oudin.* comm. de SS. eccl. II. col. 231. sq. ad a. 860. Hi praeter ea adnotant, *Antonium Posseuinum* p. 81. ad calcem *Adparatus sacri* testari, in cod. CCXVI. gr. biblioth. quondam Heidelberg. Palatinae, *) nunc Vatic. exstare sub eiusdem Metrophanis Smyrnensis archiepiscopi nomine libros quatuor gr. inscriptos:

1. *De recens exorta Manichaeorum haeresi, breuis et luculenta narratio:*

2. *Ex eiusdem diuersis contra eosd. Manichaeos homiliis excerpta:*

3. *Contra Manichaeorum recens prognatum errorem, secunda editio ad Antonium, metropolitam Cyzicenum.*

4. *Liber de Spiritus S. Mystagogia, et quod, quemadmodum Filius e solo Patre genitus dicitur sacris oraculis; sic etiam Spiritus S. ex eadem caussa theologica procedere dicatur, quia consubstantialis illi sit, et per eum mittatur.* Sed Oudinus docet, illorum librorum inscriptionem Metrophani, qui Photii hostis ad mortem vsque mansisset, nec Photium, contra Latinos altercantem, adiuturus fuisset, falsam esse factam, et Photii foetus esse genuinos. Atque *Montfaucon* in bibl. Coislin. p. 349. sqq. ex cod. Coisl. CCLXX. in lucem protulit *Photii*, (cuius nomen praefixum est,) *narrationem in epitome de Manichaeis repullulantibus*, gr. cum versione lat. et contulit cod. Colbertin. CCCCXLIV. (in cat. bibl. publ. Paris. vol. II. cod. MCCXXVIII. nr. 3. in quo cod. etiam est sub *Photii* nomine liber de Spiritu S. disciplina arcana, s. mystagogia.) Sub *Metrophanis* nomine est fragm. *de processione Spir. S. a solo patre, Vindobon.* in cod. caes. CCXLIX. nr. 8. teste *Nesselio* in cat. MSS. caes. part. I. p. 353.

*) Conf. *Frid. Sylburgii* catal. MSSt. gr. in bibl. Palatina electorali, in Monumentis pietatis et literariis virorum in re publ. et literaria illustrium selectis. Francof. ad M. 1701. 4. part. I. p. 63. sq.

p. 353. — et in cod. bibl. canonicor. regular. *Bononiae Metrophanis in Spiritum S.* sec. *Montfauc.* in Bibl. bibliothecar. MSS. p. 432. *B.* — *Metrophanis* Smyrnensis *expositio fidei*, *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCLXXXVII. nr. 7. — Idem dicitur ab *Allatio* de libris eccles. p. 67. auctor esse *Canonum Triadicorum*, qui reperiuntur *Venet.* in cod. Marc. XIV. teste cl. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. tom. I. p. 28. — Loca *Metrophanis* adferuntur in Marci monachi collect. locorum contra Barlaam et Acindynum, in cod. *Coisl.* CCLXXXVIII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 404. sq. *Harl.*

Metrophanes Ephesius metropolita a Nic. Comneno citatur. De *Metrophane Critopulo* supra p. 498. seq. ed. vet. (ed. nou. p. 597. sq.) *Metrophanes* CPolitani episcopi tres, de quibus vol. VI. p. 760. *Fabr.* Sed ego in vol. VIII. (vbi v. not. p. 101.) omisi catalogum patriarcharum CPolitan. ad quem hic prouocauit Fabric. Ibi autem numerauerat *Metrophanem* ab an. 307-317. *Metrophanem Cyzicenum* a. 1439-1445. et *Metrophanem Caesareae metropol.* post a. 1560. ac 1581. inter patriarchas CPolit. *Harl.*

[*Metrophanes Rhodi* metropolita, scripsit, *epistolam* ad Hilarionem, in cod. bibl. publ. *Paris.* MMDCCLXXXI. nr. 4. *Harl.*]

[*Metrophanes* hieromonachus, scripsit epistolas ad Gabrielem Philadelphens. quas publici iuris fecit *Lamius* in Deliciis erudit. 1744. p. 75. 119. 121. et *Theophanes*, ad eum, ibid. p. 179. 181. — atque ibid. p. 200. sqq. edita est *Metrophanis* ἀρχιερέως Μονεμβασίας παράκλησις πρὸς τὸν λαόν. *Harl.*]

[*Michael Andreopulus*; de quo v. supra in hoc vol. p. 343. *Harl.*]

[*Michaelis*, metropolitae *Atheniensis*, Protheoria; inc. Φιλολόγος ὁ τȣ̃ βιβλίȣ· — eiusdem epistolae quinque iterumque aliae; — oratio habita Athenis, inc. τὸν μὲν δὴ προσήκοντα; — catechesis prima. init. τὰς τά· — eiusdem vt videtur ex mentione Adyephi, cuius in superioribus epistolis meminerat, lamentatio demortui Adyephi: init. ἀκέφαλος· — *Michaelis Anchiali* oratio in imperat. Manuel. Comnenum inc. ἄρα ὁ μὲν ὄρνις ὁ ἀετός· quae omnia cum multis aliis exstant in bibl. *Bodlei.* cod. Barocc. CXXXI. *Harl.*]

[*Michaelis diaconi*, magnae ecclesiae Referendarii, narratio miraculi, facti per imaginem Soteros, Beryti: inc. οὐρανȣ̃ μὲν κόσμος ἀστέρων· ibid. in cod. Barocc. CXCVI. *Harl.*]

[*Michaelis Lygizi* ἐξήγησις κατὰ πλάτος εἰς τὸν Θȣκυδίδην κατὰ λέξιν καὶ κατὰ νȣ̃ν, παρὰ τȣ̃ ἐντίμȣ κυρίȣ Γεωργίȣ τȣ̃ Βερκικίȣ· *Dublin.* in cod. collegii S. Trinitatis DCXLVIII. s. nr. 788. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. part. 2. *Harl.*]

[*Michael Oxita*, patriarcha CPolit., cuius institutio de ieiunio, sexta die seruari solito, exstat *Paris.* in bibl. publ. cod. MDCX. nr. 4. (v. adpend. ad cat. MSS. Paris. regg. II. p. 622.) et *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1031. D. vbi inter codd. bibl. *Paris.* dicitur *Catechesis.* *Harl.*]

[*Michael* παραστάτης· eius epistolas ad Georgium Corinthium Cometam e cod. gr. eruit *Lamius* in Delic. erudit. a. 1744. p. 161. sq. et p. 163. sqq. — Ibid. p. 188. sqq. edita est Theophanis epistola, scripta Μιχαήλῳ ἢ Ἑρμοδώρῳ τῷ λησάρχῳ· et p. 195. epist. ad *Michaëlem Sophianum*, de quo v. quoque supra, vol. VIII. p. 90. cuius epigramma Crusius commemorat. — Eiusd. *Michaëlis Sophiani* in Topica Aristotelis; epistolae in laudem ipsius, et epigrammata varia sunt *Mediolani* in cod. bibl. Ambrosianae: v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 502. *B. Harl.*]

[*Michaëlis Thessalonicensis*, magistri rhetorum, doctoris euangeliorum, et magnae ecclesiae CPolitanae Protoecdici, *Confessio*, quam morti proximus edidit, circa ea, in quibus errauerat, et ob quae fuerat depositus, *Paris.* in bibl. publ. cod. CCXXVIII. nr. 5. — *Michael*, nomophylax Chumnus, olim metropolita Thessalonicensis, de gradibus cognationis; ibid. in cod. MCCCLV. nr. 30. et cod. MCCCLXXII. nr. 31. quod opus ab eo quod exstat in Iure graeco-romano *Leunclauii* et *Marquardi Freheri* tom. I. p. 478. siue ed. Leuncl. libr. VIII. p. 519. diuersum esse dicitur in cat. MSS. *Paris.* regg. II. p. 310. — De *Mich. Thessalonicensi* v. *Cauei* Hist. litter. SS. eccl. II. p. 235. ad a. 1160. vbi eius *Confessio* breuis exstare dicitur apud *Allatium* de Consensu lib. II. cap. 12. §. vlt. et citatur *Montfauc.* Palaeogr. gr. p. 333. — atque Cau. ibid. p. 310. de *Michaële Chumno*, nomophylace, postea metropolita Thessalonicensi, a superiore diuerso, ad a. 1258. vbi Cau. eius opus *de gradibus cognationis* memorat; et verum, ait, *Vindobon.* iurid. XIII. nr. 8. in fine adiuncta est adpendix quaedam de nuptiis prohibitis, quae ita incip. τρεῖς τάξεις εἰσὶν τῶν κεκωλυμένων πρὸς γάμε κοινωνίας. Μία μὲν καὶ πρώτη, ἡ ἐκ τοῦ σωτηριώδους καὶ ἁγίου βαπτίσματος. v. *Nessel.* catal. part. 2. p. 30. (secundum *Lambec.* V. p. 535. ed. Kollar. in cod. caesar. CCCLIII. nr. 5.) *Harl.*]

Michaelis Cortacii λόγος ἐπιδεικτικὸς περὶ τοῦ ἀξιώματος τῆς ἱερωσύνης. Venet. 1642. 4. Alii Michaëles supra pag. 221. seq. (ed. vet. p. 188. sq. hui. ed.)

Modestinus Nomophylax ICtus, Logotheta Dromi, in Chrysobullum Nicephori Botaniatae de incestis nuptiis et sponsalibus citatur a Nic. Comneno p. 394. Eiusdem scholia ad Nouellas Constantini et Leonis p. 371. 402. [v. supra, *Herennius Modestinus.*]

Georgius Moschampar a Io. Vecco oppugnatus. Vide infra, p. 677. [et supra ad Georg. Notar.]

[*Mosis*, abbatis, ad abbatem Poemena, capp. de virtutibus, *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCLXXIII. nr. 11. — capp. septem ascetica ad eumdem, et capp. duodecim de virtutibus, ibid. in cod. CMXIV. nr. 6. et 7. — eiusd. capp. septem ascetica; — lamentationes; — eiusd. orationes, neminem esse vituperandum; — de submissione animi; — de perpessionibus; — de operatione noui hominis; de vitae solitariae tranquillitate; — de gaudio animi, qui deo obedire incipit, et de septem fratribus, qui Macarium abbatem adierunt, ibid. in cod. CMXVI. nr. 6-14. — In cod. sequenti nr. 4. et 5. eiusd. capp. septem et capita XII. de virtute, et in cod. MDXCVIII. nr. 4. capp. septem. *Harl.*]

Nathanael Canopius, Cyrilli Lucaris syncellus, qui institutiones theologicas Ioannis Caluini graece vertere instituit. Vide *Allatium* de consensu pag. 1020. seq.

Nathanael Chumnus monachus, qui CPoli ante annos 400. vixit. Eius oratio ad Thessalonicenses missa et variae epistolae MSS. in bibl. regis christianiss. e quibus adparet, illum alterum fuisse Iacobum, cui tot aduersa contigerunt, vt dici vix queat. Eius scripta vel ob summam pietatem digna lectu iudicabat *Is. Casaubonus* in Casaubonianis pag. 21. p) De aliis Chumnis, Georgio, Michaële et Nicephoro, infra pag. 670. quibus adde Demetrium Chumnum, Thessalonicensem archiep. [P] cuius exstat epistola ad Barlaamum monachum, Gyracensem episcopum. *Fabr.*

[*Nathanaelis Berti* (*μπέρτε*,) *hieromonachi*, opusc. quod incip. *ἀδελφοί μυ καὶ τέκνα μυ* *Venetiis* in cod. Naniano CIX. nr. 31. v. cat. codd. gr. Nan. p. 217. — Ibid. in cod. CXII. sunt tredecim illius sermones, quos recenset (Mingarellius) in cat. bibl. cit. p. 225. et ex sermone XIII. docet, auctorem floruisse post CPolin a Turcis captam. *Harl.*]

[Quae *Fabricius* h. l. in vetere ed. de nonnullis *Nectariis* scripserat, ea iam supra in vol. IV. p. 310. sq. adtuli, et locupletaui, quibus addantur:

Nectarius, archiepisc. CPolit. ex cuius *oratione* excerpta sunt *Dublini* in cod. collegii S. Trinitat. CCLXXXVIII. s. nr. 428. cat. MSS. Angliae etc. II. part. 2. De *Nectario*, qui ex Catechumeno a. Ch. 381. patriarcha CPolit. electus fuit, et mortuus a. 397. eiusque narratione de S. Theodor. etc. multus est *Ios. Simon. Assemannus* in biblioth. iuris oriental. can. et ciuil. tom. III. *Romae* 1763. 4. cap. 1. p. 2-17. — Add. quae ex epistola *Villoisoni* reddidi in Supplem. ad Introd. in hist. L. Gr. II. p. 278. supra vol. X. p. 335. et in hoc vol. p. 475. atque in lib. Procopii, p. 527. *Harl.*]

[De *Neophyto* monacho, (conf. supra vol. VI. p. 345.) supra in hoc vol. II. p. 544. De *Neophyto Rhodino* quae h. l. narrauerat Fabric. ea supra in hoc vol. p. 340. sq. iis, quae ille de aliis *Neophytis* tradiderat, commodius subiunxi, et plura adieci. *Neophytus Philaretas*, metropolita Hadrianopolis, nominatur in codd. *Mosquens.* synod. CCCLIV. et CCCLV. v. *Matthaei* Not. cit. p. 232. et 234. add. supra, vol. VIII. p. 94. *Harl.*]

[*Nephonis*, qui sanctus vocatur, *μερικὰ κεφάλαια*, in cod. *Mosquens.* synod. CCCXXVII. et in cod. CX. laudatur *Nephon*, patriarcha oecumenicus. v. *Matthaei* l. c. p. 216. et 67. *Harl.*]

[*Nica-*

p) *Nathan.* opuscula philosophica et theologica, *Mediol.* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 502. *D.* et 528. *D.* Add. supra, vol. I. pag. 703. — In cod. *Mosquensi* synod. XIII. inter eos, qui subscripserunt synodo octauae, nominatur *Nathanael*, *metropolita Rhodi et insularum Cyclad.* v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 31. *Harl.*

[*Nicasius*, diaconus, monachus Pantocratorita, Emmanuelis Comneni tempor. aequalis, remque aetate sua gestam consignauit. Composuit *Demetrii Thessalonicensis* translationis historiam, quae cum *Diogenis Paramonacii*, Nobilis Lacedaem. exsodalis collegii Graecorum S. Athanasii de vrbe, theol. doctoris, Graeciae proconsulis, latina versione exstat *Matriti* in cod. reg. XI. quem copiose recenset *Iriart.* in cat. codd. graec. Matrit. p. 28. sqq. *Harl.*]

Nicaeus ICtus nomophylax in explicatione Nouellarum citatur ab eodem *Comneno* p. 371.

[*Nicephori*, hierodiaconi, epistolae II. ad Gabriel. Seuerum, gr. editae sunt a *Lamio* in Deliciis eruditor. a. 1744. p. 31. sqq. vbi adpellatur ὁ παρέσχης, et p. 95. sqq. vbi cognominatur ὁ χαρτοφύλαξ. *Harl.*]

[*Nicephori* τοῦ ἐνὸς (sic) in iuuenem philosophum (mortuum) *Florentiae* in cod. Laurent. X. nr. 59. plut. 5. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 28. De multis aliis *Nicephoris* v. indic. ad nostram bibl. gr. *Harl.*]

[*Nicetas* philosophus in Daphin, in cod. Laurent. cit. nr. 70. v. *Bandin.* l. cit. et *Kollar.* notas ad Lambec. IV. p. 84. VIII. p. 782. et 783. ac supra, vol. VII. p. 757. vbi a p. 746. multi *Nicetae* enumerantur, at de *Niceta* Byzantino adde, quae *Villoison.* in Anecd. gr. p. 253. de cod. Veneto bibl. Marc. adnotauit; et *Nicetae* Byzant. philosophi *capita:* init. ποικίλη μὲν καὶ πολυσχιδὴς, in cod. *Mosquensi* synod. CCCLV. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 235. nr. 10. *Harl.*]

[*Nicolaus*, Andidorum episcopus: eius expositio mysteriorum missae, ad Basilium, Phytiae episcopum, inedita. *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLXIII. nr. 1. incipit: πολλοὶ τῶν ἱεράσθαι ἠξιωμένων· et in cod. MCCCLVI. nr. 18. *Harl.*]

[*Nicolai Hydruntini* dialogus cum Iudaeo: v. supra, vol. VI. p. 749. nr. 65. in cod. autem bibl. publ. *Paris.* MCCLV. nr. 1. sec. cat. MSS. Paris. regg. vol. II. — et ibid. in cod. MCCCLXXI. nr. 9. eiusd. ad orientales epistola, qua nonnullis quaestionibus, ipsi propositis, respondet. — *Mosquae* in bibl. synod. cod. CCCLV. nr. 6. est, iudice *Matthaei* in Not. cit. p. 324. *Nic. Hydruntini*, synopsis eorum, quae de processione Spir. S. contra Latinos dicta sunt: inc. ὁμοούσιος καὶ συναΐδιος. Factus quoque est, adnotante eodem, hic libellus latinus, hortante Benedicto cardinali, qui ab Innocentio III. illuc (Mosquam) missus fuerat. Sequuntur in eod. cod. nr. 7. eiusd. *Nicolai* περὶ τῆς θείας κοινωνίας et de azymis: inc. Κοινωνικὸν μὲν ζῶον ὁ ἄνθρωπος, et nr. 8. eiusd. tertium syntagma de Latinorum ieiunio in sabbato: init. ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη. Conf. supra in h. vol. p. 288. (sic corrigendus numerus pag. loco vitiosi 287.] seq. et p. 291. atque a p. 286. magna *Nicolaorum* copia producitur: sed alii sunt praeterea memorandi. *Harl.*]

[*Nicolaus Rhodius*, sacerdos, cuius epistolam ad Gabrielem Philadelph. archiepiscopum edidit *Lamius* gr. in Delic. erudit. a. 1744. p. 72. sqq. — et p. 140. *Nicolai Marini* episto-

epistolam ad eumdem. — nec non p. 8. sqq. *Nicolai Protonotarii Choniatae* duas epist. ac p. 13. sq. *Nicolai Zeberni* epistolam ad eumdem. *Harl.*

[De *Nicolao Secundino* supra p. 294. seq. in h. vol. dictis adde, a cel. *Morellio* in bibl. MSta gr. et lat. I. p. 212. sqq. in lucem primum gr. cum versione lat. prolatam esse *Bessarionis* epistolam ad illum *Nicolaum*; quae Gemisti laudes eximias continet: idem V. D. ibid. p. 215. tradit, oraculum Apollinis de Isthmo Corinthiaco variisque eius perfossionem adgressis ante Nicolaum Perottum latine redditum esse a *Nicolao Sagundino* Euboico, „cuius, ait, interpretationem cum epistola ad Petrum Bembum, senatorem Venetum, qua rem explicat atque enarrat, apud me est in cod. MSto, quo Sagundini varia continentur, ab Apostolo Zeno in Differtatt. Vossian. relato, tom. I. p. 344." — *Oxon.* in cod. Barocc. CXXV. est *Nicolai Secundini* ad Andronicum Callisti epistola. *Harl.*]

[*Nicolaus Scyura* de fabricatione nauis, lingua gr. vulgari, *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. Guil. Laudi XLV. siue nr. 697. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. Permultorum diuersorumque *Nicolaorum* scripta MSS. referuntur in *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. v. indic. *Harl.*]

[De *Pachomio* vid. quae dicta sunt supra ad vol. VI. p. 347. seq. ad vol. IX. p. 312. seq. et in hoc vol. p. 478. seq. add. *Pachomius*, ὁ ἡγέμενος (τῆς μονῆς) τȣ͂ ἁγίȣ Παύλȣ, monachus monasterii S. Paulli, qui subscripsit synodo octauae, *Mosquae* in cod. synod. XIII. v. *Matthaei* Not. cod. gr. Mosq. p. 32. — ibid. p. 160. nr. 5. cod. CCXLVII. *Pachomii* epigrammata in S. Ioannem Iberum: inc. Παχωμίȣ τάδ' ἄζυγος μελίσματα. — De *Pachomio*, Lesbio, laico homine, cognomento *Batista*, qui, expulso Ieremia, a. 1584. solium patriarchicum inuasit, v. *Lamium* in Deliciis erudit. 1740. p. 191. seq. et 198. Diversus est a *Pachomio* Zichnarum metropol. qui patriarcha CPolit. fuit a 1500. *Harl.*]

Palaestrius monachus ab eodem Comneno citatus.

[*Pambo*, abbas Aegyptiacus, de Tropariis s. canticis sacris, in cod. *Vindobon.* caes. XIX. v. *Lambec.* III. p. 89. seq. vbi Kollar. in not. docet, esse apophthegmata, siue doctrinam asceticam *S. Pambonis*, exHerontico fortasse quodam exscriptam. v. supra ad vol. X. p. 302. *Harl.*]

[*Pamphilus*, monachus. Versus heroici X. cum versu XI. qui iambus est, in laudem, vt videntur, martyris, cuius vita subiicitur, *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXVI. nr. 23. plut. 7. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 284. seq. qui versus illos gr. primum in lucem protulit et versionem adiecit latinam: sequitur nr. 24. *Pamphili* monachi, presbyteri S. civitatis, in Sctam *Soteridem* q) encomium. — *Pamphili martyris* expositio capitum Sctorum apostolorum, praemissa illis et epistolis catholicis cum catena patrum eccles. in cod. *Cois-*

q) Bandin. l. c. p. 285. coniicit, esse *S. Soderam*, III. id. Iun. de qua v. Martyrolog. Florentini a. 645. *Harl.*

Coislin. XXV. eamque exſcripſit ac publicauit gr. cum verſione lat. *Montfaucon.* in bibl. Coisl. p. 78. ſeq. *Harl.*]

[¶] *Panaretus*, de quo ſupra in Matthaeo Quaeſtore.

Parthenii patriarchae CPol. fuere plures ſaeculo XVII. vide volum. VI. p. 760. r) Ex his illum, qui a. 1644. et poſt, dignitatem illam geſſit, Caluiniſmo addictum arguit *Allatius* de conſenſu p. 1021. 1061. 1076. 1082. etc. Ante hunc Parthenius a. 1642. decretum ſynodale Cyrilli Lucaris et Caluini dogmatibus aduerſum promulgauerat, de quo ſupra pag. 499. ed. vet. (ed. nou. p. 599. ſqq.)

Patricius Ararſius. Πατρικίȣ Ἀραρσίȣ τȣ̃ μακάρος ἐκ τȣ̃ λόγȣ τȣ̃ ἐπιλεγομένȣ ὠκεανȣ̃, de haereſi Arii fragmentum apud auctorem Synodici a b. D. Ioanne Pappo editi cap. 32.

[*Patricii* philoſophi, monachi, graeca e lingua ſyriaca Iſaaci Syri ſermonum aſceticorum interpretatio, *Pariſ.* in bibl. publ. codd. DCCCLXXIV. nr. 1. MLXXV. 1. MLXXVI. 2. et MCLXI. Sed ſocium habuit *Abrahamium*, monachum. Conf. ſupra in h. vol. p. 119. ſqq. — Eiusdem *Patricii* vel potius *Pelagii Patricii*, Homerici centones: ibid. in cod. MMDCCLV. nr. 16. conf. ſupra vol. I. p. 553. tum not. ad p. 554. — et p. 555. ac vol. VIII. p. 636. In *Plüeri* itinerar. per Hiſpan. p. 186. inter codd. *Eſcorial.* ſic citantur: *Patricii ſacerdotis* Homero-centra, ab Eudoxia imperatrice recte diſpoſita, ſiue correcta et eiusdem prologo carmine heroico-elegiaco. *Harl.*]

[*Patricius*, Procli pater. v. *Lambec.* VII. p. 96. *Harl.*]

[*Paulli* cuiusdam, latinae eccleſiae epiſcopi, epiſtola, quaeſtiones quasdam dogmaticas continens, ad imper. Io. Cantacuzenum, propter diuinum et angelicum habitum Ioaſaph dictum: ſequitur epiſtola, per compendium manifeſtans, quam opinionem habeat apud nos eccleſia de propoſitis a *Paullo* quaeſtionibus, ſcripta a *Theophane*, Nicaeno epiſcopo, tamquam ex perſona imperatoris: *Taurini* in cod. reg. CCCXVI. v. cat. codd. graec. Taur. 396. *Harl.*]

De

r) Nim. primae edit. ſed in hac noua edit. omiſi indicem patriarchar. CPol. (v. ad vol. VIII. p. 101.) In illo autem indice nominantur *Parthenius* Adrianopoleos, a. 1639. *Parthen.* Adrianop. iunior, a. 1644. et 1648. *Parthenius*, Chii epiſcopus, a. 1656. atque *Parthenius Cumcumis*, Pruſae metrop. a. 1657. et 1661. et 1670. ac poſt 1671. et poſt 1675. — De *Parthenio*, cognomento Chryſocenteta, Adrianopoleos metropolita, poſtea CPolitano patriarcha, plura tradidit *Kollarius* in Supplem. ad Lambecii comment. I. col. 332. ſqq. de cod. caeſ. XLVI. cuius poſſeſſorem ſe ipſe Parthen. declarauit, et in calce quaedam de ſe narrauit. — *Parthenii*, patriarchae CPolit. epiſtola ad Cephalenios, *Oxoniae* in bibl. Bodl. in Henr. Sauilii cod. VI. ſ. nr. 6553. cat. MSS. Angliae etc. volum. I. — Ad *Parthenium* quendam epiſtolas ſcripſit Theodorus Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 146. 149. 316. et 321. — *S. Parthenii*, epiſcopi vrbis Lampſaceni, qui ſub imp. Conſtantino M. floruit, vita, a *Criſpino Lampſaceno*, ipſius diſcipulo, conſcripta, *Vindobon.* in cod. caeſ. XI. nr. 14. v. *Lambec.* VIII. p. 174. ſeq. Kollar. et conf. *Baronii* Annal. eccl. tom. III. in actis a. Chr. 337. nr. 38. ac ſupra vol. X. p. 504. *Harl.*

De *Paulo* Aegineta et aliis Paulis infra libro VI.

[*Petrus* ὁ ἀρκέδης scripsit epistolam ad Gabriel. Philadelph. quam edidit *Lamius* in Deliciis erudit. a. 1744. p. 128. seq. *Harl.*]

Legi, inquit Allatius aduersus Creyghtonum pag. 692. ad *Phacrasem* ὄντα λογοθέτην τῶν ἀγκλῶν, epistolas plurimas Maximi Planudae, et ad Iohannem Phacrasem epistolam Georgii siue Gregorii Cyprii, patriarchae CPol.

Georgii Phacrassae, equitum ducis, meminit Io. Cantacuzenus hist. III. 22. *Fabr.* *Mosquae* in cod. synod. CCCXXIV. nr. 9. Φακρασῆ, τοῦ πρωτοστράτορος, ἐπίτομος κατὰ τὸ δυνατὸν διήγησις, παρόντος καὶ αὐτηκόου γεγονότος τῆς ἐπὶ τοῦ παλατίου ἐνώπιον τοῦ βασιλέως γενομένης διαλέξεως τοῦ Θεσσαλονίκης κυρ Γρηγορίου καὶ Γρηγορᾶ Φιλοσόφου· inc. ὁρισθεὶς παρὰ τοῦ ἁγίου. v. *Matthaei* Notit. cit. p. 213. *Harl.*

Μανουὴλ Καντακουζηνὸς ὁ Φακρασῆς, Syropul. sect. 8. c. 3.

Phacrases, qui interfuit concilio CPol. contra Mediensem et Ancyranum episcopos. *Allat.* p. 702.

Ad *Matthaeum Phacrassem* Serrarum episcopum legitur epistola Isidori archiep. Thessal. in cod. Vaticano [s]) MS. Graeco DCLI. p. 236. *Allat.* p. 704. *Fabric.* Fabricius h. l. inseruerat ex *Allatio* adu. Creyghton. de concilio Florent. p. 702. *Emman. Philes* iambos sepulcrales in Phacrasen. Id vero epitaphium in fine mutilum, quoniam *Gottlieb Wernsdorf* in edit. sua *Manuelis Philae* carminum graecorum, Lips. 1768. 8. pag. 326. sqq. ex Fabricio, emendatius recudi fecit, addita latina versione, et subiectis notis criticis atque exegeticis, h. l. omittere satius esse duxi, praesertim quum illud plenius et forsan integrum exstet *Florentiae* in cod. Laurent. XIX. nr. 205. plut. 32. *Bandin.* quidem in cat. codd. gr. Laur. II. p. 168. ex hoc, inquit, codice suppleri possit totum carmen, cuius reliqua pars, versus continens XXIV. ita inc. πρὸς πᾶν ἀγαθὸν, ὦ τελευτῆς ὀλβίας· desinit: ἔα, τὰ γὰρ σὰ τοῦ παρόντος δεύτερα. Wernsdorf. autem in nota p. 326. obseruat, et in praefat. §. VII. vberius docet, Phacrasem, in quem scriptum est epitaphium, non esse *Georgium Phacrasen*, qui imperante Cantacuzeno circa 1344. Protostratoris dignitate functus est, sed *Ioannem Phacrasen*, logothetam, h. e. scribam rationum, ad quem Planudes et Gregorius Cyprius, *) homines sub Andronico seniore clari, epistolas scripserunt, et a Michaële seniore Palaeologo magnum Logothetam, h. e. quasi Cancellarium aulae, fuisse creatum; floruisse igitur sub Michaele seniore, atque carmen forsan a. 1302. esse scriptum. — Ad *Phacrasen*, magnum Primicerium, epistola Demetrii Cydone in cod. *Coislin.* CCCXV. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 429. nr. 21. *Harl.*

s) Ottobon. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 188. *A. Harl.*

*) *Vindobonae* in cod. LXVII. inter epistolas Gregorii Cyprii est epistola 102. ad Ioann. Phacrasem: v. *Lambec.* VIII. p. 1076. et p. 1066. seq. de aetate *Gregorii Cyprii* agit. add. supra, vol. VIII. p. 57. sqq. *Harl.*

[*Phaedo*, philosophus Arianus. Eius disputatio, cum orthodoxis in concilio Niceno primo a. Chr. 325. habita, exstat in cod. *Vindobon.* caes. LVI. nr. 2. in fragmento ex Gelasii Cyziceni libro II. historiae actorum concilii Nicaeni primi. v. *Lambec.* VIII. p. 1027. Koll. *Harl.*]

[*Franciscus Philelphus*, Tolentinus, Ioannis Chrysolorae, Manuelis Chrysolorae necessarii, gener, ab illoque graecarum litterarum doctrina Constantinopli eruditus, orator, grammaticus et poeta, vtriusque linguae peritus: docuit litteras elegantiores Bononiae, Romae, Mediolani, Florentiae, Pataui et Mantuae; pluresque graecorum vett. auctorum libros in linguam lat. transtulit: natus 1398. et mortuus 1481. cuius vitam, scripta, ab eo confecta, atque eruditionem multi VV. DD. persequuti sunt et laudarunt: a Constantino tamen Lascare, quod nimium se iactaret de graecae lingua peritia, valde culpatus est. Vid. *Fabricij* nostri biblioth. med. et infimae latinitatis, libr. XV. tom. V. p. 288. seq. ed. Mansi, *Christi. Frid. Boerner.* de doctis hominibus graecis, p. 18. seq. et 180. et multos alios, a *Saxio* in Onomast. liter. II. p. 451. seq. et 591. excitatos. Huc pertinent eius *epigrammata* VII. ἐρωτικὰ in quamdam Dorotheam, *Florentiae* in cod. Laurent. II. plut. 57. quae gr. edidit *Bandin.* in cat. codd. gr. II. p. 335. — in cod. XV. plut. 58. eiusd. varia carmina elegiaco ac Sapphico metro, ad diuersos aetatis suae egregios viros et principes conscripta, quibus inscriptionem *Psychagogiae* addidit: liber I. sexdecim carmina; liber secundus 14. carmm. et totidem liber tertius continent: quae singula recenset, et priora duo speciminis loco, primum s. elegiam ad Alphonsum regem, alterumque ad Bessarionem cardinalem Nicaenum, odam sapphicam, graece in medium protulit *Bandin.* l. c. p. 450. sqq. — Carmina, (num graeca, an latina sint, non additur,) *Neapoli* in bibl. monasterii S. Seuerini, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 238. *B.* — Glossae, s. dictiones quaedam diuersorum populorum: in fine depicta sunt signa, s. notae, quibus ab astronomis denotantur sol, luna, et reliqui planetae, nec non duodecim Zodiaci signa, cum vnius cuiusque explicatione, omnia manu Francisci Philelphi exarata, *Florent.* in cod. Laurent. XIX. nr. 8. plut. 58. v. *Bandin.* l. c. p. 458. — In bibl. monasterii Benedictinor. S. Mariae, glossarium graeco-latinum, in cuius fronte legitur breuis gr. epistola *Franc. Philelphi*, quam edidit *Montfauc.* in bibl. citata, p. 414. *E.* addita lat. versione. — Ibid. p. 514. *B.* in cod. bibl. Ambros. *Mediolan.* *Philelphi* in apophthegmata Plutarchi de regimine magistratus; de ventorum origine; carmina, volumina sex; orationes; epistolae; in totum volumina XX. — Multi variarum bibliothecarum codd. qui continent Philelphi versiones latine factas aliaque eius opp. lat. indicantur a *Montfaucon.* in eadem Bibl. biblioth. MSSt. v. indic. I. ad illam p. CXCI. seq. *Harl.*

[P] *Philippus*, Cyprius Protonotarius CPolitanus, post a. 1639. scripsit Chronicon ecclesiae graecae, siue successionis patriarcharum CPol. cum notitia episcopatuum patriarchae CPol. subiectorum. Primus graece et latine edidit *Nic. Blancardus* Franequerae 1679. 4. addito Christophori Angeli de statu, dogmatis et ritibus hodiernorum Graecorum libello cum Georgii Fehlauii versione. Postea hoc Philippi scriptum latine ex Blancardi versione cum *Henrici Hilarii*, rectoris Cellerfeldensis, commentario lucem vidit Lipsiae 1687. 8. Denique graece et latine legitur in *Anselmi Bandurii* imperio orientali tom. I. pag. 218. seq. Paris. 1711. fol. vt dixi vol. VIII. p. 45. nr. 5. [conf. supra in h. vol. p. 360.]

[*Phil-*

[*Philippi Abucaras* commentar. ad *Hephaeſtionis* Alexandrini enchiridion, cum hoc ipſo, *Pariſ.* in bibl. publ. cod. MMDCLXXIV. nr. 1. vbi tamen, vt ait confector cat. MSSt. Pariſ. regg. vol. II. p. 539. nihil occurrit, quod ab editis diſcrepet. conf. ſupra, vol. VI. p. 299. ſqq. *Harl.*]

[Ad *Philippum*, diaconum, ſcripſit Theodorus Studita, idemque ad *Philippum*, monachum. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 147. 313. et 317. — Ibid. p. 566. ad *Philippum* presbyterum ſcripſit Io. Chryſoſtomus. *Harl.*]

[De *Philippi* Studitae hiſtoria graeca, in bibl. *Bodlei.* inter Aduerſaria Ger. Langbaeni. v. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. p. 269. nr. 8. *Harl.*]

[*Philonis* monachi meditatio aſcetica contra pulcritudinem mulierum, in prolegomenis variis in Pſalterium Dauidicum, *Vindobon.* in cod. caeſ. CCXLVI. nr. 15. v. *Lambec.* V. p. 248. Kollar. — Ex *Philone* epiſcopo fragmm. in cat. in Pentateuchum etc. *Venetiis* in bibl. Iuſtiniani, v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 483. *A.* — De multis *Philonibus* conſules indic. ad noſtram bibl. gr. *Harl.*]

[*Pinnae* presbyteri pro S. Athanaſio epiſtola ad Ioannem quemdam, ipſius calumniatorem, *Vindob.* in cod. caeſ. LVII. nr. 74. v. *Lambec.* III. p. 240. et Athanaſii opp. ed. Pariſ. tom. I. p. 784. *Harl.*]

[P] *Phocas*, Drungarius Viglae, ICtus, cuius ſcholia ad leges et pandectas citat *Nic. Comnenus* pag. 372. 402. De alio *Iohanne Phoca* vide vol. VIII. pag. 99. nr. 1.

Phytanus de proceſſione Spiritus S. citatur ab *Allatio* p. 419. libri contra Hottingerum.

Polyeucti ab a. 956. a 970. patriarchae CPol. Synodicon de ſanguine et ſuffocato citat *Nic. Comnenus* p. 145.

[*Potamii* epiſtola ad Athanaſium ab Arianis, poſtquam in concilio Ariminenſi ſubſcripſerunt, *Oxon.* in bibl. Bodlei. nr. 1918. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. — ead. in bibl. San-German. nr. 724. et bibl. monaſterii Fiſcanenſis. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 1136. *E.* et 1142. *B. Harl.*]

Prochorus Cydones, Demetrii Cydones, (de quo ſupra pag. 398.) frater, hieromonachus aduerſus quem Ioannes Cantacuzenus ſcripſit ἀντιῤῥήσεις de lumine Thaborio.

Procopium chartophylacem in eclogis hymnorum et ſcriptorum Samonae Gazenſis laudat *Nic. Comnenus* pag. 397. De aliis huius et aliorum Procopiorum ſcriptis dixi Vol. VII. pag. 562. ſqq.

Franciſci Proſalentis e Corcyra inſula liber Oxoniae ſcriptus et in Belgio deinde editus aduerſus Beniaminum Woodrofium, praeceptorem in Anglia ſuum, pro traditionibus

bus Graecorum-vindicandis. *Fabr.* De *Prosalente* eiusque libro aduersus Woodrofium multa olim scripserat ad me *Villoison.* At quoniam in Supplem. ad Introduct. in hist. L. Gr. tom. II. p. 274 - 279. longam doctamque eius narrationem iam in lucem protuli, nolo eam h. l. repetere. *Harl.*

Rhasoxestes de sacris officiis citatur ab eodem Comneno p. 407. vbi Photianis iunioribus eum adnumerat.

Rhetorius de XII. signis citatur a Cangio ex cod. reg. *Rhetorii* excerpta ex Antiochi astrologi thesauris apotelesmatum MS. in bibl. caesarea. *Fabr.* V. supra vol. IV. p. 161. vbi add. excerpta ex Antiochi thesauris capp. XLIV. de astrologia iudiciaria, quae in cod. *Vindobon.* caes. XLVII. nr. 5. sine collectoris nomine occurrunt, etiam a *Rhetorio* esse confecta, adnotante *Kollario* ad Lambec. VII. p. 192. idque constare adfirmante ex cod. caes. CXXXVI. nr. 1. in eod. vol. p. 549. et ad vtrumque locum conf. Lambec. De cod. *Bauar.* CV. conf. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 7. p. 11. qui in illo cod. numerauit capp. XXI. contra codex, quem describit Lambecius, continet capp. XLIV. et qui in bibl. Vatic. exstat, capp. CVII. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MCMXCI. nr. 10. et MMCDXVI. *Harl.*

Romani Nicephori, Thessalonicensis, qui saeculo XVII. in Gallia vixit ex ordine Capucinorum, grammatica linguae graecae vulgaris, communis omnibus Graecis, ex qua alia artificialis, peculiaris eruditis et studiosis tantum. Laudat idem *Cangius* ex codice Colberteo MMMDCLXIII.

De Romani I. et II. legibus et constitutionibus, et de Romano Cubiculari, qui medica scripsit, infra libro VI.

Ex *Rufo* leges militares in iure Graeco-Romano *Freheri* tom. II. pag. 249 - 255. *Fabr.* *Oxon.* in bibl. Bodlei. in cod. Th. Roe, XVIII. s. nr. 264. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. de poenis militaribus ex libris Digestor. et *Rufi* Tacticis, capp. 53. — *Vindobonae* in cod. caes. II. nr. 6. Leges militares de poenis militum ex *Rufo* et Tacticis collectae, et in capita XV. diuisae, et alia eiusdem argumenti, anonymo auctore. v. *Lambec.* VI. part. 1. p. 30. Koll. *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCLVII. 59. et *Florent.* in cod. Laurent. VI. nr. 5. plut. 75. poenalis lex militaris ex *Rufi* Tacticis et Basilicis in capp. XLVIII. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. III. p. 149. — *Rufus* quidam citatur in violar. compos. v. *Bandin.* l. c. I. p. 549. add. infra, vol. XII. p. 490. *Harl.*

[*Rogerii* Hydruntini versus iambici ad Eugenium, praefectum, *Florent.* in cod. Laurent. X. nr. 28. plut. 5. v. *Bandini* cat. cit. I. p. 24. *Harl.*]

[*Rogerii*, regis Siciliae, diploma, a. 1130. ex apographo apud patres S. Basilii Romae, gr. cum versione latina edidit *Montfaucon.* in Palaeographia gr. libr. VI. p. 397. sqq. et vid. eumdem p. 382. et 397. de eiusd. binis aureis bullis. De aliis *Rogeriis* v. cat. bibl. publ. *Leidens.* p. 123. seq. et ind. ad *Montfauc.* Bibl. bibl. MSSt. *Harl.*]

[*Sabae*

[*Sabae* cuiusdam, viri eloquentissimi, epistola ad Blemmydam, *Florent.* in cod. Laurent. XVI. nr. 14. plut. 87. v. *Bandin.* l. c. III. p. 398. — ibid. I. p. 502. nr. 3. et 4. 507. nr. 2. et 508. nr. 2. *S. Sabae* vita, et p. 100. citatur in expositione diuinor. praeceptor. add. codd. *Paris.* bibl. DXLVIII. et MDXIX. *Harl.*]

[*Sabini*, episcopi Constantiae in insula Cypro, epistola ad *Polybium* episcop. ciuitatis Rhinocorurωn, et huius epistola ad Sabinum. *Florent.* in cod. Laurent. IX. nr. 7. plut. II. v. *Bandin.* l. c. I. p. 503. *Harl.*]

[*Salomon*, Basilicorum interpres. v. *Pohl.* ad Suaresii Notit. Basilic. p. 142. *Harl.*]

Santabarenus, in quem tamquam scelestissimum inuehitur *Nic. Comnenus* pag. 410.

[*Sebastinus* presbyter; ad eum scripsit Io. Chrysostomus. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 566. *Harl.*]

Sergium Hagiopolitem explanatione epistolae I. ad Corinthius laudat idem p. 398. *Fabr.* — Addatur *Sergius* Manichaeus, de quo pauca traduntur supra vol. VII. p. 318. Sed plura in Photii narratione in epitome de Manichaeis repullulantibus, quam ex cod. *Coisl.* CCLXX. *Montfaucon.* in bibl. Coisl. p. 349. sqq. primum euulgauit, de eo commemorantur p. 350. seq. 366. sqq. 371. 373. et 374. — Ibid. p. 44. 55. 56. et 57. bis de *Sergio*, et de *Sergio* patriarcha p. 68. ad quos scripsit Seuerus Antiochenus: de posteriore etiam p. 67. 248. et 266. — tum p. 104. de *Sergio*, episc. Corinthi, qui synodo cuidam interfuit; nec non p. 147. 148. 316. et p. 319. de *Sergio* Hypato, atque p. 147. ac 316. de *Sergio* Notario, ad quos scripsit Theodorus Studita. — Ibid. p. 597. *Sergius* iunior inter poetas nominatur in Collectione diuersorum interpretum in Aphthonii progymnasmata, quam *Montfauc.* ex cod. Coislin. CCCLXXXVII. a p. 590. gr., addita versione latina, primum publici iuris fecit. — *Sergii*, patriarchae CPolit. hymni in laudem b. V. Mariae de graeco in latinum translati per Constant. Lascarem, in bibl. Cassinensis cod. CDXVIII. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 227. *A.* — Ibid. p. 520. *B.* de cod. bibl. Ambros. *Mediolan.* haec notitia datur: S. Macarii sententiae; vita ex *Sergio*, Theophilo et * Aeschino tradita: — De *Sergio* martyre v. ibid. p. 459. *D.* ac 504. *E.* in ead. bibl. et saepius, ac supra vol. X. p. 323. *Harl.*

Syluester [siue *Siluester*] *Syropulus*, quem *Sguropulum* Creygthonus adpellat, magnus ecclesiarcha, [t]) qui concilio Florentino a. 1439. interfuit, eiusque [¶] historiam scripsit, ab vnione cum ecclesia romana longe alienus, quam per vim et fraudem Graecis obtrusam docet. Hanc ex codicis bibl. regiae Paris. [u]) apographo cum versione edidit et Carolo

t) Pag. 59. Histor. concil. Florentin. Ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης, ὁ καὶ τῶν παρόντων συγγραφεύς. *Fabr.* In cod. *Mosquensi* synod. XIII. inter eos, qui subscripserunt synodo VIII. ita vocatur: ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης καὶ δικαιοφύλαξ, διάκονος σίλβεστρος, ὁ συρόπουλος· v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 31. Add. paullo post de nota in cod. *Coislin.* *Harl.*

u) In cat. MSSt. *Paris.* regg. vol. II. numeratur cod. CDXXVII. *Harl.*

Carolo II. Angliae regi inscripsit *Robertus Creygthon* siue *Critonius* v) D. et S. Burianae decanus, Hagae 1660. fol. eamque cum Theodori Xanthopuli historia atque actis Horatii Iustiniani conferri, omnino est operae pretium, licet *Allatius* in exercitationibus Rom. 1674. 4. contra Creygthonum editis, fidem omnem ei detrahere laboret. w) Diuersae ab editis concilii Florentini historiae graece scriptae mentio in epistola IX. Rob. Huntingtoni ad Ioannem Lascarem, archiepiscopum montis Sinai. Idem Huntingtonus Theodori Xanthopuli historiam Georgio Scholario tribuit.

Sididites, idem cum Michaële Glyca. supra p. 199. sqq. *Fabr.* Sed Fabricium cum Boiuino, arbitrato, Glycam nominatum esse *Sicidite*m, et pro Σικελιώτȣ legendum Σικυδιώτȣ siue Σικυδίτȣ, quod illius nomen apud Nicetam occurrat, adeoque Glycam fuisse Byzantinum, errasse, contendit docetque et copiose illustrat vitam, aetatem patriamque Glycae *Lamius* in praefat. ad Delicias eruditor. a. 1739. tom. I. p. XII. A Niceta enim Choniate, (Lamio obseruante,) qui a. 1204. florebat, Glycas qui serius vixerat, memorari non potuit, et, quae Nicetas libro II. et IV. de *Michaele Sicydite*, Mago et facinoroso homine, habet, ea minime de *Michaele Glyca*, homine pio, et sacrarum litterarum diuinorumque patrum admodum studioso, intelligi possunt. *Harl.*

[*Simeonis*, metropolitae Euchait. epistola ad Ioannem monachum, *Mosquae* in cod. synod. CCXII. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 205. nr. 3. et *Simeonis* iunioris versus, ibid. in cod. CCXLVI. et alia in cod. CCCXXII. v. *Matthaei* l. c. p. 159. et 208. ac supra in h. vol. p. 302. sq. vbi a pag. 298. permulti *Simeones*, aut *Symeones* enumerantur. — Duae *Simeonis* epistolae ad Gabrielem Philadelph. gr. editae sunt a *Lamio* in Delic. erudit. a. 1744. p. 50. et 160. *Harl.*]

Sisinnii, ab a. 969. [995.] ad 999. patriarchae CPol. synodicon, vt iudices vtramque partem audiant, citat *Nic. Comnenus* pag. 283. Aliud, ne duobus fratribus liceat ducere duas

v) *Critonium* vocat Nic. Heinsius pag. 202. Poëm.

